Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Opera diui Caecilii Cypriani episcopi Carthaginensis, : ab innumeris mendis repurgata, adiectis nonnullis libellis ex uetustissimis exemplaribus, quae hactenus non habebantur, ac semotis ijs, quæ falso? uidebantur inscripta, una? cu[m] annotatiunculis.

https://hdl.handle.net/1874/428912



OPERA DIVI CAE

CILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGI-
nensis, ab innumeris mendis repurgata, adiectis
nonnullis libellis ex uetustissimis exemplari-
bus, quæ hactenus non habebantur, ac
semotis ijs, quæ falsò uidebantur
inscripta, unà cũ annotatiun
culis. Atq; hæc omnia no
bis præstitit ingen
ti labore suo

ERASMVS RO
TERODAMVS, uir iu-
uandis optimis studijs natus.

APVD INCLYTAM BASILEAM EX
OFFICINA FROBENIANA.

VITA BEATI CAECILII CYPRIANI PER D. EVSEBIVM HIERONYMVM.

CYprianus Afer primum glorioſe rhetoricam docuit: exinde, ſuadente præſbytero Cæcilio, à quo & cognomentū ſortitus eſt, Chriſtianus factus, omnē ſubſtantiam ſuam pauperibus erogauit: ac poſt nō multum temporis, electus in præſbyterum, etiam epiſcopus Carthaginenſis conſtitutus eſt. Huius ingenij ſuperfluum eſt indicem texere, cum ſole clariora ſint eius opera. Paſſus eſt ſub Valeriano & Galieno principibus, perſecutione octaua, eodem die, quo Rhomæ Cornelius, ſed non eodem anno.

FINIS.

REVERENDISSIMO

PATRI AC D. D. LAVRENTIO PVCCIO, TITVLI SANCTORVM QVATVOR, CARDINALI MERITISSIMO
ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

IN TAM uasta rei literariæ clade, quæ nõ solum tot egregia ueterum monumenta, uerumetiam innumeros scriptores immortali memoria dignos totos absorbuit, fortassis ineptius uideatur reuerendissime pater unius aut alterius interitũ deplorare, ni Cyprianus, unus esset multorũ instar habendus, siue spectes eloquẽtiam, siue doctrinam, siue pastoris dignitatem, siue pectus apostolici spiritus uigorem ubiq; fragrans, siue martyrij gloriam. Hanc autem iacturam haud scio an hoc moderatius ferremus, si totus nobis interisset. Nunc quoniã ex his fragmentis quæ nobis, nescio quis casus, superesse uoluit, conijcimus, qualia fuerint illa, quæ perierunt, grauius etiã animo discrutiamur, quicunq; thesaurorum huiusmodi sumus auari. Porrò ut nunc in obscuro sit, quæ & q̃p multa uir ille scripserit, operũ claritas in causa fuit: quæ Hieronymo persuasit, ut nõ duceret operæprecium, lucubrationum illius indicem texere, cum ipsius ætate & sole clariores haberẽtur, & publicitus omnium manibus tererentur, non existimans fieri posse, ut tantam lucem ac celebritatem, ullus casus, obliuionis tenebris obscuraret: quod idem malum nobis usu uenit in Tertulliano, nam alius quispiam casus Origenicorum operum catalogum nobis ademit, quem Hieronymus sese testatur attexuisse, in quadam ad Paulam epistola, in qua huius Adamantij libros cum libris Varronis confert, quem & ipsum constat πολυγραφότατον fuisse. Cæterum cum Lactantius testetur, à Cypriano admodum multa fuisse conscripta, rectius perspiciet quãta fuerit ea calamitas quæ cætera nobis ademit, qui reliquijs quas habemus, notha ac pseudepigrapha detraxerit. Etenim ut Cypriano cum cæteris scriptoribus est commune, quod ipsius lucubrationibus multa

ſint aliorũ admixta: ita hoc fuit Hieronymo felicior, quod huius uoluminibus
Opera Cypriano aſſcripta. multa ſint interſperſa, prorſus indigna lectu, Cypriano nihil aſſcriptum eſt, niſi doctum & à magnis uiris profectũ. Proinde nos adeo nihil ſemouimus etiã huius generis, ut nõnulla ex uetuſtis codicibus adiecerimus, neq; eñ protinus reiiciendũ, quod Cypriani nõ eſt. Iã ne quis in hac cenſura putet nos nihil aliud ſecutos q̃ ſomniũ animi noſtri, Symbolũ fidei, quod in euulgatis pariter ac deſcriptis uoluminibus, Cypriani titulũ hactenus poſſidet, inter opera diui Hieronymi, fertur Ruffini nomine, de cæteris coniecturã noſtrã ſuis locis annotabimus. Vitã apparet ex eo libro decerptã, quẽ, ut teſtatur Hieronymus, cõſcripſit Põtius Cypriani diaconus, in ipſo etiã exilio comes indiuiduus uſq; ad ultimi ſupplicij diẽ. Nec enim ueriſimile fit, hoc eſſe uolumẽ illud egregiũ, cuius in uita Pontij meminit Hieronymus, cũ quod extat apud nos, ne libelli quidẽ uocabulũ mereatur. Certe coronidẽ de tranſlatione corporis eius, ab alio quopiã adiectã eſſe, darius eſt, q̃ ut ſit admonendũ, præſertim cũ in ea Caroli imperatoris fiat mentio. Iã quod diuus Hieronymus memorat, octo tantũ epiſtolas Cypriani ad Corneliũ Rhomanæ urbis epiſcopũ extitiſſe, cũ in noſtris codicibus undecim, ni fallor, habeant, fieri poteſt, ut nõ oñes peruenerint in manus Hieronymi, aut quoniã fit aliquoties, ut in ijſdẽ diuerſa tractentur argumẽta, ſingulæ quæpiã in binas diſſectæ ſint, id quod nos in una certe factũ, & deprehendimus, & indicauimus. Porrò cũ olim Africa permultos ædiderit eloquentia doctrinaq; celebres, inter quos ſunt in primis Tertullianus & Auguſtinus, tamen uix ulli cõtigit Rhomanæ dictionis germana puritas, præterq; Cypriano. Nã
Tertullianus. Tertullianus licet dẽſus & argutus ſit in ſentẽtijs, ſermo tamẽ difficilis eſt & obſcurus, atq; etiã incõptior, quẽadmodũ iudicat Hieronym⁹ in epiſtola ad Pau
Auguſtinus. linũ, uidelicet Lactantij iudicio ſubſcribẽs. Iã in Auguſtino ſubinde lectorẽ offendit perplexũ, neſcio quid, & impeditũ atq; obſcurũ, quod in epiſtolis illi obijcit & Hieronymus: at uterq; Cypriano ſũmas eloquentiæ dotes tribuit: ſic eñ
Cyprianus. ſcribit Hieronymus in epiſtola ad Paulinũ: Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi dulcis incedit & placidus. Lactãtius aũt in præfatiõe libri quinti, de inſtitutione religiõis Chriſtianæ, nõ ſolũ illi tribuit facilitatẽ, iucunditatẽ, perſpicuitatẽ, copiã ac nitorẽ, uerum etiã uim ac neruos in perſuadẽdo. Erat eñ, inquiẽs, ingenio facili, copioſo, ſuaui, & (quæ ſermonis maxima eſt uirtus) aperto, ut diſcernere nequeas, utrũ ornatior in loquẽdo, an facilior in explicãdo, an potẽtior in perſuadẽdo quiſq; fuerit. Atq; utinã diuus Augſtinus, ut Afer Afrũ, epiſcopus epiſcopũ, numero uoluminũ præcurrit: ita dictionis elegãtia potuiſſet aſſequi: utinãq; linguã huius tã feliciter eſſet æmulatus, q̃ cãdide miratur ac prædicat. Siquidẽ is libro de doctrina Chriſtiana quarto ex huius uoluminib⁹ potiſſimũ petit exẽpla, quib⁹ demõſtret, nullã eloquẽtiæ partẽ in Chriſtianis ſcriptoribus deſyderari, hunc cũ Ambroſio ſubinde cõferẽs, quẽadmodũ Fabius Marcũ Tulliũ cũ Demoſthene cõmittit. Nõ poſſũ equidẽ inficias ire, quin olim inter orthodoxos ſcriptores primas tribuerim Hieronymo: uerũ ubi Cyprianũ, quem

quẽ ptius & carptim & oſcitans legerã, propius ſum contemplatus, prorſus animi dubius reddor, utrũ utri præferã, adeo ſuis uterq; uirtutibus ſũmus occurrit. Qd' ſi hoc nomine iure præferẽ Demoſthenes, qd' propius acceſſerit ad uerũ illud ac naturale dicẽdi genus, & longius abſit ab umbra declamatoria, longe præcellit hac parte Cyprianus Hieronymũ, magis ubiq; ſerius, ac minus affectãs, cũ hic in riſu penè ſit immodicus, ſubinde deſidẽs in expatiatiõibus, plurimũ admiſcẽs ex prophana literatura, quæ dotes, ſi laudi dantur, nõ tã defuere Cypriano, cẽq; uel ſpretæ ſunt, uel neglectæ. Nihil in hoc reperies, quod ad oſtẽtationẽ ingenij uideri poſſit aſcitũ, aut quod ullo pacto uafriciẽ ſapiat, quæ nõ abeſt Hieronymo. Talis ubiq; ſermonis habitus eſt, ut loqui ſentias uere Chriſtianũ epiſcopũ, ac martyrio deſtinatũ. Pectus ardet euãgelica pietate, & pectori reſpõdet oratio, loquit' diſerta, ſed magis fortia cẽq; diſerta, neq; tã loquit' fortia cẽq; uiuit, ut ipſe meminit alicubi. Huic nimirũ perſonæ magis cõgruebat dignitas cẽq; lepos: etiã ſi locis aliquot declarat, ſibi non defuiſſe naſum, ſicubi res ita poſtulaſſet: uelut ubi ſalſiſſime ridet hæreticũ quendã, qui negabat Cyprianũ habẽdũ pro epiſcopo: deinde cũ refellit eos, q nõ immerſos ſed aſperſione aquæ baptizatos in periculoſis morbis, nõ Chriſtianos, ſed clinicos cenſebãt appellãdos. Nã hic præter perpetuã illã iucũditatẽ, ſanguinis in morẽ per oẽm corpus ſparſam, iocis etiã ac dicteriis utit'. In una dũtaxat epiſtola, cuius initiũ eſt: Bene admones Donate, nõnihil luſit apparatu põpáq; ſermõis, unde & Auguſtinus cõptæ, iucũdæ ſplẽdidæq; dictionis depromit exemplũ. Ta lẽ eccleſiæ doctorẽ, talẽ Chriſtianæ pietatis athletã nobis dedit rhetorũ ſchola, ne quis ſibi ſtolide placeat, qd' nihil rhetorices attigerit. Efferãt alij quantũ libet eos, quos nobis ædiderũt dialecticorũ ac Peripateticorũ ſcholæ, quos nec nos ſanè improbamus. Certe primas inter orthodoxos patres Cypriano tribuit papa Gelaſius, in decretis 15. diſt. c. Sancta Rhomana. Iã fortaſſis nõ abs re fuerit, nõnihil attingere de dogmatis huius, à qbus hodie diſſentit eccleſia, inter quæ cũ primis iactatũ eſt, qd' exiſtimaret hæreticos ab eccleſiæ cõſortio ſemotos ac ſchiſmaticos nihil agere baptizando: atqui hæc ſententia nõ uni placuit Cypriano, uerũ pleriſq; omnibus Africæ, Numidiæ, Mauritaniæq; epiſcopis, qd' abũde perſpicuũ eſt ex actis ſynodi Carthaginẽſis quæ nos adiecimus in hac æditione. Quin ipſum etiã Hilariũ aliqñ huius fuiſſe ſentẽtiæ, ut ab Arrianis baptizatos nõ reciperet, niſi rurſus ab orthodoxis baptizarent', palàm docet Hieronymꝰ. Et tamẽ hoc ita placuit Cypriano, ut quẽadmodũ ipſe qd' optimũ eſſe iudicabat ſequebatur, ita nemini præiudicaret, quo minus qd' ipſi uideret', faceret, nec putabat quẽcẽ, ſi diuerſũ ſentiret, ea gratia ſemouendũ à cõmunione. Porrò q diuerſã ſentẽtiã ſequi maluerũt, mihi quidẽ nõ tã argumentis uident' cõmoti, cẽq; fauiſſe ei parti, quæ magis abhorreret à ſchiſmate Donatiſtarũ, ſimulq; perſpexiſſe, cẽq; nõ eſſet tutũ, eam aperire feneſtrã, ſi ſacerdos impius nihil agere crederet', qua tamẽ in ſentẽtia ueteres quidã fuiſſe uident'. Nã quantũ habeãt momẽti, quæ diuus Auguſtinus adfert de ſacramento & effectu ſacramẽti, de characteribus, de diuerſa ratione baptizãtis & remittẽtis peccata, prolixius ſit, cẽq; ut cõueniat hic expendere. Certe Chriſtus iſſdẽ baptizãdi ius tradidit, qbus mãdauit abſoluẽdi poteſtatẽ, nec tamẽ protinꝰ abſoluit

Demoſthenes

Dogma Cyp. de hæreticis.

Hilarius.

ſacerdos,quiſqs in hoc nomẽ inuocat trinitatis. Quod ſi res ab argumentis humanis pẽderet,& niſi cõcordia fauorẽ ubiqꝫ mereretꝰ, potius haberi poterat,qđ ſequitur Cyprianus,qꝫ quod eſt receptũ. Sunt & alia quædã, ſed hinc fermè profecta, quæ ſuis locis attingemus. Iã quod quidã,ut refert Lactantius,homo diſertus,ſed impius,Caprianũ pro Cypriano uocarit, hoc magis nobis placere debet uir optimus,quod uiro peſſimo diſplicuerit, imò cui nihil in Cypriano diſplicuerit præter Chriſtianã pietatẽ.Satis eñ declarat qđ ille de Chriſto ſenſerit,qui doctrinã eius aniles fabulas iudicarit.Ad hæc quod huic Hieronymus alicubi uideꝰ abſolutã ſacræ ſcripturæ ſcientiã detrahere,nihil aliud ſenſit,opinor,qꝫ perſecutionũ procellis quibus tũ agitabaꝰ eccleſia,martyrióqꝫ præpeditũ,nõ abſoluiſſe in explanãdis diuinis uoluminibus,qđ egregie præſtaturus uidebaꝰ,ſi licuiſſet.Nã quæ ſcripſit,ſere uerſantur in locis cõmunibus,unde nõ pauca decerpit Hieronymus,quoties in ĩſdẽ uerſatur,quẽadmodũ, ut eſt ueriſimile, è Tertulliani libris multa mutuatus eſt Cyprianus,qbus adeo delectatus deditusqꝫ legiꝰ,ut quoties ab amanuẽſi codicẽ poſceret,dicere ſolitus ſit: da magiſtrũ: nihilo minus ob id ingenio tribuens, quod ab eccleſia ſeſe ſubmouiſſet,nimirũ gnarus uel è ſterquilinio legere aurũ, & intelligẽs ubiqꝫ bonũ eſſe qđ bonũ eſt, ac uitans propheticã imprecationẽ aduerſus eos,qui pro perſonarũ uarietate,uel pro ſuo magis affectu, de rebꝰ iudiciũ uariãtes,quod bonũ eſt,dicunt malũ,qđ dulce eſt,faciunt amarũ. Sed ne celſitudinẽ tuã pluribus morer, reuerendiſſime pater, prodit Cyprianus & emẽdatior multo, ſublatis opera noſtra mẽdis,& aliquãto purior,ſemotis ĩjs quæ illi falſò tribuebantur,& auctior,adiectis aliquot ex uetuſtiſſimis exemplaribus,quæ hactenus deſiderata ſunt.Poſtremo prodit opera Frobenĩj nitidior ſi mul & auguſtior: prodibit autẽ & feliciter,ſi T.R.D. noſtræ fauebit induſtriæ,ſimul & conſilio,qui laborẽ hunc tuo nomini dicatũ eſſe uoluimus,nõ ignari,quantũ ea laboret inſtaurandæ religioni Chriſtianæ.Quorũ eñ auſpicijs magis cõueniebat, reſtitui priſcos eccleſiæ doctores,qꝫ ueſtris qui nũc illorũ præcipuas uices geritis?ꝑ quos potius oportuit aſſeri,ſcriptorẽ apoſtolis proximũ,qꝫ per eos,q nobis ſũmates apoſtolos repræſentãt? Quin & illud mihi probe uiſũ eſt cõgruere,ut Cyprianꝰ, cui primũ locũ tribuit ſedis apoſtolicæ cenſura,tuis prodiret auſpicijs,cui meritiſſimo inter tot ordinis cardinalicĩj lumina primas tribuit LEO pontifex, nõ minus cordatiſſimi qꝫ maximi titulo clarus.Celebris eſt apud Rhomanos Hãnibal Pœnus,qui cum Italis de Rhomano certauit imperio: hunc æquũ eſt haberi celebriorẽ,q cũ Rhomanis orthodoxis felicius qꝫ Hãnibal,de Rhomana certauit eloquẽtia. Ille cũ Scipione cõflixit armis,hic cũ Cornelio Rhomano põtifice ſic ſuſcepiſſe pietatis certamẽ uideꝰ,ut ambos uirtutibus pares,eodẽ die,licet anno nõ eodẽ, ſimilis martyrĩj palma decorarit:eloquẽtiæ gloria uicerit Cyprianꝰ.Mihi uero peculiaris etiã quædã cauſa fuit, ut hoc quicqd eſt operæ,amplitudini tuæ dedicarẽ,quãdoquidẽ nõ licuit alia ratione teſtari animũ memorẽ officiorũ haud quaqꝫ uulgariũ,quæ primũ R.D. Antonius Puccius nepos tuus,id tẽporis legatũ agens ſummi pontificis apud Eluetios,mox tua celſitudo Rhomæ mihi largiter impendit: quã precor ut CHRISTVS Opt. Max. dignitati Rhomanæ ſedis, & reip. Chriſtianæ iuuãdæ, diu ſeruet incolumẽ.Louanĩj, An. M. D. XIX. pridie Cal. Auguſt.

Lactan. lib. 5. cap. 1.

Cypriani opera emendata.

Io. Frobenius

D. Antonius Puccius.

ANNOTATIVNCVLAE ERASMI ROTERODAMI IN CYPRIANVM.

Ex libro primo, Folio 1.

Ognouimus frater chariſſime.) Videtur ſentire non eſſe fas Chriſtianis, armis ac ui tueri ſe aduerſus impetũ perſecutorũ. Quin addit, Cũ innocentibus nec nocentes occidere liceat. Conſentit ſibi in tractatu cuius initium: Oblatrantem te.

Folio 6. & 8. uerſu. 24.

Legi literas tuas frater chariſſime.) Si male, inquit, locutus ſum, exprobra de malo. Videtur Cyprianus aut certe is quẽ ſecutus eſt, Græce legiſſe pro μαρτύρησον, ἐπιτίμησον.

Ex eadem, folio 6. uerſu 17.

Acoluthum miſiſti &c.) Acolytum ſcriptum in huius libris inuenio, ἀκῶ λυτος ſignificat eum qui nõ prohibetur, ἀκόλουθος miniſtrum ſonat. Videtur Latini hic accepiſſe accentum Græcorum, quemadmodum fecerunt in paracletus.

Folio 18.

Cum in unum conueniſſemus.) Sentire uidetur ſacrificio ſacerdotis impij nihil effici, imò magis inquinari populũ. Verum intelligit, opinor, de epiſcopo per hæreticos conſtituto, qui non ſit uerus epiſcopus: huius ſacra non proſunt ijs, qui fauent huius impietati.

Folio 24.

Pro tua religioſa diligentia.) Sentire uidetur non baptizare neq; abſoluere, qui ſpiritum ſanctum nõ habet. Verum hæc opinio damnata eſt. Eadem differit in epiſtola 12. cuius initium: Cum ſimul in concilio. Item in tractatu, cuius initium: Cum moneat dominus & dicat. Item in actis Synodi Carthaginenſis.

Ex libro ſecundo, folio 44.

Bene admones Donate.) Huius epiſtolæ phraſis nitidior ac florulẽtior eſt q̃ cæterarum, & redolet adhuc ſcholaſticam eloquẽtiam. Ex hac citauit Auguſtinus exemplũ ſplẽdidæ ac iucundæ dictionis libro de doct. Chriſt. 4. cap. 14. adducens hunc locum: Petamus hanc ſedem &c.

Ex eadem, folio 46. uerſu 20.

Et homicidium cũ admittunt ſinguli crimẽ eſt, uirtus uocatur cũ publice geritur.) Videtur nullũ facere diſcrimẽ inter homicidiũ & bellum, niſi quod hic publice occiduntur plures: uerũ hoc intelligẽdum de bello iniuſto, cuiuſ-

modi sunt pleraq;,& haud scio an omnia,ut nunc quidem geruntur.

Folio 47. uersu à fine 7.

Audacia prorsus conuicijs faciens & impudentia congruens impudicis.) Pro faciens nonnulli codices habebant fauens. Conijcio legendum: Audacia pro conuicijs faciens &c. ut sit sensus,audaciam conuenire conuicianti.

Folio 51.

Quanq; sciam frater charissime.)Ex hac colligitur olim quosdam pura aqua consecrasse sanguinem CHRISTI,non admixto uino.

Folio 54. uersu 1.

Non bibam amodo ex ista creatura uitis.)quod Græcis γέννημα, creaturam uertit.

Folio 55. uersu à fine 6.

Sic uero calix domini non est aqua sola &c.)Sentire uidetur non consecrare eum,qui uinum consecret absq; aqua,sed sensit,opinor, non rite cõsecrare,licet non consecretur aqua sola.

Folio 56. uersu à fine 5.

An illa sibi aliquis cõtemplatione blãditur &c.) Videtur olim fuisse mos, ut mane consecrarent aquam,sub cœnam uinum aqua dilutum.

Folio 57. uersu ultimo.

Tingentes eos &c.) Latine dixit,quod nos Græce malumus,unde & alibi quos nos baptizatos dicimus, ille tinctos uocat. Ex hac epistola Augustinus libro de doctr. Christ. 4. cap. 21. adducit exemplũ submissæ dictionis: Admonitos autem nos scias,ut in calice offerendo &c.

Ex libro tertio, folio 76.

Lectis literis.) In hac excutiendum quid sentiat, cum negat soli CHRISTO datam potestatem, uirga ferrea confringendi uasa fictilia, & exustis zizanijs purgare triticum,nam ecclesia etiam tum eijciebat improbos & intractabiles. Si de eijciendo sensit:& afficiuntur capitis supplicijs,qui comme rentur, sed per magistratus prophanos. Vnde sensisse uidetur,ecclesiastica censura neminem sic perdi,ut intereat, quæ non in aliud adhibetur, quàm ut sanet. Similia tradit libro 4. epistola 2. Accepimus primas.

Folio 104. uersu 21.

Gloria quidem uestra &c. Squalent sine balneis membra.) Hunc locum uidetur æmulatus Hieronymus in epistola prima,quam adolescens scripsit ad Heliodorum,sicut & aliàs multa huius est imitatus.

Ex libro quarto,folio 109.

Accepimus primas literas tuas.)Excutiendum cur in hac Cornelium pontificẽ Rhomanũ collegã suũ appellet,neq; enim id semel facit,ut casus uideri possit,sed iterum atq; iterum. Sic & Innocentiũ Augustinus fratrẽ uocat.

Ex eadem, folio 109. uersu 24.

Itẽ: Quod ne uel apud te uel apud quenq; &c.)Hinc apparet ecclesiæ decreta

treta pro tempore recte mutari. Primum Cyprianus acerrime inuehebatur in eos qui sine pœnitentiæ satisfactione recipiebãt in ecclesiæ consortiũ eos, qui metu suppliciorum defecissent à CHRISTI professione: mox mutata in diuersum sententia, idẽ fecit, quod illos indigne & impie facere damitabat.

Ex eadem, folio 112. uersu à fine 6.

Sic tamẽ admissus est Trophimus, ut laicus cõmunicet.) Ex hoc loco apparet præsbyteros à peracta pœnitentia non recipi solere, nisi inter laicos.

Folio 124.

Agnoscenda & complectenda.) Videtur olim ecclesia & pro martyribus orasse, sic em̃ ait: Sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus, quoties martyrum passiones anniuersaria commemoratione celebramus. nisi forte pro eis dictum est, pro eo quod erat, in honorem eorum.

Folio 132. & 24

Quæsisti etiam frater.) Hãc nõ esse epistolam integram uel ex ipso statim initio liquet. Quis enim sic exordiret epistolã? quæsisti etiã, uerum pars est epistolæ, cuius initiũ: Pro tua religiosa diligentia, quod palàm arguit codex uetustissimus è duobus minor, quem nobis exhibuit uenerabile monasterium Iemblacense.

Ex eadem.

In hac disputatur an qui instante morte, sacra aqua fuissent aspersi, quod ob morbũ tingi nõ possent, pro baptizatis essent habẽdi, & an rebaptizãdi si reualuissent. Hanc rem ita tractat, ut liberũ relinquat, siue quis putet eiusmodi rebaptizandos, siue non.

Folio 136. Folio 139. uersu 9.

Ego te frater.) Ait: Loquitur illic Petrus super quẽ ædificanda erat ecclesia. Ab hac sentẽtia multum abhorret Augustinus, qui nõ uult hominem esse fundamentũ ecclesiæ, certe hoc loco. Et tamen nõ semel Cyprianus facit Petrum ecclesiæ fundamentum.

Folio 141.

Oblatrantẽ te.) Demiror cur hæc aliquis maluerit tractatus appellare, q̃ꝑ epistolas. In hac Cyprianus sentire uidet mũdũ hũc senio reddi deteriorẽ.

Ex eodem, folio 147. uersu à fine 5.

Nemo nostrũ quando apprehenditur reluctatur &c.) Hic sentit Christianos potuisse resistere persecutiõibus, sed noluisse, ne ultionẽ quã deus sibi reseruatã uoluit, sibi usurparent. Conuenit autẽ cũ eo quod annotauimus in prima epistola. Nũc ultro inuadimus, & opibus inhiamus potius, q̃ꝑ saluti illorũ studemus.

Folio 152.

Disciplina custos &c.) Hic quod scribit nullam esse ueniã peccanti post cognitã domini uiã, sic arbitror intelligendũ, non esse ueniam, quæ præstet, ut non imputetur delictum.

Folio

Folio 158. uersu 10.

Ex hoc libello locos aliquot adducit Augustinus libro de doct. Christ. 4. cap. 21. ex quo mẽdas aliquot submouimus, adducit autẽ hunc locũ: Si quis pingendi artifex uultum alicuius &c. ut exemplũ grandis figuræ dictionis.

Folio 162. & 163. uers. antepenultimo.

Cum moneat dominus.) Hic æquare uidetur autoritatem omnium apostolorum, cum ait: Hoc erant utiq; cæteri apostoli quod fuit Petrus, pari cõsortio prædíti, & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscit, ut ecclesia una monstretur. Incertum autem, an, quod dicit ecclesiam ab uno profectam, ad CHRISTVM referẽdum sit, an ad Petrum, magis uidetur de CHRISTO sensisse, cum alias Cornelium collegam suum appellet.

Folio 174.

Quod idola dæmonũ sint.) Huius tractatus titulus habebatur uarius. In uetustissimis codicibus repperi, deos non esse quos uulgus colit, hinc notũ est. In alijs doctus aliquis auxit titulum, & rursum aliquis cõiunxit titulum ipsi operi. Quoniam autem incipit ex abrupto, suspicor esse fragmentum prolixioris operis. Quãdoquidem Lactantius testatur Cyprianum plurima uolumina conscripsisse.

Ex eodem circa finem, folio 178. uersu 10.

Iam uenturus è cœlo ad pœnam diaboli & ad censuram generis humani.) Non sic accipiendum est, ut quidam putarunt, diabolum & animas impiorum nõ cruciandas ante extremi iudicij diem, sed ex iudicio pœnam accessuram diabolo.

Folio 178. & folio 181. uersu à fine 10.

Multa & magna.) Quod est apud Matthæũ cap. 6. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις, hic uertit, tinea & comestura.

Ex eodem, folio 186. uersu. 13.

Quibus possent peccata tergeri.) Tergeri pronunciauit, iuxa secundam inflexionem. Atq; ita positum uidetur apud Terentium in Eunucho: Qui abstergerem uulnera.

Folio 197. & folio 199. uers. à fine 14.

De patiẽtia locuturus.) Hic locus est commode intelligendus, quales sunt complures etiã in alijs libris orthodoxorum. Immortalitate, inquit, interim posita, fieri se & mortalem patitur. Neq; enim filius dei desijt esse immortalis, posteaquam assumpsit humanam naturam.

Ex eodem, folio 216.

Pax ecce dilectissimi fratres.) In hoc sic differit de remissione peccatorum, ut uideatur adimere hominibus autoritatem absoluendi. Verũ ex toto sermone satis liquet, illũ sentire de nõ absoluẽdis absq; satisfactione. Agit eñ aduersus eos qui statim admittendos arbitrabantur in ecclesiæ consortium,

eos

eos qui metu tormentorum CHRISTI nomẽ abnegaſſent. Iã tametſi ſummus pontifex hoc facit poteſtate abſoluta, tamẽ nõ idẽ, opinor, conceſſum quibuſlibet epiſcopis. Diuus Hieronymus teſtatur Cornelium Rhomanæ urbis epiſcopum ædidiſſe uolumen de lapſis: uerum nihil uetat idem argumentum â duobus fuiſſe tractatum.

Folio 239. uerſu 16.

Euangelica præcepta. Et remitte nobis debita noſtra &c.) Vbi ſunt quidã circunforanei rabulæ, qui apud populum indoctum cœlum terræ miſcebant, quod in oratione dominica, pro dimitte mutarim remitte, nõ damnãs omnino quod nos legimus, ſed quod elegantius eſt, præferens? Atqui Cyprianus tot ante nos ſeculis auſus eſt ſic precari deum: Remitte nobis. Porrò ne quis impudens cauilletur locum à me corruptum, conſulat uel deſcriptos, uel excuſos typis codices. Folio 261.

Obtemperandum fuit fili chariſſime.) De hoc uix licuit certum pronunciare, quod præter præfationem, autor nuſq; ſuum ſtilum exerat. Probabilius mihi quidem eſt non eſſe Cypriani. In uulgatis codicibus non habebãtur niſi duo libri, nos tertium adiecimus ex bibliotheca Iemblacenſi.

Cap. 5. folio 264. uerſu à fine 7.

Locus qui citatur ex Abacuc, iuxta Græcorum lectionem citatur in uetuſtiſſimis codicibus ſcriptis.

Ex eodem, cap. 12. folio 166. uerſu 21.

Quod eſt apud Matth. cap. primo: Cuius non ſum dignus, hic citat: Cuius non ſum idoneus, cum Græce ſit ἱκανός.

Cap. 13. folio 266. uerſu à fine 8.

Quod eſt apud Matth. cap. undecimo: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Iugum enim meum bonum eſt, & ſarcina mea leuis, quod Græce χρηστὸν eſt, bonum uertit.

Libri 2. cap. 18. fol. 283. uerſ. 14.

Quod eſt apud Ioannem primo: Medius autem ueſtrum ſtetit. hic ita refert: In medio autẽ ueſtri ſtat, ſentiẽs ἕστηκε & huiuſmodi uerba ſic uſurpari.

Cap. 28. folio 287. uerſu 20.

Omnis patriæ gentium.) Græcam uocem reliquit, πατριαὶ, id eſt, familiæ.

Folio 322.

Scripſiſti mihi frater.) Ad Iubaianum hoc opus nõ habebatur in his codicibus, quos habemus excuſos typis. In uno tantum codice repperi peruetuſto, cuius copiam mihi fecit collegium Iemblacenſe, ſed unico, unde quædam non quiuimus emendare.

In eodem, folio 325. uerſu 19.

Quod nunc quoq; apud nos geritur.) Hic nonnihil attingit de ritu prifco baptizandi.

Ex eodem

Ex eodem, folio 326. uersu 20.

Proinde frustra quidam.) Hic sentit absurdum non esse, si quid in ecclesia receptum uertatur in melius, aut etiam corrigatur, si deprehẽsus fuerit error.

Ex eodem, folio 331. uersu à fine 13.

Hæc tibi breuiter.) Cum uersetur in re fidei, tamen collegas episcopos suo relinquit arbitrio. Et haud scio an inter hos fuerint suffraganei, nã Carthago metropolis est Africæ. Nunc prædicatorculus quilibet aut theologaster præscribit mundo.

Folio 332.

Quanquam plenè ea.) Nec hoc opus habebatur inter excusa typis. Sed adiecimus è codice Iemblacensi.

Folio 337.

Retulit ad me frater.) Et hoc ex eodem adiecimus.

Folio 339.

Cum in unum Carthagini conuenissemus.) Ipsa res indicat hoc opus nó esse compositum à Cypriano, sed acta synodi, notarijs excipientibus quæ gerebantur aut dicebãtur. Nec enim est eadem omnium dictio, sed satis apparet omnes episcopos illius temporis eruditos fuisse. Est autem elegãs cernere, quibus modis olim episcoporum cõcilium solitum sit celebrari. Quin & illud animaduertendum, opinionem de rebaptizandis ijs qui fuissent ab hæreticis baptizati, non unius fuisse Cypriani, sed omnium fermè episcoporum Africæ, Numidiæ ac Mauritaniæ. Annotandum & illud, non probari ab his rebaptizationem, sed arbitrantur, nihil actum baptismo hæreticorũ. Et hunc librum adiecimus ex uetusto codice.

Ex eodem, folio 339. uersu 20.

Supereſt ut de hac ipsa re singuli.) Rursus hic cum sacramenti res tractetur ac fidei, tamen unũquẽq; suo relinquit arbitrio, nec putat quẽq; terrore cogendũ, ut mutet sententiã, uidelicet ne scinderetur concordia ecclesiastica.

Ex eodem, folio 340. uersu 9.

Migirpa in suffragio suo, hoc baptismum dixit, quemadmodum & Augustinus in commentarijs in Ioannem.

Ex eodem, folio 341. uersu à fine 6.

Monnulus in suffragio suo, cancer usurpat neutro genere, pro morbo, quod & aliàs apud Cyprianum reperies.

QVAE VIDENTVR FALSO ASCRIPTA CYPRIANO.

Folio 349. & 350. uersu à fine 9.

Probatio capitulorum.) Phrasis imò genius huius operis totus abest ac dissidet à Cypriani stilo, siue spectes elegãtiam orationis, siue eruditionem sacram, siue ardorem animi. Mihi uidetur esse fragmentum alicuius cómentarij. Iam ut nihil aliud, uel illud unum mihi persuaserit opus non esse Cypriani

priani,quod ſerio recenſet hic,quiſquis eſt,frigidiſſimũ commẽtum,de qua/ tũor elementis,quibus apud Hebræos cõponitur Adam, & quatuor mũdi plagas,quas is neſcio quo cõſilio ſtellas appellat,quarũ ſingulæ apud Græ/ cos incipiant à ſingulis Hebraici nominis elementis.Deinde alterum multo frigidius, de numero quem conſtituunt apud Græcos eadem elementa, α. δ. α. μ. & tamen hoc uiſum eſt Auguſtino idoneum quod ſerio referret, enarrans Ioannis caput. 2.

Folio 356. & 358. uerſu 10.

Narrat Ioſepus.) Nec hic quidem quicq̃ eſt Cypriani, meminit autem Pipini regis Aquitanorum,qui quo tempore fuerit, nõdum exquiſiuimus.

Folio 389.

Promiſeram quidem uobis.)Libellus hic eruditi facundiq̃ hominis eſſe, negari nec debet,nec poteſt.Et conſentiunt quædam ſchemata,in quibus ta men hic magis immodicu s c̃p Cyprianus: uerum aſperſa ſunt uerba quæ/ dam,non referentia puritatẽ Cyprianicæ dictionis:uelut illa: Quoties inor dinaliter credimus, ac contubernalitas: Item artificialia ſunt, & coniugali/ tas ac uulgaritas, Item abſentare, pro ſeparare, Item conſtitutionarij, & re/ pulſorium,pullulat uitia,pro producit,& naufragalis,& corpus ancillat,pro effœminat,Item frequentatiuum,aliáq̃ his cõſimilia.Si diuinare licet,ſtilus non abhorret à dictione Tertulliani,quem Cyprianus frequenter habebat in manibus.Quanq̃ uidetur epiſcopus,aut alioqui autoritate prædítus fu/ iſſe,nam ſic inquit alicubi: Vos autem filij chariſſimi non tantum perſuaſi/ one,ſed etiam poteſtate cõuenio. In hoc libello citatur locus Pauli iuxta ue ram ac Græcorum lectionem: Non ergo blaſphemetur bonũ ueſtrum,atq̃ ita legitur in uetuſtiſſimis codicibus.

Folio 361.

Mihi quidem fideliſſime Laurenti.)Stilus ſatis arguit hoc opus non eſſe Cypriani: & inter opera fertur inſcriptum Ruffino, nec abhorret phraſis à phraſi Ruffini:& inter huius opera magnifice de Symbolo meminit Gen/ nadius,quod adeo præclare dicit eſſe diſſertum, ut cæteri ad hunc nihil di/ xiſſe uideantur. Folio 394.uerſu 23. fol. 417.

Solent matres.)Nec hoc opus eſſe Cypriani ſtilus arguit,licet hominis ſit eruditi,quales ætas illa cõplures habebat.Præterea nec habebatur in exem/ plaribus manu deſcriptis, quibus uſus ſum,& in æditione Badiana ſepara/ tũ habebat à reliquo uolumine, Vita Cypriani interiecta,in prioribus ædi tionibus omnino non habebatur,ſed tamen habenda gratia iſs qui in cau/ ſa fuerunt,ut hæc nobis ſuperſint,idq̃ debemus nomini Cyprianico, quod huius commendatione ſeruata ſint,fortaſſis alioqui peritura.

Folio 483.

Et ſi incongruens eſt.)Opinor neminem fore tam obeſæ naris,quin illico

sensurus sit, stilum huius operis longe lateq; discrepare à dictione Cypria-nica: est enim elaboratus & inæqualis, identidem intumescēs, sed parum feli citer. Affectat argutiam, ne id quidē ubiq; feliciter, & omnino plus est curæ q̄ ingenij, plus affectationis q̄ facultatis. Apparet opus fuisse meditātis & exercentis calamum. Si diuinare licet, non absurde uidebitur asscribendum Tertulliano. Nam is de persecutione scripsit, ut testatur Hieronymus. Non habebatur in codicibus excusis, repperi in codice bibliothecæ Iemblacen. sed mirum q̄ mendose descriptum, proinde dedimus quale potuimus.

Folio 494.

Aliquas officiorum meorum.) Hunc in uetere quadā æditione excusum repperi, sed mendosum locis compluribus, nec licuit mederi cunctis erratis, quod nō succurreret ullum aliud exemplar, Stilus palàm arguit nō esse Cypriani. Nam fluit ille, ac lectorem ducit. Hic argute ac breuiter sententijs & enthymematis pungit, fieri potest, ut sit Tertulliani, nisi qd' se declarat episcopum fuisse, unde suspicor nonnihil esse Cornelij, doctus fuit autor, quisquis fuit, & liber indignus, qui intercidat.

Ex eodem, folio 495. uersu 2.

Ad implēda quæq; cognoscimus tribuat.) Legēdū arbitror, quæ cognoscimus. Folio 495. uersu 10.

Nihil iam carni debentes qua renatos &c.) Forte pro qua legēdum quasi, quanquam mihi uidetur & aliàs locus non uacare mendo.

Folio eodem. uersu 13.

Quæ à CHRISTO cōsecrata sit.) Vide num rectius sit, CHRISTO cōsecrata. Quāq; si legas à HRISTO, sensus est, CHRISTVM ipsum fuisse uirginem. Folio eodem. uersu 19.

Modulo decore inuicem &c.) Legendum suspicor, mutuo decore.

Folio eodem. uersu penultimo.

Exhauriens rem tum pudore.) Lege cum pudore.

Folio 496. uersu 7.

Eo uiris per uiros monstra.) Legendum arbitror, ex uiris per uiros.

Folio 499. uersu 17.

Aut redintegrādos dolos lenocinātium.) Opinor legēdum lenocinatum.

Folio eodem uersu 23.

Oculorum extremitates suffocantur.) Legendum arbitror suffuscantur. Et mox pro actibus, suspicor legendum artibus.

Folio eodem. uersu 30.

Quorum precia etiā sine artibus calendarum cuiusuis exceduntur.) Forte sic legendum, quorum precia, etiā sine artibus, cilindrorum onus excedunt.

Folio 500.

Cogitanti mihi & intolerabiliter.) Quādo stilus nō patitur, ut Cypriani credatur

credatur hæc epistola,uero proximũ est,esse Cornelij Rhomanæ urbis episcopi. siquidem Hieronymus operum, huius catalogum texens, meminit hisce uerbis: Et alium & de Nouatiano & ijs qui lapsi sunt. Apparet autem esse imperfectam,sic enim desinit: Præ manu sit nobis oratio illa,exomologeseos plena: nisi forte cõtinenter subsequi debebat oratio,quã in una reperi æditiõe,sed interiecto sermone Augustini diuulsam,eã subijciã,licet mihi nõ fiat uerisimile hanc esse quã sensit,uel hoc argumẽto qd de pœnitẽtia, aut relaxatiõe peccatorũ nulla hic fiat mẽtio. at nihil aliud agit in epistola.

Ex eadem,folio 506. uersu à fine 12.

At nunc ex quo caninam illam hæresim.)Pro caninam lege,Cainam. Sic enim & Hieronymus appellat eam quæ adimit spem remittẽdi peccati. Cætera facile lector ipse deprehendet.

Folio 510. 511. 513.

Subiecimus & Augustini orationẽ prorsus ipsius piam iuxta ac doctam: deinde duas precationes non aspernandas mea sententia, an Cypriani incertũ. Porrò quod in toto opere nescio quis dissecuit libros, distinxit tractatus ab epistolis,tametsi sciebã inepte factum,tamẽ dissimulaui,quod hic nõ admodum referat. Sic aliquis & tomos, quos Origenes scripsit in Matthæum,dissecidit in homilias.

VERBA PECVLIARIA

CYPRIANO. Folio 79. uersu 13. & 111. uers. penult.

Exambire.)pro ambitu assequi siue eniti, sicut eblandiri. libri 3. epistola 5. Quoniã cõperi fratres. Itẽ lib. 4. epistola 2. Accepi. Episcopatũ nõ exambitũ nec extortum.

Folio 93. uersu 15.

Remissa,pro remissione. lib. 3, epistola. 13. Diu patientiam meam.

Folio 113. uersu 11.

Sacrificati dicebãtur ea ætate,qui metu malorũ eò pertrahebãtur,ut idolis etiã sacra facerent. epistola 4. libri 2. Accepi. Hos eosdẽ alicubi uocat thurificatos. Qui nõ incẽdissent thura idolis,sed per libellos tantũ dedissent nomina,libellatici uocabãtur. Fol. 132. uers. à fine 5.

Clinici tum uulgo dicebantur,qui ob morbum lecto decumbentes,aqua sacra aspergebantur,non tingebantur,nam κλίνη Græce lectus est.

Folio 157. uersu ult. & fol. 158. uersu 17.

Impugnare & impugnatio,sic enim scriptũ habetur in codicibus, pro fucatione & fucare ponit in episto. de habitu uirginum. Sed haud scio an dicendum sit impigmatio, unde pigmenta dicta uidentur.

Folio 189. uersu à fine 9. & fol. 194. uersu à fine 5.

Magnanimitatẽ uocat, quod est subinde in literis apostolicis μακροθυμία,

quod alij uertunt longanimitatẽ,ut in tractatu de eleemosyna. Hæc indesinentium operum magnanimitate redimantur. Item in proximo: Charitas magnanima est,alijsq; locis pluribus,q̃ ut referat citare singulos.

Folio 31. uersu 14. folio 103. uersu 1.

Mortalis.) Apud hunc ex ueteribus unũ reperio positum mortale pro eo quod mortẽ adfert,ut in tractatu de bono patientiæ,cuius initium: De patientia locuturus. Folio 227. uersu à fine 9. & 10.

Confundi pro erubescere,usurpat tractatu de lapsis.

Folio 93. uersu à fine 7. & fol. 94.

Dare pacem,pro admittere in consortium ecclesiæ,aut absoluere.

Facere literas,pro scribere epistolas.

Folio 38. uersu 25. Abstinere pro separare.

Folio 12. uersu 1. Et abstentus pro separatus.

Folio 184. uersu 26.

Dominicum,pro cœna dominica,seu communione eucharistiæ.

INDEX SEV ORDO

OPERVM DIVI CAECILII CYPRIANI.

COgnouimus frater. ad Cornelium. de perseuerantia fidei,seu confessione. Folio 1.

Statueramus quidem. ad eundem. de ijs qui ob tormentorum metum à fide defecerunt. folio 3.

Legi literas tuas frater. ad eundem epistola confortatoria. fol. 6.

Cum in unum conuenissemus. ad Felicem & Paulum. de Martiali & Basilide hæresiarchis. folio 18.

Et iã pridẽ uobis. ad Rogatianũ & cæteros. de obseruatiõe disciplinæ. 22.

Pro tua religiosa diligẽtia. ad Magnũ. de ijs q in lecto gratiã cõsequũt. 24.

Grauiter & dolenter motus. ad Epitectum & plebem Assuritanorum. de Fortunatiano episcopo. folio. 29.

Quanquam fratres charissimi Briccius. ad plebem. de quinq; præsbyteris schismaticis. folio 31.

Grauiter cõmoti sumus. ad plebem & clerum Furnitanorum. de Victore qui Faustinum præsbyterum tutorem nominauit. fol. 35.

Pro dilectione tua. ad Eucratium. de histrione. folio 36.

Legimus literas tuas frater. ad Pomponium. de uirginibus. fol. 37.

Cum simul in concilio essemus. ad Ianuarium & cæt. de ijs qui apud hæreticos baptizantur. fol. 40.

Ad quædam disponenda. ad Stephanum. de concilio. fol. 42.

Bene

Bene admones Donate. ad Donatū Cyprianus de ſua conuerſione. 44.
Quanꝯ ſciam frater. ad Cæcilium. de ſacramento dominici calicis. fol. 51.
Et cunctos uos pariter. ad Moſen & Maximū &c. de cōfeſſione eorū. 58.
In ordinādis clericis. ad clerum & plebē. de Aurelio lectore ordinato. 60.
Exulto lætus & gratulor. ad martyres. de martyrio. folio 61
Quanꝯ bene ſibi conſcius. præſbyteri & diaconi ad Cyprianum. 64.
Et cum diligētia. ad Corneliū. de Nouatiano & Nouato ſchiſmaticis. 68.
Et religioſum nobis. ad eundem. de Ethippo. folio 70.
Quod ſeruis dei & maxime. ad eundem. de unitate eccleſiæ. 70.
Venerunt ad nos. ad eundem. de hæreticis. fol. 72.
Egiſſe nos & agere. ad eundem epiſtola congratulatoria. 73.
Et nuper quidem. ad Lucium papam de exilio reuerſum. 74.
Cum frequēter chariſſimi. ad Maximum & Nicoſtratum. de unitate. 76.
Lectis literis ueſtris. ad Maximū & Vrbanum &c. ad eccleſiā reuerſos. 76.
Quales literas ad clerum. ad præſbyteros Rhomæ conſiſtentes. 78.
Quoniā cōperi fratres. ad eoſdē epiſtola, in qua ſe à maledicis expurgat. 78.
Quanꝯ ſciam uos fratres. ad eoſdem: ut iſs fratribus qui in carcere ſunt, omnis humanitas exhibeatur. 80.
Exultantibus nobis. ad Lucium &c. epiſtola, in qua de acceptis literis gratias agit, folio 81.
Legimus literas tuas. ad Fidum. de infantibus baptizandis. 82.
Grauiter & dolenter commoti ſumus. ad Rogatianum. de diacono, qui cōtra epiſcopum contendit. 84.
Optaueram quidem fratres. ad præſbyteros & diaconos, ut diligentiores ſint circa religionis adminiſtrationem. 86.
Quantā ſolicitudinē. ad Corneliū. de nōnullis ad eccleſiā reuerſis. 87.
Ne quid minus ad pœnam. ad eundem. de quibuſdam ſchiſmaticis. 89.
Fauſtinus collega noſter. ad Stephanum. de Martino Arelatenſe. 90.
Certi ſumus frater. Maximus, Vrbanus &c. ad D. Cyprianum. 92.
Diu patientiam meam. ad clerum de quibuſdam præſbyteris, qui temere pacem lapſis dederunt. 92.
Solicitudo loci nri. ad martyres & cōfeſſores, q lapſis petierūt pacē dari. 94.
Ingemiſcere uos & dolere. Significatio ad plebem de petitione ſuper lapſis facta per martyres. 96.
Miror uos fratres. ad clerū, ppter lapſos & catechumenos, ne uacui exirēt. 97.
Legi literas ueſtras. ad clerum de iſs, qui ad pacem feſtinant. 98.
Dominus loquitur & dicit. ad clerum, nō eſſe temere pacē lapſis dandā. 99.
Accepimus literas tuas. ad Calydoniū epiſcopū. quid ſup lapſis egerit. 99.
Cum de exceſſu boni uiri. ad clerum Rhomæ conſiſtentem. 100.
Ne quid conſcientiam ueſtram. ad clerum. de lectore Saturo, & hypodiaconō

cono optato. folio 101.
Scripſiſtis fratres.ad Fortunatũ & cæteros.de ijs qui p̃ torméta ſuperãt.101.
Saluto uos fratres. ad clerum. de cura populi. 102.
Gloria quidem ueſtra. ad martyres & confeſſores epiſtola, in qua uirtutum laudem extollit. folio 103.
Saluto uos fratres chariſſ. ad Seagrium & Rogatianum in carcere conſtitutos epiſtola conſolatoria. 106.
Accepimus primas literas. ad Antonianũ. de Cornelio & Nouatiano.109.
Gloriã fidei. ad Moſen & Maximũ &c.qui in p̃ſecutiõe fidẽ ſeruauerũt.120.
Quanc̃ꝫ ſentiam. ad clerum. de deprecando deũ pro peccatis noſtris. 121.
Agnoſcenda & complectenda. ad clerum & plebem.de Celerino confeſſore lectore ordinato. 124.
Cogitaueram quidem. ad Thibaritanos epiſtola exhortatoria. 126.
Quæſiſti etiã &c. ad Magnũ. de ijs qui in lecto gratiam conſequuuntur.132.
Legi literas tuas. ad Cornelium epiſtola, in qua de literis ſe purgat. 135.
Ego te frater. ad Florentium Pupianum epiſtola, in qua ſe purgat quod obtrectatoribus crediderit. 136.
Nũciãdũ uobis.ad clerũ.de Numidico cõfeſſore præſbytero ordinato.140.
Oblatrantem te. contra Demetrianum tractatus, in quo demonſtrat autor,mala multiplicari,quod ab idololatris deus non coleretur. 141
Diſciplina cuſtos. tractatus de habitu uirginum. 152.
Cũ moneat dñs. aduerſus Nouatianũ ſchiſmaticũ. de eccleſiæ unitate. 162.
Quod idola dij non ſint. tractatus, quod unus deus ſit. 174.
Multa & magna. ſermo de pietatis opere & eleemoſyna. 178.
Zelare quod bonum uideas. ſermo de zelo & liuore. 190.
De patientia locuturus. ſermo de bono patientiæ. 197.
Et ſi apud plurimos. ſermo de mortalitate. 207.
Pax eccę dilectiſſimi. ſermo de lapſis. 216.
Euangelica præcepta. ſermo de oratione dominica. 231.
Deſideraſti Fortunate. ad Fortunatum. de exhortatione martyrij. 245.
Obtemperandum fili. ad Quirinum aduerſus Iudæos. 261.
CHRISTVM primogenitum eſſe. ad eundem,aduerſus Iudæos. 272.
Pro fide ac deuotione tua. ad eundem. de præceptis dominicis. 289.

INDEX OPERVM D. CYPRIANI, QVAE HACTENVS non habebantur in excuſis uoluminibus,ſed ex uetuſtis codicibus addita ſunt à DES. ERASMO ROT.

Scripſiſti mihi frater. ad Iubaianum. de hæreticis baptizandis. fol. 332.
Quanc̃ꝫ planè ea. ad Pompeium contra epiſtolam Stephani. 332.
Retulit ad me frater.ad Quitinũ de hæreticis & ſchiſmaticis bapizãdis.337.
Cum in unum Carthagini.Sentẽtiæ epiſcoporum cõcilij Carthaginẽſis.339.

Opera

OPERA QVAE FALSO VIDEBANTVR ASCRIPTA CYPRIANO.

Probatio capitulorum. de montibus Sina & Sion aduersus Iudæos. 349.
Narrat Iosephus. de reuelatione capitis B. Ioannis Baptistæ. 356.
Mihi quidē fidelissime. Expositio in symbolū, quod uocāt, apostolorū. 361.
Promiseram quidem uobis. De singularitate clericorum. 389.
Solēt matres. ad Cornelīū papā de cardinalibus CHRISTI operibus. 417.

OPERA ADDITA EX DESCRIPTIS CALAMO LIBRIS NOTHA TAMEN.

Et si incōgruēs est. ad Moysen, Maximū, & cæteros de laude martyrij. 483.
Aliquas officiorum meorum. de disciplina & bono pudicitiæ. 494.
Cogitanti mihi. ad Nouatianum hæreticum, quod lapsis spes ueniæ non est deneganda. folio 500.
Hagios hagios. Oratio B. Cypriani martyris. 510.
Domine sancte pater. oratio eiusdem. 511.
Sermonē à nobis. Sermo S. Augustini de sancto Cypriano martyre. 513.

INDEX EPISTOLARVM AC LIBRORVM DIVI CYPRIANI iuxta ordinem literarum digestus.

Accepimus literas tuas. ad Calydonium episcopum, quid super lapsis egerit. folio 99.
Accepimus primas literas. ad Antonianū de Cornelio & Nouatiano. folio 109.
Ad quædam disponenda. ad Stephanum de concilio. 42.
Agnoscenda & complectenda. ad clerum & plebem de Celerino confessore lectore ordinato. 124.
Aliquas officiorum meorum. de disciplina & bono pudicitiæ. 494.
Bene admones Donate. ad Donatum Cyprianus de sua cōuersione. 44.
Certi sumus frater. Maximus, Vrbanus & cæteri ad D. Cyprianum. 92.
CHRISTVM primogenitum esse. ad Quirinum aduersus Iudæos. 272.
Cogitanti mihi. ad Nouatianum hæreticum, quod lapsis spes ueniæ non est deneganda. 500.
Cogitaueram quidem. ad Thibaritanos epistola exhortatoria. 126.
Cognouimus frater. ad Cornelium papam. de confessione. 1.
Cum de excessu boni uiri. ad clerum Rhomæ consistentem. 100.
Cum frequenter chariss. ad Maximum & Nicostratum de unitate. 76.
Cum in unum Carthagini. sententiæ episcoporū concilij Carthaginen. 339.
Cum in unum conuenissemus. ad Felicem & Paulum de Martiali & Basilide

lide hæreſiarchis. folio 18.
Cũ moneat dñs. aduerſus Nouatianũ ſchiſmaticũ de eccleſiæ unitate. 162.
Cum ſimul in cõcilio eſſemus. ad Ianuarium & cæteros de iſs qui apud hæreticos baptizantur. 40.
De patientia locuturus. ſermo de bono patientiæ. 197.
Deſyderaſti Fortunate. ad Fortunatũ de exhotatione martyrij. 245.
Diſciplina cuſtos. tractatus de habitu uirginum. 152.
Diu patientiam meam. ad clerum de quibuſdam præſbyteris qui temere pacem lapſis dederunt. 92.
Dominus loquit᷑ & dicit. ad clerum non eſſe temere pacẽ lapſis dandã. 99.
Domine ſancte pater. oratio B. Cypriani martyris. 511.
Egiſſe nos & agere. ad Cornelium epiſtola congratulatoria. 73.
Ego te frater. ad Florentium Pupianum epiſtola, in qua ſe purgat quod obtrectatoribus crediderit. 136.
Et cũ diligentia. ad Cornelium de Nouatiano & Nouato ſchiſmaticis. 68.
Et cũctos uos parit᷑. ad Moyſen & Maximũ & cæteros de cõfeſſiõe eorũ. 58.
Et iã pridẽ uobis. ad Rogatianũ & cæteros de obſeruatione diſciplinæ. 22.
Et nuper quidem. ad Lucium papam de exilio reuerſum. 74.
Et religioſum nobis. ad Cornelium de Ethippo. 70.
Et ſi apud plurimos. ſermo de mortalitate. 207.
Et ſi incõgruẽs eſt. ad Moyſen, Maximũ & cæteros de laude martyrij. 483.
Euangelica præcepta. ſermo de oratione dominica. 231.
Exultantibus nobis. ad Lucium & cæteros epiſtola, in qua de acceptis literis gratias agit. folio 81.
Exulto lætus & gratulor. ad martyres de martyrio. 61.
Fauſtinus collega noſter. ad Stephanum de Martino Arelatẽſi. 90.
Gloria quidẽ ueſtra. ad martyres & confeſſores epiſtola, in qua uirtutum laudem extollit. 103.
Gloriam fidei. ad Moſen, Maximum & cæteros, qui in perſecutione fidem ſeruauerunt. 120.
Grauiter commoti ſumus. ad plebem & clerum Furnitanorum de Victore, qui Fauſtinum præſbyterum tutorem nominauit. 25.
Grauiter & dolenter. ad Epictetum & plebem Aſſuritanorum de Fortunatiano epiſcopo. 29.
Grauiter & dolenter cõmoti ſumus. ad Rogatianum de diacono qui contra epiſcopum contendit. 84.
Hagios hagios. oratio B. Cypriani martyris. 510.
Ingemiſcere uos & dolere. ſignificatio ad plebem de petitione ſuper lapſis facta per martyres. 96.
In ordinandis clericis. ad clerum & plebẽ de Aurelio lectore ordinato. 60.

Lectis

Lectis literis uris. ad Maximũ, Vrbanũ & cæteros ad eccleſiã reuerſos. 76.
Legi literas tuas. ad Cornelium epiſtola confortatoria. 6.
Legi literas tuas. ad eundem epiſtola, in qua de literis ſe purgat. 135.
Legi literas ueſtras. ad clerum de ijs qui ad pacem feſtinant. 98.
Legimus literas tuas. ad Pomponium de uirginibus. 37.
Legimus literas tuas. ad Fidum de infantibus baptizandis. 82.
Mihi quidẽ fideliſſimi. expoſitio in ſymbolũ, quod uocãt, apoſtolorũ. 361.
Miror uos fratres. ad clerũ, ppter lapſos & catechumenos ne uacui exirẽt. 97.
Multa & magna. ſermo de pietatis opere & eleemoſyna. 178.
Narrat Ioſephus. de reuelatione capitis B. Ioannis Baptiſtæ. 356.
Ne quid conſcientiam ueſtram. ad clerum de lectore Saturo & hypodiacono Optato. 101.
Ne quid minus ad. ad Cornelium de quibuſdam ſchiſmaticis. 89.
Nũciãdũ uobis. ad clerũ de Numidico cõfeſſore præſbytero ordinato. 140.
Oblatrantem te. contra Demetrianum tractatus, in quo demõſtrat autor mala multiplicari quod ab idololatris deus non coleretur. 141.
Obtemperandum tibi fili. ad Quirinum aduerſus Iudæos. 261.
Optaueram quidem fratres. ad præſbyteros & diaconos ut diligentiores ſint circa religionis adminiſtrationem. 86.
Pax ecce dilectiſſimi. ſermo de lapſis. 216.
Probatio capitulorum. de montibus Sina & Sion aduerſus Iudæos. 349.
Pro dilectione tua. ad Eucratium de hiſtrione. 36.
Promiſeram quidem uobis. de ſingularitate clericorum. 389.
Pro tua religioſa diligẽtia. ad Magnũ de ijs q in lecto gratiã cõſequunt. 24.
Pro fide ac deuotione tua. ad Quirinum de præceptis dominicis. 289.
Quæſiſti etiã &c. ad Magnum de ijs qui in lecto gratiã conſequuntur. 132.
Quales literas ad clerum. ad præſbyteros Rhomæ conſiſtentes. 78.
Quanq; fratres chariſſimi. ad plebẽ de quinq; præſbyteris ſchiſmaticis. 31.
Quanq; ſciam frater. ad Cæcilium de ſacramento dominici calicis. 51.
Quanq; bene ſibi conſcius. præſbyteri & diaconi ad Cyprianum. 64.
Quanq; ſciam uos fratres. ad præſbyteros Rhomanos, ut ijs fratribus qui in carcere ſunt omnis humanitas exhibeatur. 80.
Quanq; ſentiam. ad clerum de deprecando deum pro peccatis noſtris. 121.
Quanq; planè ea. ad Pompeium contra epiſtolam Stephani. 332.
Quantã ſolicitudinem. ad Cornelium de nonnullis ad eccleſiã reuerſis. 87.
Quod ſeruis dei & maxime. ad Cornelium de unitate eccleſiæ. 70.
Quod idola dij non ſint. tractatus quod unus deus ſit. 174.
Quoniam comperi fratres. ad præſbyteros Rhomæ conſiſtentes epiſtola, in qua ſe à maledicis expurgat. 78.
Retulit ad me fraf. ad Quintinũ de hæreticis & ſchiſmaticis baptizãdis. 337.

Saluto

Saluto uos fratres. ad clerum de cura populi. 102.
Scripſiſtis fratres. ad Fortunatũ & cæteros de ijs q̃ p̃ torméta ſuperant. 101.
Saluto uos fratres. ad Seagrium & Rogatianum in carcere conſtitutos epiſtola conſolatoria, 106.
Scripſiſti mihi frater. ad Iubaianum de hæreticis baptizandis. 322.
Sermonẽ à nobis. ſermo beati Auguſtini de ſancto Cypriano martyre. 513.
Solẽt matres. ad Cornelĩũ papã de cardinalibus CHRISTI operibus. 417.
Solicitudo loci nr̃i. ad martyres & cõfeſſores, q̃ lapſis petierũt pacẽ dari. 94.
Statueramus quidem iam pridem. ad Cornelium de ijs qui ob tormentorum metum à fide defecerunt. 3.
Venerunt ad nos. ad Cornelium de hæreticis. 72.
Zelare quod bonum uideas. ſermo de zelo & liuore. 190.

ANNOTATIVNCVLA DES. ERASMI ROTERODAMI IN PASSIONEM D. CYPRIANI.

Temporibus Valeriani.) Hic appendicem ab alio quopiam recentiore additam: clarius eſt, q̃ ut ſit admonendũ. ea eſt: Nos ergo fratres oremus omnipotentẽ deũ. Et Hieronymus in Catalogo ſcriptorum illuſtriũ teſtatur, Cypriani uitam ac mortẽ à Pontio diacono, qui fuerit illi comes indiuulſus, fuiſſe deſcriptã: è cuius libro, ſuſpicor, hoc eſſe decerptum. Nam cum Hieronymus egregiũ uolumen appellet, quod reliquiſſet Pontius, non eſt ueriſimile, hũc eſſe librum de quo ſenſerit Hieronymus: qui adeo non meretur elegans dici, ut ne libri quidem uocabulum mereatur.

PASSIO BEATI CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS, PER PONTIVM EIVS DIACONVM AEDITA.

TEmporibus Valeriani iniquiſſimi imperatoris, fuit in Carthaginæ quæ eſt in Africa, glorioſiſſimus uir nomine Cyprianus, qui primo quidẽ Rhetoricam docuit. Deinde à quodã præſbytero nomine Cæcilio conuerſus ad fidẽ CHRISTI, nomẽ quoq̃ ſortitus eſt Cæcilius: qui omne culmen geſtiens aſſequi Chriſtianæ religionis, perfectionem (quam CHRISTVS conſulenti iuueni de uita æterna deprompſerat) ſecutus, omnem ſubſtantiam ſuã pauperibus erogauit, ut nudum mater eccleſia ſuſciperet, quem nudum mater carnea terræ ædidiſſet, ueraciter perſpiciens, nõ poſſe perfecte in inenarrabili dei ſapientia philoſophari, terrenis cupiditatibus innixũ. Nanq̃ ita dei ineffabili ſapientiæ contemplandum ſe tradidit, ut toto orbe propè notiſſimus, ſole darius extent eius innumera uolumina, quæ in euangelijs & alijs uoluminibus optime perorauit: chronicam quoq̃ ualde utilẽ compoſuit, & exhortatorias ad multos ſanctorum epiſtolas, in quibus ardorem fidei uelut bonus demõſtrauit athleta.

athleta. Post multum uero temporis, ut nō abdita maneret lucerna sub modio, sed ut luceret insta r stellæ spiritualis solis, posita est super candelabrum ut præsentes & secuturi agnoscerent, nō debere doloribus momentaneis cedere, quibus perpetua beatitudo fixa maneret. Deniq; comprehensus à ministris Paterni proconsulis Carthaginensis, ante eum in quoddam secretarium adductus est, cui ita dixit: Sacratissimi imperatores Galienus & Valerianus ad me literas dirigere dignati sunt, in quibus sanxerunt, ut omnes homines deos quos Rhomani adorant, debeant adorare: & qui contempserint hoc præceptum gladio feriantur. Audiui uero quod tu deorum cultum pro nihilo ducas: unde hortor ut consulas tibi & deos honores. Cyprianus respōdit: Christianus ego sum, & nullos alios deos noui, nisi unum & uerum deum qui creauit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Huic deo Christiani seruimus, hunc nocte dieq; deprecamur pro oīmibus etiā pro imperatoribus. Paternus procōsul dixit: Si in hac uolūtate perseueraueris, pessima morte peribis. Sanctus Cyprianus episcopus respondit: Bona uolūtas est, quæ deum timet, & ideo nō potest immutari. Paternus procōsul dixit: Quia in hac uoluntate permanes, secundum præcepta principū exilio deputādus es. Sanctus Cyprianus respondit: Exul nō erit qui deum in mente habebit, quoniā domini est terra & plenitudo eius. Paternus proconsul dixit ad eum: Anteq; proficiscaris dic ubi sint præsbyteri qui in hac ciuitate esse dicuntur, uel similes tui. Sanctus Cyprianus respondit: Bene atq; utiliter legibus uestris sanxistis nullos delatores fore debere: idcirco à me prodi nō debent, sed à uobis inueniantur, quia & hoc censuistis, ut nullus se ultro offerret. Proconsul dixit: Ego à te cum tormentis eos exquiram. Sanctus dei respondit: Per me non perdentur. Procōsul dixit: Præceptum principum est, ne qui Christiani conciliabula faciant, uel cimiteria ingrediantur. & si quis hoc uiolauerit, gladio animaduertatur. Sanctus dei respōdit: Facquod tibi præceptum est. Cū ergo uideret animum eius immutabilē in religione diuina, fecit eum in ciuitate *Furabilitana exulari, ubi aliquādiu exemplo boni operis multis profuit, nemini obfuit. Cumq; ibi domino in sancti tate deseruiret, mortuus est Paternus proconsul. Et ipse de exilio regressus, in quodam hortulo commanebat. Cūq; de eo perlatum esset ad Galerium Maximum qui Paterno successerat, misit duos ministros, & iussit eum ad se adduci. Qui cum uenissent ad eum, leuauerūt eum in curru suo, & ad Galerium Maximum perduxerūt. Qui cum uidisset eū ait: Tu es *Statius Cyprianus? Sanctus Cyprianus respondit: ego. Galerius proconsul dixit: Tu es quem Christiani papam suum nominant? Sanctus dei respondit: ego. Proconsul dixit: Iusserunt tibi principes nostri adorare deos. Sanctus dei respondit: Non faciam. Proconsul dixit: Melius facies si saluti tuæ consulas, & deos non contemnas. Sanctus dei respondit: Salus mea & uirtus mea Christus

Al̄s. *Curubitana.

Al̄s. *Thascius.

Als*Vicẽ tuã CHRISTVS dominus eſt,cui ſine fine ſeruire deſidero.Procõſul dixit:*Vitæ tuæ doleo,& uellem conſulere tibi.Sanctus Cyprianus reſpondit: Conſultũ mihi melius nõ eſſe quæro,q̃ ut deũ uerum adorans, ad ipſum tota mentis auiditate feſtinem,quoniam non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad ſuperuẽturam gloriam,quæ reuelabitur in nobis. Iratus Galerius proconſul ait:Diu ſacrilega mente uixiſti,& nephariæ conſpirationis homines aggregaſti tibi,& inimicum te dijs & ſacris religionibus eorum præbuiſti,& non æquiſſimis conſilijs principum aſſenſum unq̃ præbuiſti,ſed ſemper autor iniqui nominis & ſignifer extitiſti,& propterea cæteris quos ſceleri tuo aggregaſti exemplum eris,& in ſanguine tuo diſcent diſciplinã. Tunc ergo dictauit ſententiam dicens:Statium Cyprianum dijs libamina offerre rennuentem,gladio animaduerti placet. Cumq̃ duceretur ad decollãdum, ſequebatur eum multitudo populi & alij clamabant:Moriamur ſimul cum ſancto epiſcopo.Et cum peruenijſſet in locum qui dicitur Sextus,quarto ab urbe miliario, expoliauit ſe birro, & tradidit carnificibus.Dalmaticam uero tradidit diaconibus,& ſtetit in lineis,expectãs ſpiculatorem.Et dum ille appropinquaſſet,iuſſit ſuis illi dare uiginti aureos.Cumq; proſtrauiſſet ſeſe interram, orauit cum lachrymis, & à fratribus linteamina offerebantur, unde oculos ſibi tergebat. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, ſententia ex tabella recitata eſt ita:Statius Cyprianus gladio feriatur. Et ſtatim reſpondit ſanctus dei: Amen.Et ceruicem obtulit gladio, temporalemq̃ uitam finiuit, recepturus à deo ſine fine perpetuam. Sic ergo beatus Cyprianus ſubſecutus eſt fide glorioſa ſanctum Cornelium eodem martyrij genere,eodem paſſionis die,licet non eodem anno.deuicto diabolo,triumphator migrauit ad cœlum.Et ſicut ſcriptum eſt: Quomodo in uita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati. Ambo fide clari, ambo conſtantia inuicti, ambo martyrio glorioſi. Nos ergo fratres oremus omnipotentem deũ pro ſereniſſimo imperatore Carolo, quatenus qui beatum Cornelium papam & martyrem de Rhomanis partibus ob munimen ſui,cunctorumq; fidelium ſibi proximari fecit,ac nos de tam magno patrono honorauit.Per ſuffragia huius inclyti martyris beatitudine perennis uitæ ſibi conceſſa ſancto rum omnium, quos uenerabiliter excoluit,cõſortia adipiſci mereamur perpetuo obtinenda, præſtante domino noſtro IESV CHRISTO, qui cum patre uiuit & regnat deus in unitate ſpiritus ſancti. per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Birrum epiſcopale. Dalmatica. Linteа.

FINIS.

DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Cæcilij Cypriani epistola ad Cornelium papã, de fidei CHRISTI confessione, cõgratulantis & hortantis, ut constanter & firmiter ad omnẽ patientiã perseueret.

Epistola I.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

COGNOVIMVS frater charissime fidei ac uirtutis uestræ testimonia glorioſa, & cõfessionis uestræ honorem sic exultãter accepimus, ut in meritis ac laudibus uestris nos quoq; participes ac socios computemus. Nam cum nobis & ecclesia una sit & mens iuncta, & indiuidua concordia, quis non sacerdos in cõsacerdotis sui laudibus, tanq; in suis proprijs gratuletur? Aut quæ fraternitas in fratrum gaudio nõ ubique lætetur? Exprimi satis non potest quanta ista exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de uobis prospera & fortia comperissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & cõfessionẽ ducis de fratrum consensione creuisse, ut dũ præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorem populũ suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus cõfiteri: ut non inuenia mus quid prius prædicare in uobis debeamus, utrum ne tuã promptam & stabilem fidẽ, an inseparabilem fratrum charitatẽ. Virtus illic episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequẽtis fraternitatis ostensa est, dum apud uos unus animus & una uox est, ecclesia omnis Romana cõfessa est. Claruit fratres charissimi fides, quã de uobis beatus apostolus prædicauit. Hãc laudem uirtutis & roboris firmitatem, iam tunc in spiritu præuidebat, & præconio futurorum merita uestra contestãs, dum parentes laudat, filios prouocat: dum sic unanimes, dum sic fortes estis, magna & cæteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer deum timere, CHRISTO firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres à fratribus non separari, concordiam simul iunctã uinci omnino nõ posse, quicquid simul petitur à cunctis, deũ pacatis pacificis exhibere. Prosilierat aduersarius terrore uiolento CHRISTI ca-

Fidei unitas congratulationis causa.

Ducis confessio subditorũ est conuersio.

Episcopi uirtus adunatio fraternitatis.

Concordia inuicta.

Aduersarius singulos aggreditur.

Similitudo.

Exercitus unitus dispersos fortior.

Christi milites mortis contemptores.

Aliàs † dubitasse.

Nouatianus fidei hostis.

Nouatiani uenenata facundia.

stra turbare, sed quo impetu uenerat, eodem impetu pulsus est, & quantum formidinis & terroris attulit, tãtum fortitudinis inuenit & roboris: supplantare se iterũ crediderat posse dei seruos, & uelut tyrones & rudes, quasi minus paratos & minus cautos, solito suo more concutere. Vnum primo aggressus, ut lupus ouem secernere à grege, ut accipiter columbam ab agmine uolantium separare tentauerat. Nam cui non est aduersus omnes satis uirium, circunuenire quærit solitudinem singulorũ. Sed retusus adunati exercitus fide pariter & uigore, intellexit milites CHRISTI uigilare iam sobrios, & armatos ad prælium stare, uinci non posse, mori posse, & hoc ipso inuictos esse, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocẽtem liceat, sed prompte & animas & sanguinẽ tradere, ut cum tanta in seculo maliciæ sæuitia grassetur, à malis & sæuis uelocius recedat. Quale illud fuit sub oculis dei spectaculũ glorioſum? quale in cõspectu CHRISTI & eius ecclesiæ gaudium? Ad pugnam quam tentauerat hostis inferre, non singulos milites, sed semel tota castra prodijsse. Omnes enim constat uenturos fuisse, si audire potuissent, cũ accurrerit properanter, & uenerit, quisquis audiuit. Quot illic lapsi, glorioſa confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores, ut appareat nuper †subitatos esse, & nouæ atq; insuetæ rei pauore trepidasse. Redijsse ad se postmodum, fidẽ ueram, & uires suas de dei timore collectas, ad omnem patientiam constãter & firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis ueniam, sed ad passionis coronã. Quid ad hæc Nouatianus frater? utrum ne iam deponit errorem, an uero (qui dementium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensiõis & zeli crudescit insania? nec uulnus suũ miser curat, sed adhuc grauius & se & suos uulnerat? in perniciem fratrum lingua sua perstrepens, & facundiæ uenenatæ iacula contorquens, magis durus secularis philosophiæ prauitate, q̃ philosophiæ dominicæ lenitate pacificus: desertor ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, ueritatis corruptor, perditor charitatis? Agnoscit ne iam qui sit sacerdos dei? quæ sit ecclesia & domus CHRISTI? qui sint dei serui, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos antichristus impugnet? Neque enim quærit illos, quos iam subegit, aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis ecclesiæ quos alienauit ab ecclesia & foras duxit, ut captiuos & uictos contemnit, & præterit: eos pergit lacessere, in quibus CHRISTVM cernit habitare. Quanc̃p & si aliquis extra libus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in cõfessione nominis blãdiatur, cum constet si occisi eiusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam nõ esse, sed pœnã potius esse perfidiæ: nec in domo dei inter unanimes habitaturos esse, quos uidemus de pacifica & diuina domo furore discordiæ recessisse

receſſiſſe. Hortamur planè quãtum poſſumus pro charitate mutua, qua nobis inuicem cohæremus, ut (quoniam prouidentia domini monẽtis inſtrui/mur, & diuinæ miſericordiæ cõſilijs ſalubribus admonemur, appropinqua/re iam certaminis & agonis noſtri diem) ieiunijs, uigilijs, orationibus inſiſtere cum omni plebe non deſinamus. Incumbamus gemitibus aſſiduis, & deprecationibus crebris. Hæc ſunt eñ nobis arma cœleſtia, quæ ſtare & perſeuerare fortiter faciunt. Hæc ſunt munimenta ſpiritalia & tela diuina, quæ protegunt. Memores noſtri inuicem ſimus, concordes atq; unanimes, utro/biq; pro nobis ſemper oremus, preſſuras & anguſtias mutua charitate re/leuemus. Et ſi quis hinc noſtrum prior diuinæ dignationis celeritate præceſ/ſerit, perſeueret apud deum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus no/ſtris apud miſericordiam patris non ceſſet oratio. Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

Ro. 13.

Iudit. 4.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Epiſtola beati Cypriani, nonnullorumq; epiſcoporum ad Cornelium papam, in qua docent, eos eccleſiæ communionicq; admitti debere, qui prioribus perſecutio/nibus ob tormentorũ metum à fide defecerunt, & dolenter ac iugiter diuina poſt/modum ſolatia implorantes, pro domini ſui nomine, ac pro ſua ſalute fortiter ſtare & repugnare profiterentur.

Epiſtola II.

CYPRIANVS, LIBERALIS, CALYDONIVS, NICOMEDES, CAEcilius, Iunius, Marutius, Felix, Succeſſus, Fauſtinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Satius, Secundinus, alius Saturninus, Euthyces, alius Saturninus, Aurelius, Priſcus, Hercu/lanus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hor/tenſianus, Gerianus, Iambus, Donatus, Pomponi/us, Polymarcus, Demetrius, alius Donatus, Priuatianus, Fortunatus, Rogatus, & Mun/nullus Cornelio fratri ſalutem.

STatueramus quidem iampridem frater chariſſime, participato inuicem nobiſcum conſilio, ut qui in perſecutionis infeſtati/one ſupplãtati ab aduerſario & lapſi fuiſſent, ac ſacrificijs ſe illicitis maculaſſent, agerent diu pœnitentiam plenam, & ſi periculum infirmitatis urgeret, pacem ſub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, eccleſiam pulſantibus claudi, & dolentibus & deprecantibus ſpei ſalutaris ſubſidium denega/ri, ut de ſeculo recedentes ſine communicatione, aut pace domini dimitterẽ/tur, cum permiſerit ipſe, qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in cœlis li/gata eſſent, ſolui autem poſſent illic, quæ hic prius in eccleſia ſoluerẽtur. Sed cum uideamus diem rurſus alterius infeſtationis appropinquare cœpiſſe, & crebris atque aſſiduis oſtenſionibus admoneamur, ut ad certamen, quod

Pax pœnitentibus morte dat Eccleſia pulſantibus aperienda.

Mat. 16. & 18.

nobis hostis indicit, armati & parati simus, plebem etiam nobis diuina dignatione cõmissam exhortationibus nostris præparemus, & omnes omni no milites CHRISTI, qui arma desyderant, & prælium flagitant, intra castra domini colligamus, necessitate cogente cẽsuimus, eis qui de ecclesia domini recesserunt, sed pœnitentiam agere & lamentari ac dominum deprecari à primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium (quod imminet) armari & instrui oportere. Obtemperantis est nanq; ostensionibus atq; admonitionibus iustis, ut à pastoribus oues in periculo non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur, & exercitus domini ad certamen militiæ cœlestis armetur. Merito enim trahebatur dolentiũ pœnitẽtia tempore longiore, ut infirmis, si qui essent, in exitu subueniretur, quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangẽtium lachrymas, & subuenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At uero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed uiuentibus communicatio à nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis CHRISTI muniamus, & cum ad hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium uolumus, munimẽto dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis CHRISTI sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si nõ eos ad bibẽdum prius in ecclesia poculum domini iure communicationis admittimus? Interesse debet frater charissime inter eos qui uel apostatauerunt, & ad seculũ cui renunciauerant reuersi gẽtiliter uiuunt, uel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt, & inter eos qui ab ecclesiæ limine non recedentes & implorantes iugiter ac dolenter diuina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed uigilantibus damus: pacem non delicijs, sed armis damus: pacem nõ ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus, fortiter steterint, & aduersarium nobiscum in congressione prostrauerint, non pœnitet pacem concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes qui sacrificia dei quotidie celebramus, hostias deo & uictimas præparemus. Si autem (quod dominus auertat) à fratribus nostris aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, & impendentis prælij tempore communicationem non præliaturus accipiat, seipsum fallit & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud uoce denunciat. Nos inquantum nobis & uidere & iudicare conceditur, faciem singulorum uidemus. Cor scrutari & mentẽ perspicere non possumus.

Pax fortibus necessaria.

Eucharistia accipientibus tutela.

Pax uigilantibus datur.

Faciem uidemus, cor uero non.

De his

de his iudicat occultorum ſcrutator & cognitor cito uenturus, & de arcanis cordis atq; abditis iudicaturus. Obeſſe autē mali bonis nō debent, ſed magis mali à bonis adiuuari. Nec ideo martyriū facturis pax negāda eſt, quia ſunt quidā negaturi, cum propter hoc pax ſit dāda omnibus militaturis, ne per ignorantiam noſtrā ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Nec quiſq; dicat, qui martyriū tulit, ſanguine ſuo baptizat', nec pax illi ab epiſcopo neceſſaria eſt habituro gloriæ ſuæ pacē, & accepturo maiorē de dominī dignatione mercedē. Primo idoneus eſſe nō poteſt ad martyrium, qui ab eccleſia nō armatur ad prælīū, & mens deficit, quā nō recepta euchariſtia erigit & accendit. Dominus em̄ in euangelio ſuo ait: Cum autē uos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini, dabitur em̄ uobis illa hora quid loquamini, nō enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Cum aūt dicat in traditis atq; in confeſſione nominis cōſtitutis loqui ſpiritum patris, quomodo poteſt ad cōfeſſionē paratus aut idoneus inueniri, qui nō prius pace accepta receperit ſpiritū patris, qui corroborās ſeruos ſuos, ipſe loquitur & cōfitetur in nobis? Tūc deinde ſi relictis omnibus tebus ſuis fugerit, & in latebris atq; in ſolitudine cōſtitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus & in languore deceſſerit, nōne nobis imputabitur q̄d' tā bonus miles qui om̄ia ſua dereliquit, & cōtempta domo, & parētibus ac liberis, ſequi dominū ſuū maluit, ſine pace & ſine cōmunicatiōe deceſſit? Nōnne nobis uel negligentia ſegnis, uel duricia crudelis aſſcribet' in die iudicij, quod paſtores creditas & cōmiſſas nobis oues, nec curare in pace, nec in acie uoluerimus armare? Nōnne nobis ingeret' à domino, q̄d' per prophetā ſuū clamat & dicit: Ecce lac cōſumitis, & lanis uos tegitis, & quod craſſum eſt interficitis, & oues meas nō paſcitis: quod infirmatum eſt, nō cōfortaſtis, & quod male habuit, nō corroboraſtis: & quod cōtribulatū eſt, non cōſolati eſtis: & quod errabat, nō reuocaſtis: & q̄d' perijt, nō inquiſiſtis: & quod forte fuit, cōfeciſtis labore: & diſperſæ ſunt oues meæ, eo q̄d' non ſunt paſtores, & factæ ſunt in comeſturā omnibus beſtijs agri, & nō fuit qui inquireret, neq; qui reuocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego ſup paſtores, & inquirā oues meas de manibus eorū, & auertā eos ne paſcant oues meas, & iā nō paſcent eas, & extrahā oues meas de ore eorū, & paſcā eas cū iudicio. Ne igitur quod ore noſtro pacē negamus, q̄d' duriciā magis humanæ crudelitatis q̄ diuinæ & paternæ pietatis dulcedinē apponimus, oues nobis cōmiſſæ à domino repoſcant', placuit nobis ſancto ſpiritu ſuggerēte, & domino per uiſiones multas & manifeſtas admonēte (quia hoſtis nobis imminere prænūciatur & oſtendit') colligere intra caſtra milites CHRISTI, & examinatis ſingulorū cauſis pacē lapſis dare, imò pugnaturis arma ſuggerere: quod credimus uobis quoq; paternæ miſericordiæ contēplatiōe placiturū. Quod ſi de collegis aliquis extiterit, qui urgēte certamine pacē fratribus & ſororibus nō

Scrutator cordium deus.

Euchariſtia ſumpta erigit.

Matth. 10.

Marc. 10.

Ezechiel. 34.

Ibidem.

putat dãdã,reddet ille rationẽ in die iudicij domino,uel importunæ cẽsuræ, uel inhumanæ duritiæ suæ. Nos qd' fidei & charitati, & solicitudini cõgruebat,quæ erãt in cõscientia nostra protulimus, diẽ certaminis appropinquasse,hostẽ uiolentũ cito contra nos exurgere,pugnã nõ talẽ qualis fuit,sed grauiorẽ multo & acriorẽ uenire,hoc nobis diuinitus frequẽter ostẽdit', de hoc nos prouidentia & misericordiã dñi sæpius admonere dignat', de cuius ope & pietate qui in eũ cõfidimus,possum⁹ esse securi,quia qui in pace militibus suis futurã prænunciat pugnam,dabit militantibus in cõgressione uictoriã.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Eiusdem ad eundẽ epistola hortatoria contra hæresiarchas,qui facturi sunt cũ minant' ex necessitate nostra uirtutẽ,quatenus nobis semel moriendũ sit. Ostẽdit præterea qualiter sacerdotalis autoritas,& potestas diuina dignatione firmetur: & inde obortas hæreses,& nata esse schismata,quod dei sacerdotibus obtẽperare noluerint.

Epistola III.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

LEgi literas tuas frater charissime,quas per Saturũ fratrem nostrũ acoluthũ misisti,& dilectionis fraternæ,& ecclesiasticæ disciplinæ,& sacerdotalis censuræ satis plenas,quibus significasti felicissimũ hostẽ CHRISTI,nõ nouum,sed iã pridem ob crimina sua plurima & grauissima ostẽsum,& nõ tantũ mea, sed & plurimorum coepiscoporũ sententia cõdemnatũ& reiectũ,& à te illic esse ab ecclesia prohibitum,& cũ ueniisset stipatus *caterua & factione desperatorũ,uigore pleno(quo episcopũ agere oportet)pulsum de ecclesia esse,de qua iam pridem cũ suis similibus,dei maiestate & CHRISTI domini iudicis nostri seueritate depulsus est,ne schismatis & dissidij autor,ne pecuniæ commissæ fraudator,ne stuprator uirginũ,ne matrimoniorũ multorũ depopulator atq; corruptor,ultra adhuc spõsam CHRISTI incorruptã,sanctã,pudicam, præsentiæ suæ dedecore,& impudica atq; incesta contagione uiolaret. Sed enim lecta alia tua epistola frater,quã primis literis subiunxisti, satis miratus sum, cũ animaduertissem te minis atq; terroribus eorũ qui uenerant,aliquantũ esse cõmotum,cũ te(secundũ quod scripsisti)aggressi essent cũ sũma desperatione cõminantes,quod si literas quas attulerãt nõ accepisses, publice eas recitarent,& multa turpia ac probrosa,& ore suo digna proferrent. Quod si ita res est frater,ut nequissimorũ timeatur audacia, ut quod mali iure atq; æquitate nõ possunt,temeritate atq; desperatione perficiant,actũ est de episcopatus uigore,& de ecclesiæ gubernandæ sublimi ac diuina potestate,nec Christiani ultra aut durare,aut esse possumus,si ad hoc uentum est, ut perditorum minas atq; insidias pertimescamus. Nam & gentiles & Iudæi minantur,& hæretici atq; omnes quorũ pectora & mẽtes diabolus obsidet,ue nenatam rabiem suam quotidie furiosa uoce testantur:nõ tamen idcirco cedendũ est quia minãtur,aut ideo aduersarius & inimicus maior est CHRIsto,quia

Nouatianum intellige.

Aliàs * acerba

STO, quia tantũ ſibi uendicat & aſſumit in ſeculo. Manere debet apud nos frater fidei robur immobile, & ſtabilis atq; inconcuſſa uirtus contra omnes incurſus, atq; impetus oblatrantium fluctuũ, uelut petræ obiacentis fortitudine & mole debet obſiſtere. Nec intereſt unde epiſcopo aut terror, aut periculũ ueniat, qui terroribus & periculis uiuit obnoxius, & tamen ſit de ipſis terroribus ac periculis glorioſus. Neq; em̃ ſolas gentiliũ uel Iudæorum minas cogitare & ſpectare debemus, cũ uideamus ipſum dominũ à fratribus eſſe detentũ, & ab eo quẽ inter apoſtolos ipſe delegerat proditũ: Inter initia quoq; mundi Abel iuſtũ nõ niſi frater occiderit: Iacob fugientẽ perſecutus ſit frater infeſtus, & Ioſeph puer uenierit uendẽtibus fratribus. In euangelio etiã legimus, eſſe prædictũ magis domeſticos inimicos futuros, & qui prius copulati ſacramento unanimitatis fuerint, ipſos inuicẽ tradituros. Nihil intereſt quis tradat aut ſæuiat, cũ deus tradi permittat, quos diſponit coronari. Neq; nobis ignominia eſt pati à fratribus, quod paſſus eſt CHRISTVS, nec illis gloria eſt facere, quod fecerit Iudas. Quæ autẽ ſui elatio eſt, quæ cõminantiũ tumens & inflata ac uana iactatio, illic abſenti minari, cũ hic me habeãt in poteſtate præſentẽ? Conuitia eorũ quibus ſe & uitã ſuam quotidie lacerant nõ timemus, fuſtes & lapides, & gladios, quos uerbis paricidalibus iactitant, nõ perhorreſcimus. qd̃ in illis eſt, homicidæ ſunt apud deũ tales, necare tamen nõ poſſunt, niſi eis dominus permiſerit. Et cũ nobis ſemel moriendũ ſit, illi tamen & odio, & uerbis, & delictis ſuis quotidie perimunt. Sed non idcirco frater relinquenda eſt nobis eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſoluenda cenſura, quoniam cõuitijs infeſtamur, aut terroribus quatimur, cũ occurrat & ſcriptura diuina, dicens: Ille uero qui præſumit & contumax eſt uir ſui iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanq; infernus animã ſuã. Et iterũ: Verba uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in ſtercora erit & in uermes. Hodie extollitur & cras nõ inueniet, quoniã cõuerſus eſt in terrã ſuã, & cogitatio eius peribit. Et iterum: Vidi impiũ exaltatum, & extolli ſuper cedros Libani, & trãſiui, & ecce nõ erat, & quæſiui eum, & nõ eſt inuentus locus eius. Exaltatio & inflatio, & arrogans ac ſuperba iactatio nõ de CHRISTI magiſterio, qui humilitatẽ docet, ſed de antichriſti ſpiritu naſcitur, cui exprobrat per ptophetam dominus, & dicit: Tu autem dixiſti in animo tuo, in cœlum aſcendam, ſuper ſtellas dei ponam ſedem meam. Sedebo in monte alto ſuper montes altos in aquilonem, aſcendam ſuper nubes & ſimilis ero altiſſimo. Et addit dicens: Tu uero ad inferos deſcendes in fundamenta terræ, & qui uidebunt te, ſuper te mirabuntur. Vnde & parem talibus pœnam ſcriptura diuina loco alio comminatur & dicit: Dies enim domini ſabaoth ſuper omnem iniurioſum & ſuperbũ, & ſuper omnẽ elatũ & excelſum. De ore itaq; & de uerbis ſuis unuſquiſq; ſtatim prodit, & utrũ CHRISTVM in corde ſuo, an uero antichriſtũ habeat.

Virtus inconcuſſa contra incurſus. Similitudo.

Ioan. 18. & Marci. 14.

Gene. 4. Ibidem. 37.

Matth. 10.

Moriendum cuiq; ſemel.

Eſa. 5. & Abacuc. 2.

1. Machab. 2.

Pſal. 36.

Eſa. 14.

Eſa. 14.

Eſa. 2.

Matth.5. loquẽdo detegitur,ſecundũ quod dominus in euãgelio ſuo ait: Progenies uiperarũ quomodo poteſtis bona loqui,cum ſitis nequã? de abundãtia enĩ
Ibidem. 12. cordis os emittit. Bonus homo de bono theſauro emittit bonũ: & nequam
Luc. 6. homo de nequã theſauro emittit nequã. Vnde & diues ille peccator,qui de
Idem. 16. Lazaro in ſinu Abrahæ poſito,atq; in refrigerio cõſtituto implorat auxiliũ cũ in tormẽtis cruciabundus flãmæ cremãtis ardoribus aduratᷣ, inter oĩes corporis partes magis os eius & lingua dat pœnas, quia plus ſcilicet lingua
Maledici. ſua & ore peccauerat. Nã cũ ſcriptum ſit, neq; maledici regnũ dei cõſequen tur,& iterum in euãgelio ſuo dominus dicat: qui dixerit fratri ſuo fatue, qui
Matb.5. dixerit racha,reus erit gehẽnæ ignis. Quomodo poſſunt cenſurã dei ultoris euadere,qui talia ingerunt nõ ſolũ fratribus,ſed & ſacerdotibus,quibus ho nor tantus de dei dignatione cõceditur,ut quiſquis ſacerdoti eius & ad tem
Deutro. 17. pus hic iudicanti nõ obtẽperaret,ſtatim necaretᷣ? In Deuteronomio domi nus deus loquitᷣ, dicens: Et homo quæcũq; fecerit in ſuperbia,ut nõ exaudi at ſacerdotẽ aut iudicẽ,quicunq; fuerit,in diebus illis morietur homo ille,& omnis populus cũ audierit,timebit, & nõ agent impie etiã nunc. Itẽ ad Sa
1. Regũ. 8. muelẽ,cũ à Iudæis ſpernereᷣ, deus dicit: Nõ te ſpreuerũt, ſed me ſpreuerũt.
Luc.10. Et dominus quoq; in euãgelio: qui audit,inquit,uos,me audit, & eum qui me miſit: & qui reĵcit uos,me reĵcit: qui me reĵcit,reĵcit eũ qui me miſit. Et
Matth. 8. cũ leproſum mundaſſet: uade,inquit,& demõſtra te ſacerdoti. Et cũ poſtea tempore paſſionis alapã accepiſſet à ſeruo ſacerdotis,cũq; ei dixiſſet: Sic re
Ioan.18. ſpondes pontifici? Aduerſus pontificẽ dominus cõtumelioſe nihil dixit,nec quicq; de ſacerdotis honore detraxit, ſed innocentiã ſuam magis aſſerẽs & oſtendens: Si male, inquit,locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene,
Actuũ. 23. q̃d me cædis? Itẽ in actibus apoſtolorũ. Poſtmodũ beatus Paulus cum ei dictũ eſſet: Sic inſimulas in ſacerdotẽ dei maledicẽdo? q̃uis domino iã cru cifixo,ſacrilegi,& impij,& cruenti illi eſſe cœpiſſent,nec iã quicq; de ſacerdo tali honore & autoritate retinerent,tamẽ ipſum q̃uis inane nomen & um brã quandã ſacerdotis cogitãs expauit. Neſciebam fratres,inquit,quia põti fex eſt. Scriptum eſt enĩ: Principi plebis tuæ nõ maledices. Cũ hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedãt,quibus ſacerdotalis autoritas & pote ſtas diuina dignatione firmatᷣ, quales putas eſſe eos qui ſacerdotũ hoſtes, & cõtra eccleſiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini commina
Hæreſes un de ortæ. tione,nec futuri iudicij ultione terrentur? Neq; enim aliunde hæreſes obor tæ ſunt,aut nata ſunt ſchiſmata,q̃ inde quod ſacerdoti dei nõ obtẽperatur. Nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tẽpus iudex uice CHRISTI cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas uni uerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium,poſt populi ſuffragium,poſt coepiſcoporum con ſenſum iudicem ſe non iam epiſcopi, ſed dei faceret: Nemo diſſidio uni

tatis

tatis CHRISTI ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumẽs seorsum foris nouam hæresim cõderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine dei iudicio fieri sacerdotem, cum dominus in euãgelio suo dicat: Nónne duo passeres asse ueneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris uestri uoluntate? Cum ille nec minima fieri sine uoluntate dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente deo in ecclesia dei fieri, & sacerdotes, id est, dispẽsatores eius, nõ de eius sententia ordinari? Hoc est fidem non habere qua uiuimus, hoc est deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Planè episcopi non de uoluntate dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed cõtra dispositionẽ & traditionem euãgelij fiunt: sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: Sibimetipsi regẽ cõstituerunt, & nõ per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanq; panis luctus, omnes qui mãducant ea, contaminabuntur. Et per Esaiam quoq; spiritus sanctus clamat & dicit: Veh uobis filij desertores, hæc dicit dominus: Habuistis cõsilium & nõ per me, & fecistis conuentionẽ, & nõ per spiritũ meũ, adijcere peccata super peccata. Cæterũ dico, dico enim prouocatus, dico dolens, dico cõpulsus, quando episcopus in locũ defuncti substituitur, quãdo populi uniuersi suffragio in pace deligitur, quãdo dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctus, plebi suæ in episcopatu quadriennio iã probatus, inquiete seruiens disciplinæ, in tẽpestate proscriptus, applicato & adiuncto episcopatus sui nomine, totiens ad leonẽ petitus, in circo, in amphitheatro dominicæ dignatiõis testimonio honoratus: is ipsis etiã diebus quibus has ad te literas feci, ob sacrificia quæ de edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonẽ denuo postulatus in circo, cũ talis frater à quibusdã desperatis & perditis, & extra ecclesiã cõstitutis impugnari uidetur, apparet quis impugnet, nõ scilicet CHRISTVS qui sacerdotes aut cõstituit aut protegit, sed ille qui CHRISTI aduersarius, & ecclesiæ eius inimicus: ob hoc ecclesiæ præpositũ sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atq; uiolentius circa ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quẽq; fidelem & euangelij memorẽ, atq; Apostoli præmonentis mandata retinentem mouere debet frater, si quidam in extremis temporibus superbi & contumaces, & sacerdotum dei hostes, aut de ecclesia dei recedunt, aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nunc futuros & dominus, & apostoli eius ante prædixerint. Nec præpositum seruum deseri à quibusdã miretur aliquis, quãdo ipsum dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & uirtutes factorum suorum dei patris testimonio comprobantem, discipuli sui reliquerint, & tamen ille non increpuit recedentes, aut grauiter comminatus est, sed magis conuersus ad apostolos suos dixit: Nunquid & uos uultis ire? seruans scilicet legem qua homo libertati suæ relictus, & in

Matth. 10.

Dei nutu cuncta reguntur.

Osee. 8.

Ibid. 9.

Esa. 30.

Christus sacerdotum protector.

Matth. 26.

Ioan. 6.

& in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi uel mortem appetit, uel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem domino fuerat ecclesia,
Ioan. 6. unus pro omnibus loquens, & ecclesiæ uoce respondẽs, ait: Domine ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quoniã tu es filius dei uiui: Significans scilicet & ostendens eos qui à CHRISTO recesserint, culpa sua perire, ecclesiã tamen quæ in CHRISTVM credat, & quæ semel id quod cognouerit teneat, nũq; ab eo discedere, & eos esse ecclesiam, qui in domo dei permanent. Plantationem uero plantatam à deo patre nõ esse uidemus non frumenti stabilitate solidari, sed tanq; paleas dissipantis
1. Ioan. 2. inimici spiritu uentilari, de quibus & Ioannes in epistola sua dicit: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mãsissent uti-
Ro. 3. q; nobiscum. Item: Paulus monet nos, cum mali de ecclesia pereunt, nõ moueri, nec recedẽtibus perfidis fidem minui: Quid enim, inquit, si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit?
Psal. 115. absit: est enim deus uerax, omnis autem homo mendax. Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit frater dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem quis ultro, & crimine suo perierit, & pœnitentiã agere, atq; ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros, qui consulimus sanitati, illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint con-
Conuitijs cedendum. silij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuitia perditorum, quominus à uia recta, & à certa regula non recedamus, quando & apostolus instruit, dicens: Si hominibus placerem, CHRISTI seruus nõ essem. In-
Gal. 1. terest utrum quis homines promereri an deum cupiat: si hominibus placetur, dominus offenditur. Si uero illud enitimur & laboramus ut possimus deo placere, & conuitia & maledicta debemus humana contemnere. Quod
Fortunatus pseudoepiscopus. autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo, à paucis & inueteratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet festinato statim, quasi magna aut metuenda perferri, maxime quãdo & Fortunati nomen iam satis nosses, qui est unus de quinq; presbyteris iam pridem de ecclesia profugis, & sententia coepiscoporum nostrorũ multorum, & grauissimorũ uirorum nuper abstentis, qui super hac re priore anno ad te literas fecerunt: Item feliciss imum signiferum seditionis recognosceres, qui & ipse in ijsdem coëpiscoporum nostrorum factis, ad te prídem literis continetur: qui non tantum ab ijs istic abstentus, sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse confiderem, & pro certo haberem: memoriæ & disciplinæ tuæ scirem necessarium, nõ putaui celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nunciandas. Neq; enim ad catholicæ ecclesiæ maiestatem pariter ac dignitatẽ pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum moliatur audacia. Nam & pars Nouati-
Maximus presbyter. ani Maximum presbyterum, nuper ad nos à Nouatiano legatum missum, atq; à

atq; à nostra communicatione reiectum, nũc istic pseudoepiscopum sibi fe cisse dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripserã, quando hæc omnia cõtemnan tur à nobis, & miserim tibi proxime nomina episcoporũ istic cõstitutorum, qui integri & sani in ecclesia catholica fratribus præsunt. Quod utiq; ideo de omnium nostrorum consilio tibi placuit scribere, ut erroris diluendi ac per/ spiciendæ ueritatis compendium fieret, & scires tu & collegæ nostri, quibus scribere, & literas mutuo à quibus uos accipere oportet. Si quis autem præ/ ter hos, quos epistola nostra cõplexi sumus scribere uobis auderet, sciretis eum uel sacrificio uel libello esse maculatum: uel unum de hæreticis peruer/ sum scilicet & prophanum. Nactus tamen occasionem familiarissimi homi nis & clerici, sed & per Felicianum acolouthum, quem cum Perseo collega nostro miseras, inter cætera quæ in noticiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dũ istic Felicianus frater noster uel uẽto retardatur, uel accipiendis alijs epistolis à nobis detinetur, Felicissimo ad uos properante præuentus est. Ita enim scelera festinant, quasi cõtra in/ nocentiam festinatione præualeant. Per Felicianum autẽ significaui tibi fra ter ueniſſe Carthaginẽ Priuatum ueterem hæreticum in Pambesitana colo nia, ante multos ferè annos ob multa & grauia delicta nonaginta episcopo rum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & ue stram conscientiam non latet) Fabiani & Donati literis seueriſſime nota/ tum, qui cũ causam suã apud nos in cõsilio, quod habuimus idibus Maijs, quæ proxime fuerunt, uelle se agere diceret, nec admissus esset, Fortunatum istum pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quẽ ipse extra ecclesiam in hæresi, pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & Iouinus & Maximus comites cum Priuato hæretico af fuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia nouem col legarum nostrorũ condemnati, & iterato quoq; à pluribus nobis anno pri/ ore in cõsilio abstenti. Cum his autẽ quattuor iunctus est, & repositus * Su turnicensis, qui nõ tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam par tem plebis suæ sacrilega persuasione deiecit. Hic quinq; cum paucis uel sacri ficantibus, uel male sibi conscijs, Fortunatum sibi pseudoepiscopum coopta uerunt, ut criminibus in unum conuenientibus, talis esset scilicet rector, qua les illi qui regũtur. Hinc iam & cætera mẽdacia frater chariſſime potes agno scere, quæ illic homines desperati & perditi uentilauerunt, ut cum de sacrifi/ catis uel hæreticis amplius cẽ quinq; pseudoepiscopi non fuerint, qui Car/ thaginem uenerunt, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium cõstituerint. Illi tamen quasi filij diaboli & mendacio pleni, ausi sunt (ut scribis) iactare uiginti quinq; episcopos affuisse, quod mendacium & istic prius apud fra/ tres nostros iactitabant, dicentes uigintiquinq; episcopos de Numidia esse uenturos, qui sibi episcopum facerent: quo in mẽdacio suo posteacẽ quinq;

Pseudoepisco pi.
Felix. Iouinus. Maximus. Priuatus.
*Alias * Quo turnicensis.*
Qualis rector talis subditus.

solis

solis conuenientibus naufragis, & à nobis abstentis detecti sunt atq; confusi, Romam cum mẽdaciorum suorum merce nauigauerunt, quasi ueritas post eos nauigare nõ posset, quæ mẽdaces linguas rei certæ probatione cõuinceret. Atq; hæc est frater uere dementia, non cogitare nec scire quod mẽdacia non diu fallant, noctem tam diu esse, quamdiu illucescat dies, clarificato autem die & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare. Deniq; si nomina ab eis quæreres, non haberent uel quos falsò nominarent, tanta apud illos etiam malorum penuria est, ut ad eos nec de sacrificatis, nec de hæreticis uigintiquinq; colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium, mendacio numerus inflatur, quasi & si uerus esset hic numerus, aut ab hæreticis ecclesia, aut iniustis iusticia uincatur. Nec me oportet frater paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt atq; hucusq; committunt meo sermone decurrere, cum consyderandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotes dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat, quàm pudor loqui, & ne uidear prouocatus maledicta potius quàm crimina & peccata cõgerere. Taceo itaq; de fraudibus ecclesiæ factis: coniurationes, & adulteria, & uaria delictorum genera prætereo. Vnum illud, in quo nõ mea, nec hominum, sed dei causa est, de eorum facinore nõ puto esse reticendum, quod à primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora feruerent, & sacrificijs nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum atq; ora maderent, communicare cum lapsis & pœnitẽtiæ agendæ intercedere nõ destiterunt. Clamat deus: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi domino soli. Et dominus in euangelio dicit: Qui me negauerit, & ego eum negabo. Et alio loco indignatio & ira diuina nõ tacet, dicens: Illis fudistis libamina & illis imposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor? dicit dominus. Et intercedunt ne rogetur deus, qui indignari se ipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus CHRISTVS, qui negãtem se negare profitetur. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso literas misimus, nec auditi sumus, consilio frequenter acto, non consensione tantum nostra, sed & comminatione decreuimus, ut pœnitẽtiam fratres agerent, ut pœnitentiã nõ agentibus nemo temere pacẽ daret: illi contra deum sacrilegi, cõtra sacerdotes dei impio furore temerarij, de ecclesia recedẽtes, & cõtra ecclesiã parricidalia arma tollentes, elaborant (ut opus suũ diaboli malicia cõsumment) ne uulneratos diuina demẽtia in ecclesia sua curet, miserorum pœnitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne deo indignanti satisfiat, ne CHRISTVM dominum suum, qui Christianus esse uel erubuit, uel timuit, postmodum quærat: ne ad ecclesiam qui de ecclesia recesserat, redeat. Datur opera ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne uulnera lachrymis abluantur. Pax uera falsæ pacis mendacio

Mendacia nõ diu fallunt.

Consyderãdũ quid scribim⁹.

Exod. 22.

Matth. 10.

Delicta redimenda.

dacio tollitur, salutaris sinus matris nouerca intercedente præcluditur, ne de pectore atq; ore lapsorum fletus & gemitus audiatur. Compellũtur adhuc insuper lapsi, ut linguis atq; ore, quo in capitolio ante deliquerant, sacerdotibus conuicium faciant. confessores & uirgines, & iustos, quosq; fidei laude præcipuos atq; in ecclesia glorioſos contumelijs & maledicis uocibus prosequuntur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia, & humilitas, & pudor cæditur, quàm illorum lapsorũ spes & uita laceratur. Neq; enim qui audit, sed qui facit conuicium miser est, nec qui à fratre uapulat, sed qui fratrem cædit in lege peccator est. Et cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis pertusa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira est dei non intelligere delicta, ne sequatur pœnitẽtia, sicut scriptum est. Et dedit illis deus spiritũ transpunctionis, ne reuertantur scilicet & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustis peccata sanentur. Paulus apostolus in epistola sua ponit & dicit: Delectum ueritatis non habuerunt ut salui fierent, ac propterea mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicẽtur omnes qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent iniustitia. Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ seruet. Hic succedit medela quæ sanet, quod utrunq; isti offenso deo perdiderunt, & ut amissa sit gratia, quæ de baptismi sanctificatione percipitur, & non subueniat pœnitentia, per quam culpa curatur. An putas frater leuia esse apud deum facinora, parua & modica delicta, quod per illos non rogatur maiestas indignãtis dei? quod non timetur ira & ignis, & dies domini? quod imminente antichristo, exarmatur fides militãtis populi, dum tollitur timor & uigor CHRISTI? Viderint laici hoc quomodo curent. Sacerdotibus labor maior incumbit in asserẽda, propiciãda, & procuranda dei maiestate, ne quid uideamur in hac parte negligere, cum admoneat dominus & dicat: Et nunc præceptum hoc ad uos est ô sacerdotes. Si non audieritis, & si non posueritis in corde uestro, ut detis honorem nomini meo dicit dominus: Immittam in uos maledictionem, & maledicã benedictionem uestram. Honor ergo datur deo, quãdo sic dei maiestas & censura contemnitur, ut cum indignari se ille & irasci sacrificantibus dicat, & cum pœnas æternas & supplicia perpetua comminetur, proponitur sacrilegis atq; dicitur, ne ira cogitetur dei, ne timeatur iudicium domini, ne pulsetur ad ecclesiam CHRISTI, sed sublata pœnitentia, nec ulla exhomologesi criminis facta, despectis episcopis atq; calcatis, pax non à ueris præsbyteris uerbis fallacibus prædicetur, & ne lapsi surgant, aut foris ad ecclesiam redeant, communicatio non communicãtibus offeratur? Quibus etiam non satis fuit ab euãgelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitentiæ sustulisse, fraudibus inuolutos, uel adulterijs commaculatos, uel sacrificiorum fu-

Gradus felicitatis.

Mala. 2.

nesta contagione pollutos, ne deum rogarent, ne in ecclesia exhomologe-
sin criminum facerent, ab omni sensu & fructu pœnitentiæ remouisse, foris
sibi extra ecclesiam & contra ecclesiam constituisse conuẽticulum perditæ fa-
ctionis, cum male sibi consciorum & deum rogare ac satisfacere nolentium
caterua conflueret. Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab hæreti-
cis constituto, nauigare audent & ad Petri cathedram atq; ecclesiam princi
palem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas
Roma.1. ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante,
laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ autem cau-
sa ueniendi & pseudoepiscopum contra episcopos factum nunciandi? Aut
enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseuerant, aut si displicet &
Statutum. recedunt, sciunt quò reuertantur. Nam cum statutum sit omnibus nobis, &
æquum sit pariter ac iustum, ut uniuscuiusq; causa illic audiatur, ubi est cri-
men admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quam re-
gat unusquisq; & gubernet, rationem sui actus domino redditurus, oportet
utiq; eos quibus præsumus non circumcursare, nec episcoporum concordiã
cohærẽtem sua subdola & fallaci temeritate collidere. Sed agere illic causam
suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint, nisi paucis de-
speratis & perditis, minor uidetur esse autoritas episcoporum in Africa con
stitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis deli
Aliàs * innoxiam. ctorum laqueis * uinctam iudicij sui nuper grauitate damnarunt. Iam cau-
sa eorum cognita est: iam de eis dicta sententia est, nec censuræ congruit sa-
cerdotum mobilis atq; inconstantis animi leuitate reprehendi, cum domi-
Matth. 5. nus dicat: Sit sermo uester, est est, non non. Si eorum qui de illis priore an-
no iudicauerunt, numerus cum præsbyteris & diaconibus computetur, plu-
res tunc affuerũt in iudicio & cognitione, quàm sunt ijdem isti, qui cum For
tunato uidentur nũc esse coniuncti. Scire enim debes frater charissime, eum
posteaquam pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, iam penè ab omni-
bus esse desertum. Nanq; ij, quibus in præteritum præstigia obtendebãtur,
& uerba fallacia quod simul ad ecclesiam regressuri dicerẽtur, posteaquam
uiderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse di-
dicerunt, & remeant quotidie atque ecclesiam pulsant, nobis tamen à qui-
Ratio reddenda. bus ratio domino reddenda est, anxie ponderantibus, & sollicite examinãti
bus, qui recipi & admitti ad ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut cri
mina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renituntur, ut recipi
omnino non possint sine scandalo atque periculo plurimorum. Neq; enim
sic putamina quædam colligenda sunt, ut quæ integra & sana sunt uulne-
rentur, nec utilis atque consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas
Melior est unus timens deum. oues gregi admiscet, ut gregem totum mali cohærentis afflictatione con-
taminet. Non attendas numerum illorum, melior est enim unus timens,
quàm

quàm millia filiꝝ impiꝝ, ſicut locutus eſt dominus per prophetam dicens: Fi- Eccl. 16.
li ne iocunderis in filiꝭs impiꝭs ſi multiplicentur tibi, cum nō fuerit timor dei
in ipſis. O ſi poſſes frater chariſſime iſtic intereſſe nobiſcum, cū praui iſtic &
peruerſi de ſchiſmate reuertūtur, uideres quis mihi labor ſit perſuadere pa-
tientiam fratribus noſtris, ut animi dolore ſopito, recipiendis malis curan-
diſq; conſentiāt. Nāq; ut gaudent & lætantur, cum tolerabiles & minus cul
pabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles
& proterui, & uel adulteriꝭs, uel ſacrificiꝭs contaminati, & poſt hoc adhuc
inſuper & ſuperbi, ſic ad eccleſiam remeant, ut bona intus ingenia corrum-
pant. Vix plebi perſuadeo, immo extorqueo, ut tales patiantur admitti, &
iuſtior factus eſt fraternitatis dolor, ex eo quod unus atque alius, obniten-
te plebe, & contradicente, mea tamen facilitate ſuſcepti, peiores extiterunt,
quàm prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ ſeruare potuerunt, quia nec cum
uera pœnitentia uenerant. De iſtis uero quid dicam, qui nunc ad te cum Fe- *Feliciſſimo pſeudoepiſcō/po inſultat.*
liciſſimo omnium criminum reo nauigauerunt legati à Fortunato pſeudo/
epiſcopo miſſi, tam falſas ad te literas afferentes, quàm eſt & ipſe (cuius li-
teras ferunt) falſus, quàm eſt & eius peccatorum multiplex conſcientia, cūꝫ
execrabilis uita, quàm turpis, ut & ſi in eccleſia eſſent, eiici tales de eccleſia
debuiſſent? Deniq; quia conſcientiam ſuam norunt, nec nos audent adire,
aut ad eccleſiæ limen accedere, ſed foris per prouinciam circunueniendis fra
tribus, & ſpoliandis pererrant, & omnibus iam ſatis noti, atque undiq; pro
ſuis facinoribus excluſi, illuc etiam ad uos nauigant. Neq; enim poteſt illis
eſſe frons ad nos accedendi, aut apud nos conſiſtendi, cum ſint acerbiſſima
& grauiſſima crimina, quæ eis à fratribus ingerantur. Si iudicium noſtrum
uolunt experiri, ueniant. Denique ſi qua illis excuſatio & defenſio poteſt
eſſe, uideamus quem habeant ſatiſfactionis ſuæ ſenſum, quem afferant pœ
nitentiæ fructum, nec eccleſia iſtic alicui clauditur, nec epiſcopus alicui de- *Eccleſia nulli claudenda.*
negatur, patientia & facilitas & humanitas noſtra uenientibus præſto eſt.
Opto omnes in eccleſiam regredi, opto uniuerſos commilitones noſtros
intra CHRISTI caſtra, & dei patris domicilia cōcludi. Remitto omnia, mul
ta diſſimulo, ſtudio & uoto colligendæ fraternitatis, etiā quæ in deum com
miſſa ſunt non pleno iudicio religionis examino, delictis pluſquam opor/
tet remittendis penè ipſe delinquo. Amplector prompta & plena dilecti-
one cum pœnitentia reuertentes, peccatum ſuum ſatiſfactione humili &
ſimplici confitentes. Si qui autem ſunt, qui putant ſe ad eccleſiam non pre-
cibus, ſed minis regredi poſſe, aut exiſtimant adytum ſibi non lamentati-
onibus & ſatiſfactionibus, ſed terroribus facere, pro certo habeant con-
tra tales ſtare eccleſiam domini, nec caſtra CHRISTI inuicta & fortia, & do
mino tuente, munita minis cedere. Sacerdos dei euangelium tenens, &
CHRISTI præcepta cuſtodiens, occidi poteſt, uinci non poteſt. Suggerit

Matth. 23. & subministrat nobis exempla uirtutis ac fidei Zacharias antistes domini, qui cum terreri minis & lapidatione non posset, in templo dei occisus est, clamans & identidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: Hæc dicit dominus: Dereliquistis uias domini, & dominus derelinquet uos. Neque enim, quia pauci temerarij & improbi cœlestes & salutares uias domini derelinquunt, & sancta non agentes à sancto spiritu deseruntur, ideo & nos diuinæ traditionis non immemores esse debemus, ut maiora esse furentium scelera, quàm sacerdotũ iudicia censeamus. Aut plus existimemus ad impugnandum posse humana conamina, quàm quod ad protegendum prævalet diuina tutela. An ad hoc frater charissime deponenda est ecclesiæ catholicæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atq; incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque autoritas ac potestas, ut iudicare uelle se dicãt de ecclesiæ præposito extra ecclesiam constituti? de Christiano hæretici? de sano saucij? de integro uulnerati? de stante lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid supereſt, nisi ut ecclesia Capitolio cædat, & recedentibus sacerdotibus ac de altari se remouentibus, in cleri nostri sacrum uenerandumq; consessum, simulachra atque idola cum aris suis transeant, & Nouatiano declamandi aduersum nos atque increpandi largior & plenior materia præstetur: si mihi qui sacrificauerunt, & CHRISTVM publice negauerunt, non tantum & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperunt terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? Aut si comminantur, sciant quia à sacerdotibus dei non timentur. Neque enim & antichristus cum uenire cœperit, introibit in ecclesiam, quia minaturus est. Aut armis eius & uiolentiæ cedetur, quia resistentes perempturum se esse profitebitur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri, nec in pace nos deijciunt, sed magis erigunt atque accendunt, dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem ne quod loquuntur furore impleant crimine, ne qui uerbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur deum (quem provocare illi & exacerbare non desinunt) ut eorum corda mitescant, ut furore depositio, ad sanitatem mentis redeant, ut peccatores à delictorum tenebris pœnitentiam agnoscant, & magis petant fundi pro se preces atq; orationes antistitis, quàm ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidijs ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus dei sacerdos sic infirmus, & sic iacens & abiectus sit, imbecillitate humanæ mediocritatis ita inualidus, qui non contra hostes & impugnatores dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & infirmitas uigore & robore domini protegentis animetur. Nostra nihil interest aut à quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmium à domino recepturi

Orãdum pro inimicis.

pturi. Illorum flenda & lamentanda conditio est, quos sic diabolus excæcat,ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes, antichristi iã propinpuantis aduentum conentur imitari. Et quanquam sciam frater charissime pro mutua dilectione quam debemus,& exhibemus inuicem nobis,florentissimo illic clero tecum præcedenti,& sanctissimæ atq; amplissimæ plebi legere te semper literas nostras,tamen nunc admoneo & peto,ut quod aliâs sponte atq; honorifice facis,etiam petente me facias,ut hac epistola mea lecta, si quod illi contagium uenenati sermonis,& pestiferæ *seminationis irrepserat,id omne de fratrum auribus & pectoribus exuatur,& bonorum integra ac syncera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repurgetur. Declinent autem de cætero fortiter,& euitent dilectissimi fratres nostri uerba & colloquia eorum quorum sermo ut cancer serpit: Sicut apostolus ait: Corrumpunt ingenia bona cõfabulationes pessimæ.Et iterum: hæreticum hominem post unam & secundam correptionem euita,sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat,& est à semetipso damnatus. Et per Salomonẽ spiritus sanctus loquitur: Peruersus,inquit,in ore suo portat perditionem, & in labijs suis ignem condit.Item denuo monet dicẽs:Sepi aures tuas spinis,& noli audire linguam nequam.Et iterum: Malus obaudit linguæ iniquorum, iustus autem non intendit labijs mendacibus. Quanquam sciam illic fraternitatẽ nostram,uestra scilicet prouidentia munitam,sed & sua uigilantia satis cautam,nec capi hæreticorum uenenis posse nec decipi, tantumq; apud illos præualere & magisteria & præcepta diuina, quantus illis in deum timor est,tamen ex abundantia uel solicitudo nostra, uel charitas scribere ad uos ista persuasit,ut nulla cum talibus commercia copulẽtur,nulla cum malis cõuiuia uel colloquia misceantur,simusq; ab eis tam separati, q̃ sunt illi de ecclesia profugi,quia scriptum est:Si autẽ & ecclesiam contempserit,sit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus.Et beatus apostolus non monet tãtum,sed iubet à talibus ut recedatur. Præcipimus,inquit,uobis in nomine domini nostri IESVS CHRISTI, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Nulla societas fidei & perfidiæ potest esse. Qui cum CHRISTO non est, aduersarius CHRISTI est, qui unitati & paci eius inimicus est, nobiscum non potest cohærere.Si cum precibus & satisfactionibus ueniunt,audiantur. Si maledicta & minas ingerunt respuantur. Opto te frater semper bene ualere.

Flẽdi gehẽnæ immemores.

Contagiũ uenenati sermonis exuendũ.

Alias *contaminationis.

1.Cor.15.
Titum. 3.

Prouerb. 16.

Eccl. 28.

Prouerb. 17.

Nulla cũ malis commercia

Matth. 18.

2.Thessa.3.

Fidei & perfidiæ nulla societas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Beati Cypriani quorundamq; coepiscoporum epistola ad Felicem præsbyterũ & Paulum diaconum, & plebem ipsis commissam,consilium petentes de Martiali & Basilide hæresiarchis,in qua docent deũ iussisse non nisi immaculatos & integros antistites eligi deberi: ideoq; plena diligentia & exploratione syncera oportere eos ad sacerdotium deligi,quos deo constet fore acceptos.

Epistola IIII.

CYPRIANVS CAECILIVS, PRIMVS, POLYCARPVS, NICOMEdes, Lucianus, Successus, Sedatus, Fortunatus, Ianuarius, Secundinus, Põponius, Honoratus, Victor, Aurelius, Satius, Petrus, alius Ianuarius, Saturninus, alius Aurelius, Venantius, Quietus, Rogatianus, Tenax, Felix, Faustus, Quintus, alius Saturninus, Lucius, Vincẽtius, Liboſus, Geminius, Marcellus, Iambus, Adelphius, Victoricus, & Paulus Felici præſbytero, & plebibus cõſiſtẽtibus ad legionẽ & AſtuRice: itẽ Aelio diacono & plebi Emerite cõſiſtentibus fratribus in domino ſalutem.

CVm in unũ conueniſſemus, legimus literas ueſtras fratres dilectiſſimi, quas ad nos per Felicẽ & Sabinũ coepiſcopos noſtros pro fidei ueſtræ integritate, & pro dei timore feciſtis. Significãtes Baſilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conſcientia uinctos, epiſcopatum gerere, & ſacerdotium dei adminiſtrare non oportere. Et deſyderaſtis reſcribi ad hæc uobis, & iuſtam pariter ac neceſſariam ſolicitudinem ueſtram uel ſolatio, uel auxilio noſtræ ſentẽtiæ ſubleuari. Sed enim deſyderio huic ueſtro nõ tam noſtra conſilia, cẽꝑ diuina præcepta reſpondent, quibus iam pridem mandatur uoce cœleſti, & dei lege præſcribitur, quos & quales oporteat deſeruire altari, & ſacrificia diuina celebrare. In Exodo nanq; ad Moyſen deus loquitur & monet dicens: Sacerdotes qui accedunt ad dominũ deum, ſanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus. Et iterum: Et cũ accedunt miniſtrare ad altare ſancti, nõ adducent in ſe delictum, ne moriantur. Item in Leuitico præcipit dominus & dicit: Homo in quo fuerit macula & uitiũ, non accedet offerre dona deo. Quæ cũ prædicta uel mandata & manifeſta ſint nobis, præceptis diuinis neceſſe eſt obſequia noſtra deſeruiant, nec perſonã in eiuſmodi accipi, aut aliud cuiꝗ largiri poteſt humana indulgẽtia, ubi intercedit & legem tribuit diuina præſcriptio. Neq; enim immemores eſſe debemus, quid ad Iudæos per Eſaiã prophetã locutus ſit dominus increpans & indignans, quod contemptis diuinis præceptis, humanas doctrinas ſequerẽtur. Populus iſte, inquit, labijs ſuis honorificat me, cor uero eorũ longe ſeparatum eſt à me. Sine cauſa autẽ colunt me, mandata & doctrinas hominũ docentes, quod idẽ dominus in euangelio repetit & dicit: Reijcitis mandatum dei, ut traditionem ueſtrã ſtatuatis, quæ ante oculos habentes, & ſolicite ac religioſe conſyderantes in ordinationibus ſacerdotũ nõ niſi immaculatos & integros antiſtites eligere debemus, qui digne & ſancte ſacrificia deo offerentes, audiri in precibus poſſunt, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cũ ſcriptum ſit: Deus peccatorẽ non audit: ſed ſi quis deum coluerit, & uolun-

Exodi. 19. Sacerdotum puritas. Leuitici. 21. Eſa. 29. Mar. 7. Matth. 15. Ecci. 12 Ioan. 9.

& uoluntatē eius fecerit, illum audit. Propter quod plena diligētia & explo
ratione syncera oportet eos ad sacerdotium dei deligi, quos à deo cōstet au
diri. Nec sibi plebs blandiatur, quasi immunis à contagione esse delicti pos
sit, cū sacerdote peccatore cōmunicans, & ad iniustum atq; illicitū præpositi
sui episcopatum consensum suū cōmodans, cū per Oseam prophetā cōmi
netur & dicat censura diuina: Sacrificia eorū tanq; panis luctus, omnes qui Osee. 9.
māducant ea cōtaminabuntur: Docens scilicet & ostendēs omnes omnino
ad peccatum constringi, qui fuerint profani & iniusti sacerdotis sacrificio cō
taminati. Quod idē in Numeris manifestari inuenimus, quando Chore & Numeri. 16.
Dathan & Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiā uen
dicauerunt. Illic quoq; per Moysen præcepit dominus, ut ab eis populus se
paretur, ne facinorosis coniunctus eodem facinore & ipse perstringat. Sepa Ibidem. 16.
ramini, inquit, à tabernaculis hominum iniustorū durissimorū, & nolite tā
gere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum. Propter
quod plebs obsequens præceptis dominicis, & deum metuens à peccatore
præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, cū
ipsa maxime habeat potestatē uel eligendi dignos sacerdotes, uel indignos Sacerdos di
recusandi. Quod & ipsum uidemus de diuina autoritate descendere, ut sa gnus eligēdus.
cerdos plebe præsente, sub omniū oculis deligatur, & dignus atq; idoneus
publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Moysi præce
pit dominus dicēs: Prehende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filiū eius, Numeri. 20.
& impones eos in montē coram omni synagoga, & exue Aaron stolā eius,
& indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Coram
omni synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit
ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri
oportere, ut plebe præsente uel detegantur malorum crimina, uel bono
rum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium
suffragio & iudicio fuerit examinata, quod postea secundum diuina ma
gisteria obseruatur in Actis apostolorum, quando de ordinando in lo
cum Iudæ episcopo Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus Actu. 1.
in medio discentium, fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum
tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus obseruasse apo
stolos animaduertimus, de quo & ipso in Actis apostolorum scriptum
est: Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum &
dixerunt eis: Quod utiq; idcirco tam diligenter & caute conuocata plebe to
ta gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, uel ad sacerdotalem locum in
dignus obreperet. Ordinari enim nonnunq; indignos non secundum dei Digni ordi
uoluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc deo displice nandi.
re, quæ non ueniant ex legitima & iusta ordinatione, deus ipse manifestat
per Oseam prophetam dicēs: Sibimetipsi regē constituerunt, & nō per me. Osee. 8.

Propter quod diligẽter de traditione diuina, & apoſtolica obſeruatione ſer uandum eſt & tenendum, quod apud nos quoq;, & ferè per prouincias uni uerſas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eã plebem, cui præpo ſitus ordinatur, epiſcopi eiuſdẽ prouinciæ proximi quiq; conueniant, & epi

Epiſcopus plebe præſente eligendus.

ſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum uitã pleniſſime nouit, & uniuſcuiuſq; actum de eius conuerſatione perſpexit. Quod & apud uos fa ctum uidemus in Sabini collegæ noſtri ordinatiõe, ut de uniuerſæ fraterni tatis ſuffragio, & de epiſcoporum qui in præſentia conuenerãt, quiq; de eo ad uos literas fecerãt iudicio, epiſcopatus ei deferretur, & manus ei in locum

Baſilides epiſcopatu exturbatus.

Baſilidis imponeretur. Neq; reſcindere ordinationem iure perfectã poteſt, quod Baſilides poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria cõ feſſione nudatam, Romam pergẽs, Stephanum collegam noſtrum longe poſitum, & geſtæ rei ac ueritatis ignarum fefellit, ut ambiret reponi ſe iniu ſte in epiſcopatũ, de quo fuerat iuſte depoſitus. Hæc eò pertinent, ut Baſili dis non tã abolita ſint, q; cumulata delicta, ut ad ſuperiora peccata eius etiã fallaciæ & circunuentionis crimen acceſſerit. Neq; enim tam culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum, q; hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus Baſilides potuit, deo nõ poteſt, cum ſcriptũ

Galat. 6.

ſit: Deus nõ irridetur. Sed nec Martiali poteſt profuiſſe fallacia, quo minus ipſe quoq; delictis grauibus inuolutus, epiſcopatũ tenere non debeat, cũ &

Titum. 1.

apoſtolus moneat & dicat: Epiſcopum oportet eſſe ſine crimine, quaſi dei diſpenſatorẽ. Quapropter (cum ſicut ſcripſiſtis fratres dilectiſſimi, & ut Fe lix & Sabinus collegæ noſtri aſſeuerant, utq; alius Felix de Cæſaraugusta fidei cultor ac defenſor ueritatis, literis ſuis ſignificat) Baſilides & Martia lis nefando idololatriæ libello cõtaminati ſint: Baſilides inſuper adhuc præ ter libelli maculam cum in infirmitate decumberet, in deum blaſphemaue rit, & ſe blaſphemaſſe confeſſus ſit, & epiſcopatum pro conſcientiæ ſuæ uul nere ſponte deponens, ad agendam pœnitentiã conuerſus ſit, deum depre cans, & ſatis gratulans ſibi, ſi uel laico communicare contingeret: Martialis

Martialis hæreticus & idolatra.

quoque præter gentilium turpia & lutulenta conuiuia, in collegio diu fre quentata, & filios in eodem collegio exterarum gẽtium more apud propha na ſepulchra depoſitos, & alienigenis cõſepultos, actis publice habitis apud procuratorem Ducenarium obtemperaſſe idololatriæ, & CHRISTVM ne gaſſe conteſtatus ſit: cumq; alia multa ſint & grauia delicta, quibus Baſili des & Martialis implicati tenentur, fruſtra tales epiſcopatũ ſibi uſurpare co nant, cũ manifeſtũ ſit eiuſmodi homines nec eccleſiæ CHRISTI poſſe præ eſſe, nec deo ſacrificia offerre debere: maxime cũ iã pridẽ nobiſcũ & cũ omi bus omino epiſcopis in toto mũdo cõſtitutis, etiã Cornelius collega noſter ſacerdos pacificus ac iuſtus, & martyrio quoq; dignatione domini honora tus, decreuit huiuſmodi homines ad pœnitẽtiã quidẽ agẽdã poſſe admitti: ab ordina-

Ab ordinatione autē cleri atq; ſacerdotali honore prohiberi. Nec moueat uos fratres dilectiſſimi, ſi apud quoſdā in nouiſſimis tēporibus aut lubrica fides nutat, aut dei timor apud inreligioſos uacillat, aut pacifica concordia non perſeuerat. Prænunciata ſunt hæc futura in ſeculi fine, & domini uoce, atq; apoſtolorum cōteſtatione prædictum eſt, deficiente iā mundo, atq; ap propinquante antichriſto, bona quæq; deficere, mala uero ac aduerſa profi cere, non ſic tamen, cūq; uis nouiſſimis temporibus, in eccleſia dei aut euāgeli cus uigor cecidit, aut Chriſtianæ uirtutis & fidei robur elanguit, ut non ſu perſit portio ſacerdotum, quæ minime ad has rerum ruinas, & fidei naufra gia ſuccumbat. Sed fortis & ſtabilis honorem diuinæ maieſtatis & ſacerdo talem dignitatem plena timoris obſeruatione tueatur. Meminimus & tene mus, ſuccumbentibus licet & cedētibus cæteris, Mathathiam legem dei uin dicaſſe fortiter: Heliam Iudæis deficientibus atq; à religione diuina receden tibus, ſtetiſſe & certaſſe ſublimiter: Danielem, nec ſolitudine regionis alienæ, nec perſecutionis aſſiduæ infeſtatione deterritum, frequenter ac fortiter glo rioſe dediſſe martyria: tres item pueros nec armis, nec minis fractos, contra ignes Babylonios fideliter obſtitiſſe, & uictorē regē in ipſa ſua captiuitate uiciſſe uiderit uel præuaricatorum numerus, uel proditorum, qui nunc in eccleſia contra eccleſiam ſurgere, & fidem pariter ac ueritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos ſyncera mens, & religio integra, & nō niſi domino & deo ſuo anima deuota, nec Chriſtianam fidem aliena per fidia deprimit ad ruinam, ſed magis excitat & exaltat ad gloriam, ſecun dum quod beatus apoſtolus hortatur & dicit: Quid enim ſi exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? ab ſit. Eſt enim deus uerax, omnis autem homo mendax. Sí autem omnis ho mo mendax eſt, & ſolus deus uerax eſt, quid aliud ſerui, & maxime ſacerdo tes dei facere debemus, niſi ut humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta dominica cuſtodientes, in dei ueritate maneamus? Quare & ſi aliqui de collegis ueſtris extiterint fratres dilectiſſimi, qui deificam diſcipli nam negligendam putant, & cum Baſilide & Martiale temere communi cant, conturbare fidem noſtram res iſta non debet, cum ſpiritus ſanctus in pſalmis talibus comminetur dicens: Tu autem odiſti diſciplinam, & proieci ſti ſermones meos poſt te. Si uidebas furem, ſimul currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuā ponebas. Conſortes & participes oſtendit eos alie norum delictorum fieri, qui fuerint delinquētibus copulati. Sed & hoc idē Paulus apoſtolus ſcribit dicens: Suſurratores, detractores, deo abhorrētes, iniurioſi, ſuperbi, iactātes ſui, adinuentores malorum, qui cum iuſtitiam dei cognouiſſent, nō intellexerunt, quoniā qui talia agunt, morte ſunt digni nō tantū qui faciūt ea, ſed & qui cōſentiunt eis qui hæc agunt, quoniā qui talia, inquit, agunt, morte ſunt digni. Manifeſtat & cōprobat morte dignos eſſe,

1. Timo. 4.
2. Petri. 3.
Vindices legis diuinæ.
Mathathias.
Helias, Daniel.
Roma. 3.
Ibidem.
Pſal. 49.
Roma. 1.

& ad

& ad pœnam uenire non tãtum illos qui mala faciunt, ſed etiã eos qui talia agentibus conſentiunt. Qui dum malis & peccatoribus, & pœnitentiã non agentibus illicita cõmunicatione miſcentur, nocẽtium contactibus polluuntur, & dum iunguntur in culpa, ſic nec in pœna ſeparãtur, propter quod integritatis & fidei ueſtræ religioſam ſolicitudinem fratres dilectiſſimi & laudamus pariter & probamus, & quãtum poſſumus adhortamur literis noſtris ne uos cum prophanis & maculatis ſacerdotibus cõmunicatione ſacrilega miſceatis, ſed integram & ſynceram fidei ueſtræ firmitatem religioſo† timore ſeruetis. Optamus uos fratres chariſſimi ſemper bene ualere.

† Aliàs tenore

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Beati Cypriani epiſtola ad Rogatianũ & cæteros confeſſores, de obſeruatione diſciplinæ & fidei Chriſtianæ: in qua hortatur, ut ſicut prima congreſſione aduerſarium uicerunt, ita gloriam ſuam forti & perſeueranti uirtute teneant.

Epiſtola V.

CYPRIANVS ROGATIANO PRAESBYTERO ET CAETERIS CONFESSORIBVS FRATRIBVS SALVTEM.

ET iam pridem uobis fratres chariſſimi ac fortiſſimi literas miſeram, quibus fidei & uirtuti ueſtræ uerbis exultãtibus congratularer, & nunc nõ aliud in primis uox noſtra complectitur, q̃ ut læto animo frequenter ac ſemper gloriã ueſtri nominis prædicemus. Quid enim uel maius in uotis meis poteſt eſſe, uel melius, q̃ cum uideo confeſſionis ueſtræ honore illuminatum gregem CHRISTI? Nã cũ gaudere in hoc omnes fratres oportet, tamẽ in gaudio communi maior eſt epiſcopi portio. Eccleſiæ enim gloria, præpoſiti gloria eſt. Quantũ dolemus ex illis, quos poteſtas inimica proſtrauit, tantũ lætamur ex uobis, quos diabolus ſuperare non potuit. Hortamur autẽ per cõmunem fidem, per pectoris noſtri uerã circa uos & ſimplicem charitatem, ut qui aduerſarium prima hac congreſſione uiciſtis, gloriã ueſtram forti & perſeuerãti uirtute teneatis. Adhuc in ſeculo ſumus, adhuc in acie cõſtituti, de uita noſtra quotidie dimicamus, dãda opera eſt, ut poſt hæc initia ad incrementa quoq; ueniatur, & conſummetur in uobis, quod iã rudimentis felicibus eſſe cœpiſtis. Parũ eſt adipiſci aliqd potuiſſe, plus eſt quod adeptũ eſt, poſſe ſeruare. Sicut & fides ipſa & natiuitas ſalutaris nõ accepta, ſed cuſtodita uiuificat. Nec ſtatim conſecutio, ſed conſũmatio hominẽ deo ſeruat. Dominus hoc magiſterio docuit dicens: Ecce ſanus factus es, iã noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Puta autẽ illum & confeſſori ſuo dicere: Ecce confeſſor factus es, iã noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Salomon deniq; & Säul, & cæteri multi, q̃ diu in uijs domini ambulauerũt, datã ſibi gratiã tenere potuerunt, recedẽte ab his diſciplina dominica, receſſit & gratia. Perſeuerandũ nobis eſt in arcto & in angusto itinere laudis & gloriæ, & cũ quies & humilitas, & bonorũ morũ trãquillitas

Nõ minor eſt uirtus q̃ quærere parta tueri.

Ioan. 5.

quillitas Christianis omnibus congruat secundū domini uocē, qui neminē
* aliū respicit, nisi humilē & quietū, & trementē sermones suos, tamē magis Alias *alium
hoc obseruare & implere cōfessores oportet, qui exemplū facti estis cæteris
fratribus, ad quorum mores omniū uita & actus debeat prouocari. Nā si-
cut Iudæi à deo alienati sunt, propter quos nomen dei blasphematur in gē-
tibus: ita contra, deo chari sunt, per quorum disciplinā nomen domini lau-
dabili testimonio prædicatur. Sicut scriptū est domino præmonente & di-
cente: Luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideāt opera uestra bo- Matth. 5.
na, & clarificēt patrem uestrū qui est in cœlis. Et Paulus apostolus dicit: Lu- Phil. 2.
cete sicut luminaria in mūdo. Et Petrus similiter hortat. Sicut hospites, in- 1. Petri. 2.
quit, & peregrini abstinete uos à carnalibus desyderijs, quæ militant aduer-
sus animā, conuersationem habentes inter gentes bonā, ut dum detrectant
de uobis, quasi de malignis, bona opera uestra aspicientes magnificent do-
minum. Quod quidē maxima pars uestrum cum eo gaudio curat, & cōfes-
sionis ipsius honore melior facta tranquillis & bonis moribus gloriā suam
custodit & seruat. Sed quosdā audio inficere numerum uestrū, & laudem
præcipui nominis praua sua conuersatione destruere, quos etiā uos ipsi (ut-
pote amatores & conseruatores laudis uestræ) obiurgare & comprimere &
emendare debetis. Cū quāto enim nominis uestri pudore delinquitur, quā-
do alius aliquis temulentus & lasciuiens demoratur, alius in eā patriā unde
extorris factus est regreditur, ut deprehensus nō iam quasi Christianus, sed
quasi nocēs pereat? Inflari audio aliquos, & nō tumere audio, cū scriptum
sit: Noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis nō pepercit, Roma. 11.
ne forte nec tibi parcat. Dominus noster sicut ouis ad uictimā ductus est, & Esa. 53.
sicut agnus coràm tondente se sine uoce, sic nō aperuit os suū. Non sum, in-
quit, cōtumax, neq; contradico. Dorsum meū posui ad flagella, & maxillas
meas ad palmas. Faciē autem meā non auerti à fœditate sputorū. Et quisq;
per ipsum nūc, atq; in ipso uiuēs, extollere se audet & superbire? immemor
& factorum quæ ille gessit, & mādatorum quæ nobis uel per se, uel per apo
stolos suos tradidit. Quod si nō est maior domino suo seruus, qui dominū Ioan. 13. & 15.
sequuntur, humiles & quieti, & taciturni uestigia eius imitētur. Quāto quis-
q; inferior fuerit, sublimior fiat dicente domino: Qui minimus fuerit in uo-
bis, hic erit magnus. Quid deinde illud cūq; uobis execrandum debet uideri,
quod cū sūmo animi nostri gemitu & dolore cognouimus? Nō deesse qui
dei templa, & post cōfessionem sanctificata & illustrata mēbra, turpi & infa
mi cōcubitu suo maculent, cubilia cū fœminis promiscua iungentes, quādo
& si stuprū conscientiæ eorū desit, hoc ipsum grande crimen est, quod illorū
scandalo in aliorū ruinas exempla nascātur. Contentiones quoq; & æmula Roma. 13.
tiones inter uos nullas esse oportet, cū pacem suā nobis dimiserit dominus,
& scriptū sit: Diliges proximū tuū tanq; te. Si autē mordetis & incusatis in- Marc. 12.

uicem

Galat. 5. uicē, uidete ne cōsumamini abinuicē. Conuicijs etiā & maledictis quæso uos abstinete, quia neq; maledici regnū dei consequuntur, & lingua quæ CHRISTVM confessa est, incolumis & pura cum suo honore seruanda est. Nam qui pacifica, & bona, & iusta secundū CHRISTI præceptū loquitur, CHRISTVM quotidie confitetur. Seculo renunciauimus cū baptizati sumus, sed & nunc uere renunciamus seculo, quando temptati & probati à deo, nostra omnia relinquentes, dominum secuti sumus, & fide ac timore eius stamus & uiuimus. Corroboremus nos exhortationibus mutuis, & magis ac magis proficiamus in domino, ut cum pro sua misericordia pacem fecerit, quā se facturum repromittit, noui & penè mutati ad ecclesiā reuertamur, & excipiant nos siue fratres nostri, siue gentiles circa omnia correctos, atq; in melius reformatos, & qui admirati fuerāt prius in uirtutibus gloriā, nunc admirentur in moribus disciplinā. Opto te frater charissime semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Beati Cypriani epistola ad Magnum de his qui in lecto gratiam consequuntur, in qua ostendit, nisi quis in ecclesia & ab ecclesia catholica ordinatus fuerit, ius uitalis aquæ habere non posse.

Epistola VI.

CYPRIANVS MAGNO FILIO SALVTEM.

PRo tua religiosa diligentia consuluisti mediocritatem nostram fili charissime, an inter cæteros hæreticos eos quoq; qui à Nouatiano ueniāt, post profanum eius lauacrum baptizari & sanctificari in ecclesia catholica legitimo & uero & unico ecclesiæ baptismo oporteat. De qua re quantum fidei nostræ capacitas, & scripturarum diuinarū sanctitas ac ueritas suggerit, dicimus omnes hæreticos omnino & schismaticos nihil habere potestatis ac iuris. Propter hoc Nouatianus nec debet, nec potest excipi, quo minus ipse quoq; extra ecclesiam consistens, & contra pacem ac dilectionem CHRISTI faciens, inter aduersarios & antichristos cōputetur: neq; enim dominus noster IESVS CHRISTVS
Matth. 12. cum in euangelio suo testaretur, aduersarios suos esse eos qui secum non essent, & secum non colligentes gregem suum spargerent, aliquam hæreticorum speciem designauit, sed omnes omnino qui secum non essent aduersa-
Luc. 11 rios suos ostendit dicens: Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui nō
2. Ioan. 1. mecum colligit, spargit. Item beatus Ioannes apostolus nec ipse ullam hæresim aut schisma discreuit, aut aliquos speciatim separatos posuit, sed uniuersos qui de ecclesia exissent, quiq; contra ecclesiam facerent, antichristos appellauit dicens: Audistis, inquit, quia antichristus uenit, nunc autē antichristi multi facti sunt. Vnde cognoscimus quia nouissima hora est, ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, māsissent utiq; nobiscū. Vnde apparet aduersarios CHRISTI antichristos omnes esse, quos

quos constet à charitate atq; ab unitate ecclesiæ catholicæ recessisse. Adhuc quoq; dominus in euãgelio suo ponit & dicit: Si uero ecclesiam contempse- Matth.18.
rit, sit tibi tanq; ethnicus & publicanus. Si autem qui ecclesiam cõtemnunt, ethnici & publicani habentur, multo magis utiq; rebelles & hostes falsa altaria, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterata fingentes inter ethnicos necesse est computentur, quando minora peccãtes, & tantum ecclesiæ contemptores, ethnici & publicani sententia domini iudicẽtur. Quod autem ecclesia una sit, declarat in cãtico canticorum spiritus sanctus Cant.6.
ex persona CHRISTI dicens: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa est genitrici suæ: de qua item denuo dicit: Hortus conclu- Ibidem.4.
sus, soror mea, spõsa, fons signatus, puteus aquæ uiuæ. Si autem hortus cõclusus est sponsa CHRISTI, quæ est ecclesia, patere res clausa alienis & prophanis non potest. Et si fons signatus est, neq; bibere inde, neq; consignari potest, cui foris posito ad fontem accessus nõ est. Puteus quoq; aquæ uiuæ si unus est, idẽ qui intus est, uiuificari & sanctificari foris positus ex illa aqua non potest, ex qua solis eis, qui intus sunt, usus omnis & potus cõcessus est. Quod & Petrus ostendens unam ecclesiam esse, & solos eos qui in ecclesia 1. Petri.3.
sint, baptizari posse, posuit & dixit: In arca Noë pauci, id est, octo animæ hominum saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos similiter saluos faciet baptisma, probans & contestans unam arcam Noë typum fuisse unius ecclesiæ. Si potuit tunc in illo expiati & purificati mundi baptismo saluus per aquã fieri qui in arca Noë nõ fuit, potest & nũc uiuificari per baptisma, qui in ecclesia nõ est, cui soli baptisma cõcessum est. Sed & Paulus apostol⁹ hoc idẽ adhuc apertius & clarius manifestãs ad Ephesios scribit & dicit: CHRI- Ephes. 5.
STVS dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret purgans eam lauacro aquæ. Quod si una est ecclesia, quæ à CHRISTO diligitur, & lauacro eius sola purgatur, quomodo qui in ecclesia non est, aut diligi à CHRISTO, aut ablui & purgari lauacro eius potest? Propter quod cũ sola ecclesia habeat aquam uitalem, & baptizandi atq; abluendi hominis potestatem, qui dicit apud Nouatianum baptizari & sanctificari aliquem posse, prius ostẽdat & doceat Nouatianum in ecclesia esse, aut ecclesiæ præsidere. Ecclesia enim una est, quæ una & intus esse & foris non potest. Si eñ Ecclesia una.
apud Nouatianum est, apud Cornelium nõ fuit. Si uero apud Cornelium fuit, qui episcopo Fabiano legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotij honorem martyrio quoq; dominus glorificauit. Nouatianus in ecclesia non est, nec episcopus computari potest, qui euangelica & apostolica Episcopus seipsum ordinare nõ potest.
traditione contempta nemini succedens, à se ipso ordinatus est: habere nãq;
aut tenere ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia nõ est. Foris enim non esse ecclesiam, nec scindi aduersum se aut diuidi posse, sed inse- Vnitas ecclesiæ figuris designata.
parabilis atq; indiuiduæ domus unitatem tenere, manifestat scripturæ di-

uinæ fides,cum de ſacramento paſchæ & agni,qui agnus CHRISTVM de/ſignabat,ſcriptū ſit:In domo una comedetur,non eĳcietis de domo carnem foras. Quod ité circa Raab,quæ ipſa quoq; typū portabat eccleſiæ,expreſ/ſum uidemus,cui mādatur & dicitur:Patrem tuum & matrem tuam,& fra/tres tuos,& totam domum patris tui colliges ad te ipſam in domum tuam,
Interpretatio. & omnis qui exierit hoſtium domus tuæ foras,reus ſibi erit. Quo ſacramé/to declaratur in unam domum ſolam,id eſt,in eccleſiā uicturos,& ab interi/tu mundi euaſuros colligi oportere. Quiſquis autem de collectis foras eiece/rit,id eſt,ſi quiſq; in eccleſia gratiam conſecutus receſſerit,& ab eccleſia exie/rit,reum ſibi futurum,id eſt,ipſum ſibi quod pereat imputaturū. Quod apo
Titum. 3. ſtolus Paulus explanat docens & præcipiens hæreticum uitandum eſſe, ut peruerſum & peccatorem,& à ſemetipſo damnatum. Hic enim qui reus ſibi erit,nō ab epiſcopo eiectus,ſed ſponte de eccleſia profugus,& hæretica præ/ſumptione à ſemetipſo damnatus. Et idcirco dominus inſinuans nobis uni
Ioan. 10. tatem de diuina autoritate uenientem ponit & dicit: Ego & pater unum ſu/
Ibidem. mus:ad quam unitatem redigens eccleſiam ſuam denuo dicit:& erunt unus grex & unus paſtor. Si autem grex unus eſt,quomodo poteſt gregi annu/merari,qui in numero gregis non eſt? aut paſtor haberi quomodo poteſt, qui manēte uero paſtore, & in eccleſia dei ordinatione ſuccedanea præſidē/te,nemini ſuccedēs & à ſeipſo incipiens,alienus ſit & prophanus, dominicæ pacis ac diuinæ unitatis inimicus,non habitās in domo dei,id eſt, in eccleſia dei,in qua non niſi concordes atq; unanimes habitant,loquente in pſalmis
Pſal. 67. ſpiritu ſancto & dicente: Deus qui habitare facit unanimes in domo. De/niq; unanimitatem Chriſtianam firma ſibi atq; inſeparabili charitate con/nexam,etiam ipſa dominica ſacrificia declarant. Nam quādo dominus cor/pus ſuum panem uocat,de multorum granorum adunatione congeſtum, populum noſtrum quem portabat,indicat adunatum. Et quando ſangui/nē ſuū uinū appellat, de botris atq; acinis plurimis expreſſum atq; in unū coactum,gregem item noſtrum ſignificat,cōmixtione adunatæ multitudi/nis copulatum. Si Nouatianus huic pani dominico adunatus eſt,ſi CHRI/
Aliàs *po/culo. STI* populo & ipſe commixtus eſt,poterit uideri,& unici eccleſiaſtici bapti/ſmi habere gratiam poſſe,ſi eum cōſtiterit eccleſiæ unitatem tenere. Deniq; cū ſit inſeparabile unitatis ſacramentum,& cū ſine ſpe ſint & perditionem ſi bi maximam de indignatione dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo,alium ſibi foris pſeudoepiſcopum cōſtituunt,declarat in libris Re gnorum ſcriptura diuina,ubi à tribu Iuda & Beniamin decem tribus ſciſſæ ſunt,& relicto rege,alterum ſibi foris inſtituerunt,& indignatus eſt, inquit,
3. Regū. 12. dominus in omne ſemē Iſraël,& dimouit eos,& dedit eos in direptionē do nec abĳceret eos à facie ſua,quia diſſipatus eſt Iſraël à domo Dauid,& con
Aliàs *Iobath. ſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium *Naboth. Indignatum eſſe domi/num

nũ dicit, & eos in perditionẽ dediſſe, quod ab unitate diſſipati eſſent, atq; alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et tanta indignatio domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerãt, ut etiã cũ homo dei ad Hieroboã miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atq; ultionẽ futurã prædiceret, panẽ quoq; apud illos edere, & aquam bibere uetaretur. Quod cũ non cuſtodiſſet, & cõtra præceptũ dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſura maieſtatis percuſſus eſt, ut inde regrediẽs impetu ac morſu leonis in itinere necaretur. Et audet quiſq; dicere aquam baptiſmi ſalutarem, & gratiam cæleſtem cõmunem cum ſchiſmaticis eſſe poſſe, cum quibus nec terreſtris, nec ſecularis potus debeat eſſe cõmunis? Satiat adhuc in euangelio ſuo dominus, & maiorẽ intelligentiæ lucem manifeſtat, quod ijdem qui ſe nunc à tribu Iuda & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis, Samariam ſeceſſerant, inter prophanos & gentiles computarentur. Nam cum primũ diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit & dixit: In uiam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorũ ne introieritis. Ad Iudæos primũ mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autẽ & ciuitatem Samaritanorũ debere omitti, ubi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari. Quod ſi aliquis illud opponit, ut dicat eandẽ Nouatianũ legem tenere, quam catholica eccleſia teneat, eodem ſymbolo quo & nos baptizare, eundẽ noſſe deũ patrem, eundẽ filium CHRISTVM, eundẽ ſpiritum ſanctũ, ac propter hoc uſurpare eum poteſtatẽ baptizandi poſſe, quod uideatur in interrogatione baptiſmi à nobis non diſcrepare, ſciat quiſquis & hoc opponendum putat, primã non eſſe unam nobis & ſchiſmaticis ſymboli legẽ, neq; eandẽ interrogationem. Nã cum dicunt: Credis remiſſionẽ peccatorum, & uitã æternam per ſanctã eccleſiam, mentiuntur in interrogatione, cũ non habeant eccleſiã. Tunc deinde uoce ſua ipſi confitentẽ remiſſionẽ peccatorũ non dari, niſi per ſanctam eccleſiã, quã non habentes oſtendunt remitti illic peccata non poſſe. Quod uero eundẽ quem & nos deum patrẽ, eundem filiũ CHRISTVM, eundẽ ſpiritum ſanctũ noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nã & Chore & Dathan & Abiron cum ſacerdote Aaron & Moyſe eundẽ deum nouerant, pari lege & religione uiuentes, unum & uerũ deum, qui colendus atq; inuocandus fuerat, inuocabant. Tamen quia loci ſui miniſteriũ tranſgreſſi cõtra Aaron ſacerdotẽ, qui ſacerdotium legitimũ dignatione dei atq; ordinatione perceperat, ſacrificandi licentiã uendicarunt, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus penderunt, nec potuerunt rata eſſe, & proficere ſacrificia, irreligioſe & illicite contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Turibula quoq; ipſa in quibus incẽſum illicite fuerat oblatum, ne in uſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis & ultionis diuinæ memoriã corrigendis poſteris exhiberent, iuſſu domini conflata atq; igne purgata, in laminas ductiles producunt, & affiguntur altari, ſecũdum quod

Matth. 10.

Numeri. 16.

Exodi.28. loquitur ſcriptura diuina: Memoriale, inquit, filijs Iſraël, ut nō accedat quiſ/
quã alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante domi
num, ut non ſit ſicut Chore. Et tamẽ illi ſchiſma non fecerãt, nec foras egreſ/
ſi contra dei ſacerdotes impudẽter atq; hoſtiliter rebellauerant. Quod nunc
eccleſiã ſcindẽtes, & contra pacem atq; unitatẽ CHRISTI rebelles, cathedrã
ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi atq; offerendi licentiã
uendicare conant. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid
illicitis conatibus de deo poſſunt, qui contra deum, quod eis non licet, moli/
Baptiſmus nō niſi ab habente poteſtatem percipitur. untur. Quare qui Nouatiano, ſiue cæteris eiuſmodi ſchiſmaticis patrocinã/
tur, fruſtra contẽdunt baptizari & ſanctificari illic aliquẽ ſalutari baptiſmo
poſſe, ubi conſtat baptizantẽ baptizandi licentiam non habere. Atq; ut ma
gis intelligi poſſet contra eiuſmodi licentiam & audaciã, quæ ſit cẽſura diui/
na, inuenimus in tali facinore non ſolum duces & autores, ſed & participes
pœnis deſtinari, niſi ſe à cõmunione malorum ſeparauerint, præcipiente do
Numeri.16. mino & dicente: Separamini à tabernaculis hominũ iſtorum duriſſimorũ,
& nolite tangere ab omnibus quæ ſunt eis, ne ſimul pereatis in peccato eo/
rum, & quod cõminatus per Moyſen dominus fuerat, impleuit, ut quiſquis
à Chore ſe & Dathan, & Abiron nõ ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia cõ/
munione perſolueret. Quo exẽplo oſtenditur & probatur obnoxios ſe deo
& culpæ & pœnæ facturos, qui ſe ſchiſmaticis contra præpoſitos & ſacerdo/
tes irreligioſa temeritate miſcuerũt. Sicut etiam per Oſee prophetã ſpiritus
Oſeæ. 9. ſanctus conteſtatur & dicit: Sacrificia eorum tanq; panis luctus, omnes qui
manducant ea cõtaminabuntur: Docẽs ſcilicet & oſtẽdens omnes omnino
cum autoribus ſupplicio cõiungi, qui fuerint eorum peccato communicati.
Quæ ergo apud eos merita eſſe circa deũ poſſunt, quibus ſupplicia diuini/
tus irrogant? Aut quomodo tales iuſtificare & ſanctificare baptizatos poſ
ſunt, qui hoſtias ſacerdotum aliena & illicita, & nullo ſibi iure conceſſa uſur/
pare conantur? Quos tamen ipſos non miramur pro ſua prauitate conten/
Pertinaces nouitianiſtæ. dere. Aſſerant neceſſe eſt ſinguli quiq; quod faciunt, nec uolunt uicti facile
ſuccumbere, cũ quis ſciant id quod faciant, non licere. Illud mirandum eſt, im/
mo indignandum potius & dolendum, Chriſtianos antichriſtis aſſiſtere,
& præuaricatores fidei atq; proditores eccleſiæ intus in ipſa eccleſia cõtra ec/
cleſiam ſtare. Qui quoniã pertinaces aliâs & indociles, uel hoc tamen confi/
tẽtur, quod uniuerſi ſiue hæretici, ſiue ſchiſmatici non habeant ſpiritum ſan
ctum, & ideo baptizare quidẽ poſſunt, dare autem ſpiritum ſanctum non
poſſunt. In hoc ipſo à nobis tenentur, ut oſtẽdamus nec baptizare omnino
eos poſſe, qui nõ habeant ſpiritum ſanctum. Nã cum in baptiſmo unicuiq;
peccata ſua remittantur, probat & declarat in euangelio ſuo dominus, pec
eos ſolos peccata poſſe dimitti, qui habeant ſpiritum ſanctum. Poſt reſurre
Ioan. 20. ctionẽ enim diſcipulos ſuos mittens loquitur ad eos & dicit: Sicut miſit me
pater

pater,& ego mitto uos.Hoc cum dixiſſet,inſufflauit & ait illis: Accipite ſpi- Matth.18.
ritum ſanctum:Si cuius remiſeritis peccata,remittentur illi,& ſi cuius tenue/
ritis,tenebuntur. Quo in loco oſtēdit eum ſolum poſſe baptizare,& remiſ/
ſionem peccatorum dare,qui habeat ſpiritum ſanctum.Deniq; ipſum do/
minum noſtrum IESVM CHRISTVM baptizaturus Ioannes accepit an/
te ſpiritum ſanctum,cum adhuc eſſet in utero matris conſtitutus,ut certum
eſſet atque manifeſtum,baptizare non poſſe,niſi eos qui habeant ſpiritum
ſanctum.Itaque qui hæreticis ſiue ſchiſmaticis patrocinantur, reſpondeant
nobis an habeant ſpiritum ſanctum an non habeant.Si habent,cur illic ba
ptizatis quando ad nos ueniunt manus imponitur ad accipiendum ſpiri/
tum ſanctum, cum iam utique illic acceptus ſit,ubi ſi fuit qui dare potuit?
Si autem foris cuncti hæretici & ſchiſmatici non habent ſpiritum ſanctum,
& ideo apud nos manus imponitur,ut hic accipiatur,quod illic nec eſſe,nec
dari poteſt,manifeſtum eſt nec remiſſionem peccatorum dari per eos,quos
cōſtat ſpiritum ſanctū nō habe re. Et idcirco ſecundum diuinā diſpoſitionē
atq; euangelicā ueritatem,ut peccatorum remiſſionē cōſequi & ſanctificari,
ac templa dei fieri poſſint,eccleſiæ baptiſmo baptizandi ſunt omnes omni/
no,qui ab aduerſarijs & antichriſtis ad CHRISTI eccleſiam ueniunt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eiuſdē epiſtola ad Epitectum & plebē Aſſuritanorū de Fortunatiano epiſcopo, docentis qui ſacrilega ſacrificia fecerunt, ſacerdotium ſibi uendicare non poſſe.

Epiſtola. VII.

CYPRIANVS EPITECTO FRATRI ET PLEBI ASSV/
RIS CONSISTENTIBVS SALVTEM.

GRauiter & dolenter motus ſum fratres chariſſimi,quod cogno
uerim Fortunatianum quondā apud uos epiſcopum poſt gra Fortunatian?
uem lapſum ruinæ ſuæ,pro integro nunc agere uelle,& epiſco/
patum ſibi uendicare cœpiſſe: quæ res contriſtauit me: primo
propter ipſum qui miſer,uel diaboli tenebris in totum excæcatus, uel quo/
rūdam ſacrilega perſuaſione deceptus (cum debeat ſatiſfacere & ad domi/
num exorandum,diebus ac noctibus,lachrymis & orationibus,& precibus
incumbere) audet ſibi adhuc ſacerdotium quod prodidit uendicare, quaſi
poſt aras diaboli accedere ad altare dei fas ſit: aut non maiorem in ſe iram
& indignationem domini in die iudicij prouocet, qui cum uirtutis & fidei
dux fratribus eſſe non potuerit,perfidiæ,& audaciæ,& temeritatis magiſter
exiſtat.Et qui non docuit fratres in prælio fortiter ſtare, doceat eos qui ui/
cti & proſtrati ſunt,nec rogare? cum dominus dicat: Illis fudiſtis libamina, Eſa. 57.
& illis impoſuiſtis ſacrificia, ſuper hæc non indignabor? dicit dominus.&
alio loco:Sacrificans dijs eradicabitur, niſi domino ſoli. Item dominus de/
nuo loquitur & dicit:Adorauerunt eos,quos fecerūt digiti eorum,& curua/ Eſa. 2.

tus est homo,& humiliatus est uir,& nō relaxabo illis. In Apocalypsi quo-
Apoc. 13. q; legimus iram domini cōminantis & dicentis: Si quis adorat bestiam & imaginem eius,accipiet notam in fronte sua & in manu,bibet & ipse de uino iræ dei,mixto in poculo iræ eius, & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorum,& sub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in secula seculorum ascendet, nec habebunt requiem die & nocte,qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Cum ergo hæc tormenta, hæc supplicia in die iræ dominus comminetur ijs,qui diabolo obtemperant, & idolis sacrificant,quomodo se putat posse agere pro dei sacerdote, qui obtemperauit & seruiuit diaboli sacerdotibus? aut quomodo putat manum suā transferri posse ad dei sacrificium & precem domini,quæ captiua fuerit sacrilegio & crimini, cum in scripturis diuinis deus ad sacrificium prohibeat accedere
Leuit. 21. sacerdotes etiam in leuiori crimine constitutos, & in Leuitico dicat: Homo
Exod. 29. in quo fuerit uitium & macula,non accedat offerre dona deo. Idem in Exodo,& sacerdotes,& qui accedunt ad dominum deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus:& iterum:Et qui accedunt ministrare ad altare sanctum,non adducent in se delictum ne moriantur. Qui ergo grauia in se delicta adduxerunt,id est, qui idolis sacrificādo sacrilega sacrificia fecerunt, sacerdotium dei sibi uindicare non possunt,nec ullam in conspectu eius pre
Ioan. 9. cem pro fratribus facere, cum in euangelio scriptum sit: Deus peccatorem non audit,sed si quis deum coluerit,& uoluntatem eius fecerit, illum audit. Quamuis sic quorundam pectora tenebrarum ingruentium profunda caligo cæcauerit, ut de præceptis salubribus nihil lucis admittant, semel à recto limite ueri itineris auersi per præceps & abruptum criminum suorum nocte atq; errore capiantur. Nec mirum si consilia nostra aut domini præcepta nunc abnuunt,qui dominum negauerunt. Stipes & oblationes & lucra desyderant,quibus prius insatiabiles incubabāt,& cænis atq; epulis etiā nunc inhiant,quarum crapulam superstite indies cruditate ructabant,nunc manifestissime comprobantes nec ante se religioni,sed uētri potius & quæstui profana cupiditate seruisse. Vnde & ipsam uenisse perspicimus,& credimus de dei exploratione censuram,ne apud altare consistere & contrectare sancta ulterius perseuerarent,pudorem incesti,fidem perfidi,religionē profani,diuina terreni,sancta sacrilegi. Quod ne tales ad altaris impiamenta & contagia fratrum denuo redeant,omnibus uiribus excubādum, & omni uigore nitendum,ut quantum possumus ab hac eos sui sceleris audacia retūdamus,ne adhuc agere pro sacerdote conentur,qui ad mortis extrema deiecti, ultra lapsos laicos ruinæ suæ pondere proruerunt. Si uero apud insanos furor insanabilis perseuerauerit, & recedente spiritu sancto, profunda cæcitas in sua nocte permanserit,consilium nobis erit singulos fratres ab eorum fallacia separare,& ne quis in laqueos erroris incurrat ab eorum conta

gione

gione ſecernere, cum nec oblatio ſanctificari illic poſſit, ubi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquam dominus per eius oblationes & preces proſit, qui dominũ ipſe uiolauit. Quod ſi Fortunatianus aut immemor criminis ſui per diaboli cæcitatem, aut miniſter & ſeruus diaboli factus ad decipiendam fraternitatem in hoc ſuo furore permanſerit, uos quantum poteſtis elaborate, & in hac caligine diaboli ſæuientis fratrum mentes ab errore reuocate, ne alienæ dementiæ facile conſentiant, ne ſe deſperatorum delictis participes faciant, ſed teneant integræ ſalutis ſuæ tenorem, & integritatis conſeruatæ à ſe & cuſtoditæ perpetuum uigorem. Lapſi uero magnitudinem delicti ſui cognoſcentes à deprecando domino nõ recedant, nec eccleſiam catholicam quæ una & ſola eſt à domino conſtituta, derelinquant, ſed ſatiſfactionibus immorantes, & domini miſericordiam deprecantes ad eccleſiam pulſent, ut recipi illuc poſſint, ubi fuerunt, & ad CHRISTVM redeant, à quo receſſerunt. Nec audiant eos qui ſe fallaci & mortali circunuentione decipiunt, cum ſcriptum ſit: Nemo uos decipiat inanibus uerbis: propterea enim uenit ira dei ſuper filios contumaciæ. Nolite ergo eſſe participes eorum. Ergo contumaces, & deum non timentes, & ab eccleſia in totũ recedentes, nemo comitetur. Quod ſi quis impatiens fuerit ad deprecandum dominum, qui offenſus eſt, & nobis obtemperare noluerit, ſed deſperatos & perditos ſecutus fuerit, ſibi imputabit cum iudicij dies uenerit. Quomodo enim deprecari in die illo dominum poterit, qui & ante hoc CHRISTVM, & nunc quoq; eccleſiam CHRISTI negauit, & epiſcopis ſanis & integris & uiuentibus non obtemperans, comitem ſe & participem morientibus præbuit? Opto uos fratres chariſſimi ac deſyderatiſſimi ſemper bene ualere. Epheſ. 5.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Eiuſdem epiſtola ad plebem de quinq; præſbyteris ſchiſmaticis: in qua diuerſarũ pericula animarum enarrans admonet, ut qui mandatum dei reijciunt, & traditionem ſuam ſtatuere conantur, fortiter ab ipſis & firmiter reſpuantur.

Epiſtola VIII.

CYPRIANVS PLEBI VNIVERSAE SALVTEM.

QVanquã fratres chariſſimi Briccius fideliſſimus atq; integerrimus præſbyter: item Rogatianus & Numidicus, præſbyteri, confeſſores, & gloria diuinæ dignationis illuſtres, ſed & diaconi boni uiri & eccleſiaſticæ adminiſtrationis per omnia obſequia deuoti cum cæteris miniſterijs plenam uobis præſentiæ ſuæ diligentiam præbeant, & exhortationibus aſſiduis ſingulos corroborare, ſed & lapſorum mentes conſilijs ſalubribus regere & reformare non deſinant, tamen ego quantum poſſum admoneo, & quomodo poſſum uiſito uos literis meis, literis, inquam, fratres chariſſimi. Hoc enim quorũdam præſbyterorum malignitas & perfidia perfecit, ne ad uos ante diem paſchæ uenire

licuisset, dum coniurationis suæ memores, & antiqua illa contra episcopatum meum, immo contra suffragium uestrum & dei iudicium uenena retinentes, instaurant ueterem contra nos impugnationem suam, & sacrilegas machinationes insidijs solitis denuo renouant. Et quidem & dei prouidentia nobis hæc nec uolentibus, nec optantibus, immo de ignoscentibus & tacentibus, pœnas quas meruerant penderunt, ut à nobis non eiecti ultro se eijcerent, ipsi in se pro conscientia sua sententiam darent, secundum uestra diuina suffragia coniurati & scelerati de ecclesia sponte se pellerent. Nunc apparet Felicissimi factio unde uenisset, quibus radicibus staret, & quibus uiribus hi fomenta olim quibusdam confessoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum episcopo suo, nec ecclesiasticam disciplinam cum fide & quiete iuxta præcepta dominica continerent, ne confessionis suæ gloriam incorrupta & immaculata conuersatione seruarent. At ne parum fuisset corrupisse quorundam confessorum mentes, & sacerdotum dei portionem ruptæ fraternitatis armare uoluisse, nunc se ad lapsorum perniciem uenenata sua deceptione uerterunt, ut ægros & saucios ad capienda fortia consilia per calamitatem ruinæ suæ minus idoneos & minus solidos, à medela uulneris sui auocent, & intermissis precibus & orationibus, quibus dominus longa & continua satisfactione placandus est, ad exitiosam temeritatem mendacio captiosæ pacis inuitent. Sed oro uos fratres uigilate contra insidias diaboli, & pro uestra salute soliciti contra mortiferam fallaciam diligentius excubate. Perfectio est hic alia atque alia tentatio. Et quinque isti præsbyteri nihil aliud sunt quàm quinque primores illi, qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati, ut fidem nostram obruerent, & gracilia fratrum corda ad lethales laqueos præuaricatione ueritatis auerterent. Eadem nunc ratio, eadem rursus euersio per quinque præsbyteros Felicissimo copulatos, ad ruinam salutis inducitur, ut non rogetur dominus, nec qui negauit CHRISTVM, eundē CHRISTVM quem negauerat deprecetur, post culpam criminis tollatur & pœnitentia, nec per episcopos & sacerdotes domino satisfiat, sed relictis domini sacerdotibus contra euāgelicam disciplinam noua traditio sacrilegæ institutionis exurgat, cumq; semel placuerit tam nobis quàm confessoribus & dericis urbicis, item uniuersis episcopis uel in nostra prouincia, uel trans mare constitutis, ut nihil innouetur circa lapsorum causam, nisi omnes in unum conueniremus, & collatis consilijs cum disciplina pariter & misericordia temperatam sententiā figeremus, contra hoc consilium nostrū rebelletur, & omnis sacerdotalis autoritas & potestas factiosis conspirationibus destruatur. Quas nunc pœnas patior fratres charissimi, quod ipse ad uos in præsentiarū uenire nō possum? ipse singulos aggredi, ipse uos secundū domini & euāgelij eius magisteriū cohortari. Nō suffecerat exiliū iā biēnio & à uultibus atq; ab oculis uestris lugubris separatio?

Felicissimi factio.

Persecutio alia.

tio? dolor iugis & gemitus, qui me ſolum ſine uobis continua lamentatione diſcruciat? lachrymæ diebus ac noctibus profluẽtes, quod ſacerdoti quem tanto amore & ardore feciſtis, necdum uos ſalutare, & necdum complexibus ueſtris inhærere contingat? Acceſſit hinc tabeſcenti animo noſtro dolor maior, quod in tanta ſolicitudine ac neceſſitate excurrere ad uos ipſe nõ poſſum, dum per minas & per inſidias perfidorũ cauemus, ne aduenientibus nobis tumultus illic maior oriatur: & cum paci & tranquillitati epiſcopus prouidere in omnibus debeat, ipſe materiam ſeditioni dediſſe, & perſecutionem denuo exacerbaſſe uideatur. Hinc tamen fratres dilectiſſimi hinc admoneo pariter & conſulo, ne pernicioſis uocibus temere credatis, ne fallacibus uerbis conſenſum * fallaciæ commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu ſitim, uenenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumatis. Nec ætas uos eorum nec autoritas fallat, qui ad duorum præſbyterorum ueterem nequitiam reſpondentes: ſicut illi Suſannã pudicam corrumpere & uiolare conati ſunt, ſic & hi adulterinis doctrinis eccleſiæ pudicitiam corrumpere, & ueritatem euangelicam uiolare conantur. Clamat & dicit dominus: Nolite audire ſermones pſeudoprophetarũ, quoniam uiſiones cordis eorum fruſtrãtur eos. Loquuntur, ſed non ab ore domini. Dicunt eis qui abijciunt uerbum domini: Pax erit uobis. Pacem nunc offerunt, qui ipſi non habent pacem. In eccleſia lapſos reducere & reuocare promittunt, qui de eccleſia receſſerũt. Deus unus eſt, & CHRISTVS unus, & una eccleſia, & cathedra una ſuper petram domini uoce fundata. Aliud altare conſtitui, aut ſacerdotium nouum fieri, præter unum altare & unum ſacerdotium non poteſt. Quiſquis alibi collegerit, ſpargit. Adulterum eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt, quodcunq; humano furore inſtituitur, ut diſpoſitio diuina uioletur. Procul ab huiuſmodi hominũ contagione diſcedite, & ſermones eorum ueluti cancer & peſtem fugiendo uitate, prænonente domino & dicente: Cæci ſunt & duces cæcorum: cæcus autẽ cæcum ducens, ſimul in foueã cadent. Intercedunt precibus ueſtris, quas nobiſcũ diebus ac noctibus domino funditis, ut eũ iuſta ſatiſfactione placetis. Intercedunt lachrymis ueſtris, quibus cõmiſſi delicti crimẽ abluitis. Intercedunt paci, quã uere & fideliter de domini miſericordia poſtulatis, nec ſciũt ſcriptum eſſe: Et propheta ille aut ſomnium ſomnians, ille qui locutus eſt, ut errare te faceret à domino deo tuo, interficieẽ. Nemo uos fratres errare à domini uia faciat. Nemo uos Chriſtianos ab euangelio CHRISTI rapiat. Nemo filios eccleſiæ de eccleſia tollat. Pereant ſibi ſoli, qui perire uoluerunt. Extra eccleſiã ſoli remaneant qui de eccleſia receſſerunt. Soli cum epiſcopis non ſint, qui contra epiſcopos rebellarunt. Cõiurationis ſuæ pœnas ſoli ſubeãt, qui olim ſecundum dei iudicia ſententiã coniurationis & malignitatis ſuæ ſubire meruerunt. Monet nos dominus in euãgelio ſuo dicẽs: Reijcitis mandatũ dei ut traditionem

Aliàs * *facile*

Danielis 13.

Matth. 15.

Deuter. 13.

Execratio in fidei detractores.

Matth. 15.

ut traditionem ueſtram ſtatuatis. Qui mandatum dei reiſciunt, & traditionem ſuam ſtatuere conantur, fortiter à uobis & firmiter reſpuantur. Sufficiat lapſis ruina ſua. Nemo uolentes ſurgere ſua circunuentione præcipitet. Nemo iacentes, pro quibus nos rogamus, ut dei manu & brachio ſubleuentur, proſternat grauius & deprimat. Nemo ſemianimes, ut ſalutem ſuam priſtinam recipiant deprecantes, ab omni ſpe ſalutis auertat. Nemo mutantibus lapſus ſui caligine omne itineris ſalutaris lumen extinguat. Inſtruit
1. Timo. 6. apoſtolus dicens: Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis uerbis domini noſtri IESV CHRISTI, & doctrinæ eius ſtupore elatus diſcedat ab huiuſmodi. Et iterum dicit ipſe: Nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propterea
Epheſ. 5. enim uenit ira dei ſuper filios contumaciæ. Nolite ergo eſſe participes eorum. Non eſt quod decepti inanibus uerbis prauitatis eorum incipiatis eſſe participes. Diſcedite à talibus quæſo uos, & acquieſcite conſilijs noſtris, qui pro uobis quotidie continuas domino preces fundimus, qui uos ad eccleſiam reuocare per domni clementiam cupimus, qui de deo pacem pleniſſimam prius matri, tum & filijs eius oramus. Cum precibus atque orationibus noſtris ueſtras quoq; orationes & preces iungite, cum fletibus noſtris
Diaboli infidiæ. ueſtras lachrymas copulate. Vitate lupos, qui oues à paſtore ſecernũt: uitate linguam diaboli uenenatam, qui ab initio mundi fallax ſemper & mendax mentitur ut fallat: blanditur, ut noceat: bona promittit, ut malum tribuat: uitam pollicetur, ut perimat. Lucent nunc quoq; uerba eius, & uenena manifeſta ſunt. Pacem pollicetur, ne peruenire poſſit ad pacem. Salutẽ promittit, ne cui promittit, ueniat ad ſalutem: eccleſiam ſpondet, cum id agat, ut qui illi credit, in totum ab eccleſia pereat. Nunc curandum eſt fratres dilectiſſimi, ut qui ſtatis fortiter perſeueretis, & ſtabilitatem ueſtram glorioſam quam in perſecutione tenuiſtis, perpetua firmitate ſeruetis. Et ſi circunueniente aduerſario lapſi eſtis, in ſecunda hac tentatione ſpei & paci ueſtræ fideliter conſulatis, & ut uobis dominus ignoſcat, à ſacerdotibus domini non
Deut. 17. recedatis, cum ſcriptum ſit: Et homo quicunq; fecerit in ſuperbiam, ut non exaudiat ſacerdotem, aut iudicẽ quicunq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille. Perſecutionis iſtius nouiſſima hæc eſt tentatio, quæ & ipſa cito domino protegente tranſibit, ut repræſenter uobis poſt paſchæ diem cum collegis meis, quibus præſentibus ſecũdum arbitriũ quoq; ueſtrum, & omniũ noſtrum cõmune conſilium (ſicut ſemel placuit) ea quæ agenda ſunt, diſponere pariter & limare poterimus. Si quis autem pœnitentiam agere, & deo ſatiſfacere detrectans, ad infeliciſſimi & ſatellitum eius partes conceſſerit, & ſe hæreticæ factioni coniuxerit, ſciat ſe poſtea ad eccleſiam redire, & cum epiſcopis & plebe CHRISTI communicare non poſſe. Opto uos fratres chariſſimi ſemper bene ualere, & circa domini miſericordiam exorandam continuis nobiſcum precibus inſiſtere.

Argumentum

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eiusdem epistola ad clerum & plebē Furnitanorum,cōmonentis nulli præsbytero licere tutorem testamento constituere.

Epistola. IX.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIBVS ET PLEBI FVRNIS CONSISTENTIBVS SALVTEM.

GRauiter commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentes aderant,& conpræsbyteri nostri qui nobis assistebant fratres charissimi,cum cognouissemus quod Geminius Victor frater noster de seculo excedens, Geminium Faustinum præsbyterum tutorem testamento suo nominauerit,cum iam pridem in cōcilio episcoporum statutum sit,ne quis de * clericis & dei ministris tutorem uel curatorem testamento suo constituat,cum singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio constituti,nō nisi altari & sacrificijs deseruire,& precibus atq; orationibus uacare debeant.Scriptum est enim:Nemo militans deo, implicat se molestijs secularibus, ut possit placere ei cui se probauit. Quod cum de omnibus dictum sit,quanto magis molestijs & laqueis secularibus obligari non debēt,qui diuinis rebus & spiritalibus occupati,ab ecclesia recedere, & ad terrenos & seculares actus uacare non possunt? Cuius ordinationis & religionis formam,leuitæ prius in lege tenuerunt,ut cum terram diuiderent, & possessiones partirentur undecim tribus,Leuitica tribus quæ templo & altari & ministerijs diuinis uacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet,sed alijs terram colentibus,illa tantum deum coleret,& ad uictum atq; alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur,decimas perciperet.Quod totum fiebat de autoritate & dispositione diuina,ut qui operationibus diuinis insistebant,in nulla re auocarentur,nec cogitare aut agere secularia cogerentur.Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur,ut qui in ecclesia domini ad ordinationem clericalem promouētur,nullo modo ab administratione diuina auocētur,ne molestijs & negocijs secularibus alligentur,sed in honore sportulantium fratrum, tanquā decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificijs non recedant, & die ac nocte cælestibus rebus & spiritalibus seruiant.Quod episcopi antecessores nostri religiose consyderantes, & salubriter prouidentes, censuerunt ne quis frater excedēs ad tutelā uel curā clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset,nō offerretur pro eo,nec sacrificiū pro dormitiōe eius celebraretur. Neq; eē ad altare dei meretur nominari in sacerdotū prece,q ab altari sacerdotes & ministros suos,leuitas auocare uoluit.Et ideo Victor cū cōtra formā nuper in consilio à sacerdotibus datā Geminiū Faustinū præsbyterū ausus sit actorē cōstituere,nō est quo pro dormitione eius apud uos fiat oblatio,aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur,ut sacerdotū decretū religioſę

Aliàs * de ecclesiæ dei.

2. Timo.2.

Leuitæ diuinis tantum uacent.

Sacerdos ab altari non recedat.

religiose & necessarie factũ seruetur à nobis. Simul & cæteris fratribus detur exẽplũ, ne quis sacerdotes & ministros dei altari eius & ecclesiæ uacantes ad seculares molestias deuocet. Obseruari enim de cætero poterit, ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est fuerit uindicatum. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Eucratium epistola de histrione quem suadet ne sinat histrionem artem suam docere, sed ab ea ad uiam innocentiæ deducat.

Epistola X.

CYPRIANVS EVCRATIO FRATRI SALVTEM.

Histrio. PRo dilectione tua & uerecundia mutua consulendum me existimasti frater charissime, quid mihi uideatur de histrione quodam, qui apud uos constitutus in eiusdem adhuc artis suæ dedecore perseuerat, & magister & doctor nõ erudiendorum, sed perdendorum puerorum, id quod male didicit, cæteris quoque insinuat, an talis debeat communicare nobiscum. Quod puto ego nec maiestati diuinæ nec euangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor ecclesiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. Nam cum in lege prohibeantur uiri induere muliebrem uestem, & maledicti eiusmodi iudicentur, quanto maioris est criminis, non tantum muliebria indumenta accipere, sed & gestus quoque turpes & molles, & muliebres magisterio impudicæ artis exprimere? Nec excusetur se quisquam si à theatro ipse cessauerit, cum tamen hoc cæteros doceat. Non potest enim uideri cessasse, qui uicarios substituit, & qui pro se uno plures succedaneos suggerit contra institutionem dei, erudiens & docens quemadmodum masculus frangatur in fœminam, & sexus arte mutetur, & diabolo diuinum plasma maculanti per corrupti atq; eneruati corporis delicta placeatur. Quod si penuriam talis & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter cæteros, qui alimentis ecclesiæ sustinentur, huius quoque necessitas adiuuari, si tamen contentus sit frugalioribus & innocentibus cibis. Nec putet salario se esse redimendum, ut à peccatis cesset, quando hoc non nobis sed sibi præstet. Cæterum quantum uult inde quærat. Qualis quæstus est qui de conuiuio Abrahæ, Isaac, & Iacob & homines rapuit, & male ac perniciose in seculo saginatos, ad æternæ famis ac sitis supplicia deducit? Et ideo quantum potes, eum à prauitate & dedecore ad uiam innocentiæ atq; ad spem uitæ suæ reuoca, ut sit contentus ecclesiæ sumptibus parcioribus quidem, sed salutaribus. Quod si illic ecclesia nõ sufficit, ut laborantibus præstentur alimenta, poterit se ad nos transferre, & hic quod sibi ad uictum atque uestitum necessarium fuerit, accipere, nec alios extra ecclesiam mortalia docere, sed ipse salutaria in ecclesia discere. Opto te frater charissime semper bene ualere.

Argumentum

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Beati Cypriani epistola, nonnullorumq; coepiscoporum ad Pomponium de uirginibus: in qua asserunt uirgines deo dicatas ac detectas dormisse cum uiris per manus obstetricum debere inspici, & quæ uirgines inuentæ fuerint, ecclesiæ admitti, quæ uero corruptæ, ad pœnitentiam plenam duci oportere.

Epistola XI.

CYPRIANVS, CAECILIVS, VICTOR, SEDVLIVS, TERTVLLVS, CVM PRAESBYTERIS QVI PRAESENTES ADERANT, POMPONIO FRATRI SALVTEM.

Legimus literas tuas frater charissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans & desyderans ut tibi rescriberemus quid nobis de ijs uirginibus uideatur, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectæ sint postea in eodem lecto pariter mansisse cũ masculis, ex quibus unũ diaconum esse dicis. Planè easdem quæ se cum uiris dormisse confessæ sunt, asseuerare non decet se integras esse. Circa quam rem, quoniam consilium nostrum desyderasti, scias nos ab euãgelicis & apostolicis traditionibus nõ recedere, quo minus fratribus & sororibus nostris constanter & fortiter consulatur, & per omnes utilitatis & salutis uias ecclesiastica disciplina seruetur, cum dominus loquatur & dicat: Et dabo uobis pastores secundum cor meum, & pascent uos pascentes cum disciplina: & iterum cum scriptum sit: Disciplinam qui abijcit, infelix est: & in psalmo quoq; spiritus sanctus admoneat & instruat dicens: Continete disciplinam, ne forte irascatur dominus, & pereatis à uia recta, cum exarserit cito ira eius super uos. Primo igitur in loco frater charissime, & præpositis, & plebi nihil aliud elaborãdum est, quàm ut qui deum timemus, cum omni obseruatione disciplinæ diuina præcepta teneamus, nec patiamur errare fratres nostros, & pro arbitrio & fructu suo uiuere, sed ad uitam singulis fideliter consulere, nec pati uirgines cum masculis habitare, non dico simul dormire, sed nec simul uiuere, cum & sexus infirmus, & ætas adhuc lubrica per omnia frenari & regi debeat, ne diabolo insidianti & sæuire cupienti ad nocendum detur occasio: cũ & apostolus dicat: Nolite locum dare diabolo. Liberanda est uigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur. Exuenda est uelociter de incendio sarcina, priusquam flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus. Nec euadere diabolum dei seruus poterit, qui se diaboli laqueis implicauit. Intercedendum est cito talibus, ut separentur dum adhuc separari innocentes possunt, quia diuidi postmodum nostra intercessione non poterunt, posteaquam conscientia grauissima cohæserint. Deniq; quàm graues multorum ruinas hinc fieri uidemus, & per huiusmodi illicitas & periculosas cõiunctiones corrumpi plurimas uirgines cum

Hier. 5.

Sapien. 5.

Psal. 2.

Virginum & masculorũ periculosa cohabitatio.

Ephes. 4.

sūmo animi nostri dolore conspicimus. Quod si se ex fide CHRISTO dica
uerunt,pudice & caste sine ulla fabula perseuerent,ita fortes & stabiles præ/
Melius nube/ re q̄ uri. mium uirginitatis expectent.Si autem perseuerare nolūt,uel non possunt,
melius est ut nubant,quàm in ignem delicijs suis cadant.Certe nullum fra/
1. Cor. 8. tribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit: Si cibus scanda/
lizat fratrem,non manducabo carnem in seculum,ne fratrem scandalizem.
Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod & inspici & pro/
bari possit an uirgo sit, cum & manus obstetricum & oculi sæpe fallantur.
Et si incorrupta inuenta fuerit uirgo ex ea parte sui, qua mulier potest esse,
potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse,quæ corrumpi potest, & ta/
men inspici non potest.Certe ipse concubitus,ipse complexus,ipsa confabu
latio & inosculatio,& coniacentium duorum turpis & fœda dormitio,quan
tum dedecoris & criminis confitetur? Si superueniens maritus sponsam su/
am iacentem cum altero uideat,nónne indignatur & fremit? & per zeli do/
lorem fortassis & gladium in manu sumit? Quia CHRISTVS dominus &
Virgo deo dicata. iudex noster cum uirginem suam sibi dicatam,& sanctitati suæ destinatam
iacere cum altero cernat,quàm indignatur & irascitur? Et quas pœnas ince/
stis eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius ut gladium spiritalem,
& uenturum iudicij diem unusquisque fratrum possit euadere,omni consi/
lio prouidere & elaborare debemus.Et cum omnes omnino disciplinam te
nere oporteat,multo magis præpositos & diaconos curare hoc fas est, qui
exemplum & documentum cæteris de conuersatione & moribus suis præ/
1. Tim. 3. & 5. beant.Quomodo enim possunt integritati & continētiæ præesse, si ex ipsis
incipiant corruptelæ,& uitiorum magisteria procedere? Et idcirco consulte
& cum uigore feci sti frater charissime,abstinendo diaconum, qui cum uir/
gine sæpe mansit,sed & cæteros qui cum uirginibus dormire consueuerant.
Quod si pœnitentiam huius illiciti concubitus sui egerint, & à se inuicem
recesserint, inspiciantur interim uirgines ab obstetricibus diligenter,& si uir
gines inuentæ fuerint, accepta communicatione ad ecclesiam admittantur,
hac tamen interminatione, ut si ad eosdem masculos postmodum reuer/
sæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo & sub eodem tecto simul habi/
tauerint,grauiore censura eijciantur,nec in ecclesiam postmodum tales faci/
le recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint deprehensæ, agant
pœnitentiam plenam,quia quæ hoc crimen admisit, non mariti sed CHRI
STI adultera est. Et ideo æstimato iusto tempore,postea exhomologesi fa
cta ad ecclesiam redeant.Quod si obstinate perseuerant, nec se ab inuicem
separant,sciant se cum hac sua impudica obstinatione nūquam à nobis ad/
mitti in ecclesiam posse, ne exemplum cæteris ad ruinas delictis suis facere
incipiant. Nec putent sibi uitæ aut salutis constare rationem, si episcopis &
sacerdotibus obtemperare noluerint,cum in Deuteronomio dominus deus

dicat

dicat: Et homo quicunque fecerit in ſuperbiam ut non exaudiat ſacerdo- Deut.17.
tem, aut iudicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, &
omnis populus cum audierit, timebit, & non aget impie etiam nunc. Inter-
fici deus iuſſit ſacerdotibus ſuis non obtemperantes, iudicibus à ſe ad tem-
pus conſtitutis non obedientes: & tunc quidem gladio occidebantur, quan
do adhuc & circunciſio carnalis manebat, nunc autem quia circunciſio ſpiri-
talis eſſe ad fideles ſeruos dei cœpit, ſpiritali gladio ſuperbi & contumaces
necantur, dum de eccleſia eiiciuntur. Neque enim uiuere foris poſſunt, cum
domus dei una ſit, & nemini ſalus eſſe niſi in eccleſia poſſit. Indiſciplinatos
autem perire, dum non audiunt nec obtemperant conſiliis ſalubribus, te-
ſtatur diuina ſcriptura quæ dicit: Non diligit indiſciplinatus caſtigantem
ſe. Qui autem oderunt correptiones, conſumentur turpiter. Ergo ne indiſci
plinati conſumantur & pereant, da operam frater chariſſime, ut quantum
potes conſiliis ſalubribus fraternitatem regas, & ſingulis ad ſalutem ſuam
conſulas. Arcta & anguſta eſt uia per quam ingredimur ad uitam, ſed ſum
mus & magnus eſt fructus cum peruenimus ad gloriam. Qui ſe ſemel ca-
ſtrauerunt propter regnum cœlorum, deo per omnia placeant, nec ſacerdo-
tes dei aut eccleſiam domini contemnentes, ſcandalo ſe fratribus offerant.
Et ſi ad præſens à nobis contriſtari uidentur, nos tamen in ſalubri perſua-
ſione maneamus, ſcientes & apoſtolum dixiſſe: Ergo ego inimicus factus Galat.4.
ſum uobis, uerum dicens uobis? Quod ſi obtemperauerint, nobis gratiſſi-
mum eſt, ſtantes eos ad ſalutem pariter dignatione noſtri ſermonis forma
uimus. Si autem quidam de peruerſis obtemperare noluerint, ſecundum
eundem apoſtolum dicentem: Si hominibus placerem, CHRISTI ſeruus Galat. 1.
non eſſem. Si quibuſdam ſuadere non poſſumus, ut eos uero CHRISTO
placere faciamus: nos certe (quod noſtrum eſt) CHRISTI domini & dei
noſtri præcepta ſeruantes placeamus. Opto te frater chariſſime ſemper be-
ne ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Beati Cypriani epiſtola quorundamq; epiſcoporum ad Ianuarium, nonnullôs-
q; alios, de his qui ab hæreticis baptizari uidentur, in qua probat neminem bapti-
zari foris extra eccleſiam poſſe, cum unum baptiſma in una catholica eccleſia ſit.

Epiſtola. XII.

CYPPIANVS, LIBERALIS, CALYDONIVS, IVNIVS, PRIMVS, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marutius, Succeſſus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Herculanus, Pompo-
nius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Ianuarius, Marcus, alius Saturni-
nus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortenſianus: item

alius Saturninus, Satius, Ianuario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cirino, Gargilio, Eutyciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Vemesiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato, fratribus salutem.

CVm simul in concilio essemus fratres charissimi, legimus literas uestras, quas ad nos fecistis de his qui apud hæreticos & schismaticos baptizati uidentur, an ad ecclesiam catholicam (quæ una est) uenientes baptizari debeant. De qua re quanquàm & ipsi illic ueritatem & firmitatem catholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non nouam promimus, sed iam pridem ab antecessoribus nostris statutam & à nobis obseruatam, uobiscum pari * confessione coniungimus: censentes scilicet & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum intra sanctam ecclesiam constitutum, & scriptum sit domino dicente: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ gratis, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare. Et iterum diuina scriptura præmoneat & dicat: Ab aqua aliena abstine te, & à fonte aquæ alienæ ne biberis. Oportet uero mundari & sanctificari aquam prius à sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur, abluere, quia per Ezechielem prophetam dominus dicit: Et aspergam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immundicijs uestris, & ab omnibus simulachris uestris, & mundabo uos, & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo uobis. Quomodo autem mũdare & sanctificare aquam potest, qui ipse immundus est, & apud quem spiritus sanctus non est? cum dominus dicat in Numeris: Omnia quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt. Aut quomodo baptizans dare alteri remissionem peccatorum potest, qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest? Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismo testis est ueritatis. Nã cum dicimus: Credis in uitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam? Intellígimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari: apud hæreticos autem ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaq; qui hæreticos asserunt, aut interrogationem mutent, aut uindicent ueritatem, nisi si eis & ecclesiam tribuunt, quos baptisma habere contendunt, ungi quoq; necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione esse unctus dei, & habere in se CHRISTI gratiam possit. Porrò autem eucharistia & unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec ecclesiam. Vnde nec unctio spiritalis apud hæreticos potest esse, cum constet oleum sanctificari, & eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem

Aliàs * cõsensione.

Nemo extra ecclesiam baptizandus.

Hiere. 2.

Ezech. 36.

Numer. 19.

Nemo dat quod nõ habet

autem & meminiſſe debemus ſcriptum eſſe: Oleum peccatoris non ungat caput meum, quod ante in pſalmis præmonuit ſpiritus ſanctus, ne quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud hæreticos & CHRISTI aduerſarios ungeretur. Sed & baptizato quam facere precem poteſt ſacerdos ſacrilegus & peccator? cum ſcriptum ſit: Deus peccatorem non audit: ſed qui eũ coluerit, & uoluntatem eius fecerit, illum audit. Quis autẽ poteſt dare quod ipſe non habeat? Aut quomodo poteſt ſpiritalia agere, qui ipſe amiſerit ſpiritum ſanctum? Et idcirco baptizandus eſt & innouãdus qui ad eccleſiam *rudis uenit ut intus per ſanctos ſanctificetur, quia ſcriptũ eſt: Sancti eſote, quia & ego ſanctus ſum dicit dominus, ut qui in errorem ſeductus eſt, & foris tinctus, in baptiſmo uero & eccleſiaſtico etiam hoc ipſum deponat, quod homo ad deum ueniens, dum ſacerdotem quærit, in ſacrilegium fraude erroris incurrit. Cæterum probare eſt hæreticorum & ſchiſmaticorũ baptiſma, conſentire in id quod illi baptizauerint. Neq; enim poteſt pars illic inanis eſſe, & pars prævalere. Si baptizare potuit, & ſpiritum ſanctum dare potuit. Si autem ſpiritum ſanctum dare non poteſt, quia foris conſtitutus cum ſancto ſpiritu non eſt, nec baptizare uenientem poteſt, quando & baptiſma unum ſit, & ſpiritus ſanctus unus, & una eccleſia à CHRISTO domino noſtro ſuper petram origine unitatis & ratione fundata. Ita fit, ut cum omnia apud illos inania & falſa ſint, nihil eorum, quæ illi geſſerint probari à nobis debeat. Quid enim poteſt ratum & firmum eſſe apud deum, quod illi faciunt, quos dominus hoſtes & aduerſarios ſuos dicit, in euangelio ſuo ponens: Qui non eſt mecum aduerſum me eſt, & qui non mecum colligit, ſpargit. Et beatus quoque apoſtolus Ioannes mandata domini & præcepta cuſtodiẽs, in epiſtola ſua poſuerit: Audiſtis quia antichriſtus uenit, nũc autem multi antichriſti facti ſunt, unde cognoſcimus quia nouiſſima hora eſt, ex nobis exierunt, ſed nõ fuerunt ex nobis, ſi enim fuiſſent ex nobis, nobiſcum manſiſſent. Vnde nos quoq; colligere & conſyderare debemus, an qui aduerſariꝝ ſunt domini, & appellati ſunt antichriſti, poſſint dare gratiã CHRISTI. Quare qui cum domino ſumus, & unitatem domini tenemus, & ſecũdum eius dignationem ſacerdotium eius in eccleſia adminiſtramus, quæcunque aduerſariꝝ eius & antichriſti faciunt, repudiare & reiꝛcere, & prophanis habere debemus, & eis qui de errore & prauitate ueniẽtes agnoſcunt unius eccleſiæ ueram fidem, dare illis per omnia diuinæ gratiæ ſacramenta, & fidei ueritatem. Op. V. F. Ch. S. B. V.

Ioan. 9.

Aliàs* nudus Leu. 19. & 20.

Luc. 11.

DIVI CYPRIANI LIBRI PRIMI EPISTOLARVM FINIS.

DIVI CAECILII CY-
PRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Stephanũ epistola de concilio, quod habitum est super ijs qui apud hæreticos baptizabantur, ac de præsbyteris qui non debent amplius sacerdotio admitti, si semel ad sacrilega sacrificia accesserunt.

Epistola I.

CYPRIANVS ET CAETERI, STEPHANO FRATRI SALVTEM.

AD QVAEDAM disponenda ac communis cõsilij examinationem limãda, necesse habuimus frater charissime, conuenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere & celebrare concilium, in quo quidẽ multa prolata atq; translata sunt. Sed de eo uel maxime tibi scribendum & cum tua grauitate ac sapiẽtia conferendũ fuit, quod magis pertineat ad sacerdotalem autoritatem & ad ecclesiæ catholicæ unitatem, pariter & dignitatem, de diuinæ dispositionis ordinatione uenientem, eos qui sint foris extra ecclesiã & tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanæ aquæ labe maculati, quãdo ad nos atq; ad ecclesiam quæ una est, uenerint baptizari oportere, eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum spiritum sanctum, nisi & ecclesiæ accipiãt baptismum. Tunc enim demum plenè sanctificari, & esse filij dei possunt, si sacramento utroq; nascantur, cũ scriptum sit: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnum dei. Inuenimus etiam in Actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum, & salutaris fidei ueritate seruatum, ut cum in domo Cornelij centurionis super ethnicos qui ibi aderant, fidei calore feruentes, & in dominũ toto corde credẽtes, descẽdisset spiritus sanctus, quo adimpleti uarijs linguis deum benedicerent, nihilominus tamẽ beatum apostolum Petrum diuini præcepti atque euangelij memorem præcepisse, ut baptizarentur illi ijdem, qui iam fuerant sancto spiritu pleni, ut nihil prætermissum uideretur, quo minus per omnia diuini præcepti atque euangelij lege apostolica magisteria seruarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quenq; apud eos qui CHRISTO aduersantur, per gratiã CHRISTI posse proficere

Ioan. 3.
Act. 2.

proficere, diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum colle
gam nostrum in Mauritania constitutum, super ea re scripta est: Item in li-
teris quas collegæ nostri ad episcopos in Numidia præsidentes ante fece-
runt, cuius utriusque epistolæ exempla subdidi. Addimus planè & adiun-
gimus frater charissime consensu & autoritate cõmuni, ut etiã si qui præsby
teri aut diaconi, qui uel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & post-
modum perfidi aut rebelles contra ecclesiam steterint, uel apud hæreticos à
pseudoepiscopis & antichristis contra CHRISTI dispositionem profana or
dinatione promoti sint, & contra altare unum atque diuinum sacrificia fo-
ris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cũ
reuertuntur, ut communicent laici, & satis habeãt quod admittuntur ad pa
cem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos reuertentes ea apud nos or-
dinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint. Opor
tet enim sacerdotes & ministros qui altari & sacrificijs deseruiunt, integros
atque immaculatos esse, cum dominus in Leuitico loquatur: Homo in quo *Leuit. 21.*
fuerit macula & uitium, non accedat offerre dona deo. Item in Exodo hæc
eadem præcipiat & dicat: Sacerdotes qui accedunt ad dominum deum san
ctificentur, ne forte derelinquat illos dominus. Et iterum: Et cũ accedunt mi
nistrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur. Quod
autem maius potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quàm aduer
sus CHRISTVM stetisse, quàm ecclesiam eius quam ille sanguine suo para
uit & condidit, dissipasse? quàm euangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, cõ
tra unanimem & concordẽ dei populum hostilis discordiæ furore pugnas-
se? Qui & si ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos &
secum reuocare non possunt, qui ab eis seducti & foris morte præuẽti, extra
ecclesiam sine communicatione & pace perierunt, quorum animæ in die iu-
dicij de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis autores & duces exti
terunt. Et idcirco satis est talibus reuertentibus ueniam dari, non tamen de-
bent in domo fidei perfidia promoueri. Nam quid bonis & innocentibus,
atque ab ecclesia non recedentibus reseruamus, si eos qui à nobis recesserint
& contra ecclesiam steterint honoramus? Hæc ad conscientiam tuam frater
charissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus,
credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei ueritate placere, quæ & religi-
osa pariter & uera sunt. Cæterum scimus quosdam quod semel imbiberint *Quod semel imbibimꝰ difficulter deponimus.*
nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed saluo inter collegas
pacis & concordiæ uinculo quædam propria, quæ apud se semel sint usur-
pata retinere. Qua in re nec nos uim cuiquam facimus, aut legem damus,
cum habeat in ecclesiæ administratione uoluntatis suæ arbitrium liberum *Vnusquisq; rationem sui actus redditurus.*
unusquisque præpositus rationem actus sui domino redditurus. Opto te
frater charissime semper bene ualere.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Cæcilij Cypriani epiſtola ad Donatum, in qua qualiter ſua conuerſio fuerit enarrat, & ſancti ſpiritus uires commemorans, mundiq; laqueos declarans ac damna, hortatur ad placidam & fidem quietam.

Epiſtola II.

CAECILIVS CYPRIANVS DONATO SALVTEM.

BEne admones Donate chariſſime. Nam & promiſiſſe me memini, & reddendi tempeſtiuum prorſus hoc tempus eſt, quo indulgẽte uindemia ſolutus animus in quietem ſolennes ac ſtatas anni fatigantis inducias ſortiatur. Locus etiam cum die conuenit, & mulcendis ſenſibus ac fouendis ad lenes auras blandientis autumni, ortorum facies amena conſentit. Hic iucundum ſermonibus diem ducere, & ſtudentibus fabulis in diuina præcepta conſcientiam pectoris erudire, ac ne eloquium noſtrum arbiter profanus impediat, aut clamor intemperans familiæ ſtrepentis obtundat, petamus hanc ſedem. Dant receſſum uicina ſecreta, ubi dum erratici palmitum lapſus nexibus pendulis per arundines baiulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fecerũt. Bene hic ſtudia in aures damus, & dum in arbores & uites quas uidemus, oblectante proſpectu, oculos amœnamus, animã ſimul & auditus inſtruit, & paſcit obtutus. Quanquam tibi ſola nunc gratia, ſola cura ſermonis eſt. Contemptis uoluptariæ uiſionis illecebris in me oculus tuus fixus eſt, tam ore quàm mẽte totus auditor es, & hoc amore quo diligis. Cæterum quale uel quantum eſt, quod in pectus tuum ueniat ex nobis? Exilis ingenij angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fœcundi ceſpitis culminibus ingraueſcit. Aggrediar tamen facultate qua ualeo. Nam & materia dicendi facit mecum. In iudicij contentione pro Roſtris opulenta facundia uolubili ambitione iactetur, cum de domino & de deo uox eſt uocis pura ſynceritas, non eloquentiæ uiribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. Deniq; accipe nõ diſerta, ſed fortia. Nec ad audientiæ popularis illecebram culto ſermone fucata, ſed ad diuinam indulgentiam prædicandam rudi ueritate ſimplicia. Accipe quod ſentitur anteq; diſcitur. Nec per moras temporum longa agnitione colligitur, ſed compendio gratiæ maturãtis hauritur. Ego cum in tenebris atq; in nocte cæca iacerem, cumq; in ſalo iactantis ſeculi nutabundus ac dubius ueſtigijs oberrãtibus fluctuarem, uitæ meæ neſcius, ueritatis ac lucis alienus, difficile prorſus ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in ſalutem mihi diuina indulgẽtia pollicebatur, ut quis renaſci denuo poſſet, utq; in nouam uitã lauacro aquæ ſalutaris animatus, quod prius fuerat exponeret: corporis licet manente compage, hominẽ animo ac mẽte mutaret. Qui impoſſibilis aiebam tanta conuerſio eſt, ut repente ac perniciter exuat, quod uel geminũ ſitu materiæ naturalis obduruit, uel uſurpatum

Seceſſus ſtudioſis aptus.

Vitea porticus.

Simplex de deo ſermo non fucatus.

Renaſci poſſe miratus Cyprianus.

usurpatum diu senio uetustatis inoleuit. Alta hæc & profunda penitus radi
ce sederunt, quando parsimoniã discit, qui epularibus cœnis, & largis dapi/
bus assueuit? Et qui preciosa ueste conspicuus in auro atq; in purpura fulsit,
ad plebeium se ac simplicem cultũ quãdo deponit? Fascibus ille oblectatus
& honoribus esse priuatus & inglorius nõ potest. Hic stipatus clientum cu/
neis, & frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus pœnã putat es/
se cum solus est. Tenacibus semper illecebris necesse est (ut solebat) uinolen
tia inuitet, inflet superbia, iracundia inflãmet, rapacitas inquietet, crudelitas
stimulet, ambitio delectet, libido præcipitet. Hæc egomet sæpe mecum. Nã
ut ipse cũ plurimis uitæ prioris horroribus implicatus tenebar, quibus exui
me posse non crederem, sic uitijs adhærentibus obsecundans eram, despera
tione meliorum malis meis uelut iã propriis ac uernaculis affauebam. Sed
post cũ unde genitalis auxilio superioris æui labe detersa, in expiatũ pectus ac purum deluper se lumen infudit. Post cũ cœlitus spiritu hausto in nouũ me hominem natiuitas secunda reparauit, mirum in modũ protinus confir
mare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatẽ dare, quod prius dif/
ficile uidebatur, geri posse, quod impossibile putabat, ut esset agnoscere ter/
renum fuisse, quod prius carnaliter natũ delictis obnoxium uixisset. Dei es/
se cœpisse, quod iã spiritus sanctus animaret. Scis ipse profecto & mecũ pa
riter recognoscis, quid detraxerit nobis, quidúe contulerit mors ista crimi/
num, uita uirtutũ. Scis ipse, nec prædico in proprias laudes. Ociosa iactatio
est, cũ uis non iactatum possit esse, sed gratũ, quicquid non uirtuti hominis
ascribitur, sed de dei munere prædicatur, ut iam non peccare esse cœperit fi
dei, quod ante peccatũ est, fuerit erroris humani. Dei est, inquã, dei est oñe quod possumus: inde uiuimus, inde pollemus, inde sumpto & concepto ui
gore, hic adhuc positi futurorũ indicia prænoscimus. Sit tantũ timor in no/
bis innocentiæ custos, ut quod in mentes nostras indulgentiæ cœlestis alla/
psu clementer dominus influxit, in animi oblectantis hospitio iusta ope/
ratione teneatur, nec accepta securitas indiligentiam pariat, & uetus de/
nuo hostis obrepat. Cæterũ si tu innocentiæ, si iusticiæ uiam teneas illapsa
firmitate uestigij tui: si autem in deum uiribus totis ac toto corde suspẽsus,
hoc sis tantum quod esse cœpisti, tantũ tibi ad licentiam datur, quantũ gra/
tiæ spiritalis augetur. Non enim (qui beneficiorũ terrestrium mos est) in ca/
pessendo munere cœlesti mensura ulla uel modus est, profluens largiter spi
ritus nullis finibus premitur, nec coërcentibus claustris intra certa metarũ
spacia refrenatur. Manat iugiter, exuberat affluenter, nostrũ tantũ sitiat pe
ctus & pateat. Quantũ illuc fidei capacis afferimus, tantũ inde gratiæ inun
dantis haurimus. Inde iam facultas datur castitate sobria, mente integra,
uirtute syncera, uoce pura, in medulla adolescentium posse uenenorũ uirus
extinguere, animorum desipientium labes sanitate purgare, infestis iubere

Renatus Cy/prianus nubẽ exuit.

Dei est quod possumus.

Cœlestis mu/neris nulla mẽ/sura.

pacem

pacem,uiolentis quietem,ferocientibus lenitatẽ,immundos & erraticos ſpiritus,qui ſe expugnandis hominibus immerſerint,ad cõfeſſionem minis increpantibus cogere ut recedant,duris uerberibus urgere,conflictantes,eiulantes,gementes,incremento pœnæ propagantis extendere,flagris cedere, igne torrere,res illic geritur,nec uidetur: occulta plaga,ſed pœna manifeſta. Ita quod eſſe iam cœpimus,acceptus ſpiritus licentia ſua potitur, ſed quod nec dum corpus ac membra mutauimus,adhuc carnalis aſpectus ſeculi nube cæcatur. Quantus hic animi potentatus eſt,quanta uis eſt, non tantum ipſum eſſe ſubtractum pernicioſis contactibus mundi, ut quis expiatus & purus nulla incurſantis inimici labe capiatur,ſed adhuc maiorem & fortiorem uiribus fieri,ut in omnem aduerſarij graſſantis exercitum,imperioſo iure dominetur? Atq; ut illuſtrius ueritate patefacta diuini muneris indicia clareſcant,lucem tibi ad cognitionem dabo, & malorum blandientium caligine abſterſa, operti ſeculi tenebras reuelabo, pauliſper te crede ſubduci in montis ardui uerticem celſiorem. Speculare inde rerum infra te iacẽtium facies,& oculis in diuerſa porrectis,ipſe à terrenis contactibus liber fluctuantis mundi turbines intuere. Iam ſeculi & ipſe miſereberis, tuiq; admonitus & plus in deum gratus maiore lætitia quod euaſeris,gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clauſa: maria obſeſſa prædonibus, cruento horrore caſtrorum bella ubique diuiſa. Madet orbis mutuo ſanguine,& homicidium cum admittunt ſinguli crimen eſt,uirtus uocatur cum publice geritur. Impunitatem ſceleribus acquirit non innocentiæ ratio, ſed ſæuitiæ magnitudo. Iam ſi ad urbes ipſas oculos tuos atque ora conuertas, celebritatem offendas omni ſolitudine triſtiorem. Paratur gladiatorius ludus, ut libidinẽ crudelium luminum ſanguis oblectet. Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus,& à ruina aſſidui nidoris membrorum moles robuſta pingueſcit,ut ſaginatus in pœnam charius pereat. Homo occiditur in hominis uoluptatẽ, & ut quis poſſit occidere peritia eſt, uſus eſt,ars eſt. Scelus non tantum geritur,ſed docetur. Quid poteſt inhumanius? quid acerbius dici? diſciplina eſt, ut perimere quis poſſit, & gloria eſt, quod peremit. Quid illud oro te, quale eſt,ubi ſe feris obiiciunt, quos nemo damnauit? Aetate integra, honeſta ſatis forma,ueſte precioſa uiuentes in ultroneum funus ornantur. malis ſuis miſeri gloriantur: pugnant ad beſtias, non crimine,ſed furore. Spectant filios ſuos patres. Frater in cauea,& ſoror præſto eſt, & ſpectaculi licet precium largior muneris apparatus amplificet, ut mœroribus ſuis mater interſit. Hoc proh dolor mater & redimit in tam impijs ſpectaculis, tamque diris ſceleribus eſſe ſe non putant oculis parricidas. Conuerte hinc uultus ad diuerſi ſpectaculi non minus pœnitenda contagia, in theatris quoque conſpicies, quod tibi & dolori ſit & pudori. Cothurnus eſt tragicus priſca facinora carmine recenſere. De parricidis & inceſtis horror antiquus

Animi expiati potentia.

Mundi turbines & pericula.

Cothurni tragici mala.

quus, expreſſa ad imaginem ueritatis actione replicatur, ne ſeculis tranſeuntibus exoleſcat, quod aliquando commiſſum eſt. Admonetur omnis ætas auditu fieri poſſe, quod aliquando factum eſt. Nunquam æui ſenio delicta moriuntur, nunquam crimen temporibus obruitur, nunquam ſceleris obliuione ſepelitur. Exempla fiunt, quæ iam eſſe facinora deſtiterunt. Tunc delectat in mimis turpitudinum magiſterio uel quid domi geſſerit, recognoſcere, uel quid gerere poſſit, audire. Adulterium diſcitur dum uidetur & lenocinante ad uitia publicæ autoritatis malo, quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculũ matrona proceſſerat, de ſpectaculo reuertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta uitiorum, hiſtrionicis geſtibus inquinari? uidere contra fœdus iuſq; naſcendi patientiam inceſtæ turpitudinis elaboratam? Euirãtur mares, omnis honor & uigor ſexus eneruati corporis dedecore emollitur, pluſq; illic placet quiſquis uirum in fœminam magis fregerit. In laudem creſcit ex crimine, & eo peritior quo turpior iudicatur. Spectatur hic proh nefas, & libẽter. Quid non poteſt ſuadere qui talis eſt? Mouet ſenſus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem, nec deeſt probri blandientis autoritas, ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat. Exprimunt impudicã Venerem, adulterum Martem, Iouem illũ ſuum, non magis regno q̃ uitijs principem, in terrenos amores cum ipſis ſuis fulminibus ardẽtem: nunc in plumas oloris *flaueſcere, nunc aureo hymbre defluere, nunc in puerorũ pubeſcentium raptus miniſtris auibus proſilire. Quære iam nũc an poſſit eſſe qui ſpectat, integer uel pudicus, cũ deos ſuos quos uenerãtur imitantur. Fiunt miſeris & delicta religioſa. O ſi & poſſis in illa ſublimi ſpecula conſtitutus oculos tuos inſerere ſecretis, recludere cubiculorũ obductas fores, & ad conſcientiam luminũ penetralia occulta reſerare, aſpicias ab impudicis geri, quod nec poſſit aſpicere frons pudica. Videas quod crimẽ ſit & uidere: uideas quod uitiorũ furore gementes geſſiſſe ſe negant, & gerere feſtinant: libidinibus inſanis in uiros uiri proruũt. Fiunt quæ nec ipſis, nec illis poſſunt placere, qui faciunt. Mentior niſi alios, qui talis eſt, increpat, turpis turpes infamat, & euaſiſſe ſe conſciũ credit, quaſi conſciẽtia ſatis non ſit. Iidẽ in publico accuſatores, in occulto rei, in ſemetipſos cenſores pariter & nocentes. Damnant foris, quod intus operantur. Admittunt libenter, quod cum admiſerint, criminãtur. Audacia prorſus conuicijs *faciens, & impudentia cõgruens impudicis. Nolo mireris quæ loquuntur huiuſmodi ore illo polluto. Quicquid iã uoce delinquitur, minus eſt. Sed tibi poſt inſidioſas uias, poſt diſperſas orbe toto multiplices pugnas, poſt ſpectacula uel cruẽta, uel turpia, poſt libidinũ probra, uel lupanaribus proſtituta, uel domeſticis parietibus obſepta, quorũ quo ſecretior culpa, maior audacia eſt. Forum fortaſſe uideat̃ immune, qd̃ ab iniurijs laceſſentibus liberũ nullis malorũ cõtactibus polluat̃.

Hiſtrionicis geſtibus inquinãtur omnia.

Aliàs *albeſcere.*

Aliàs *fauẽs

Illuc

Illuc aciem tuam flecte. Plura illic quæ deteſteris inuenies, magis oculos tuos inde diuertes. Inciſæ ſint licet leges duodecim tabulis, & publico ære præfixo iura præſcripta ſint, inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur. Innocentia nec illic ubi defenditur, reſeruatur. Sæuit inuicem diſcordantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit inſanum, haſta illic & gladius, & carnifex præſto eſt, ungula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus unum ſupplicia plura & membra ſunt. Quis inter hæc uero ſubueniat? patronus? ſed præuaricatur & decipit. Iudex? ſed ſententiam uendit, qui ſedet crimina uindicaturus admittit, & ut reus innocens pereat, fit nocens iudex. Flagrãt ubiq; delicta, & paſſim multiformi genere peccandi per improbas mentes nocens uirus operatur. Hic teſtamentum ſubiicit: ille falſum capitali fraude conſcribit: hic arcẽtur hæreditatibus liberi: illic bonis donantur alieni. Inimicus inſimulat, calumniator impugnat, teſtis infamat, utrobiq; graſſatur in mendacium criminum proſtitutæ uocis uenalis audacia, cum interim nocẽtes nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus eſt: de quæſtore, de iudice pauor nullus: quod poteſt redimi, non timetur: eſſe iam inter nocentes innoxium, crimen eſt: malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cœpit eſſe licitum quod publicum eſt. Quis illic rerũ pudor? quæ eſſe poſſit integritas? ubi qui damnent improbos deſunt? ſoli ibi qui damnentur occurrunt? Sed ne nos uideamur eligere fortaſſe peiora, & ſtudio deſtruendi per ea oculos tuos ducere, quorum triſtis atq; auerſandus aſpectus ora & uultus conſciẽtiæ melioris offendat, iam tibi illa quæ ignorantia ſecularis bona opinatur, oſtendam. Illic etiam fugienda conſpicies: quos honores putas eſſe? quos faſces? quam affluentiam in diuitijs? quam potentiam in caſtris? in magiſtratu purpuræ ſpeciem? in principatu licentiæ poteſtatem? malorum blandiẽtium uirus occultum eſt, & arridentis nequitiæ facies quidem læta. Sed calamitatis abſtruſæ illecebroſa fallacia, inſtar quoddam ueneni, ubi in lethales ſuccos dulcedine aſperſa calliditate fallendi, ſapore medicato poculum uidetur eſſe quod ſumitur. Vbi epotata res eſt, pernicies hauſta graſſatur. Quippe illum uides, qui amictu clariore conſpicuus fulgere ſibi uidetur in purpura. Quibus hoc ſordibus emit, ut fulgeat? quos arrogãtium faſtus prius pertulit? quas ſuperbas fores matutinus ſalutator obſedit? quot tumentium contumelioſa ueſtigia ſtipatus, dientium cuneis ante præceſſit? ut ipſum etiam ſalutantum comes poſtmodum pompa præcederet, obnoxia non homini ſed poteſtati. Neq; enim moribus coli meruit ille, ſed faſcibus. Horum deniq; uideas exitus turpes: cum anceps temporum palpator abſceſſerit, cum priuati latus nudum deſertor aſſecla fœdauerit, tunc laceratæ domus plagæ conſcientiam feriunt, tunc rei familiaris exhauſta damna cognoſcuntur, quibus redemptus fauor uulgi, & caducis atque inanibus uotis

popularis

Inciſæ leges negliguntur.

Patronus præuaricator.

Iudex uenalis.

Legibus nulli honor.

Ignorãtiæ bona opinata.

Anceps temporũ palpator

populáris aura quæsita est. Stulta prorsus & uana iactura frustrantis spectaculi uoluptatem id parare uoluisse, quod nec populus acciperet, & perderet magistratus. Sed & quos diuites opinaris continuantes saltibus saltus, & de confinio pauperibus exclusis infinita ac sine termino rura latius porrigentes, quibus argẽti & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium uel extructi aggeres, uel defossæ strues, hos etiam inter diuitias suas trepidos cogitationis incertæ solicitudo discrutiat, ne prædo uastet, ne percussor infestet, ne inimica cuiusq; locupletioris inuidia calumniosis litibus inquietet. Non cibus securus somnusue contingit. Suspirat ille in conuiuio bibat licet gemma, & cum epulis marcidum corpus thorus mollior alto sinu condiderit, uigilat in pluma. Nec intelligit miser speciosa esse sibi supplicia: aure se alligatum teneri, & possideri magis q̃ possidere diuitias. Atq; ô detestabilis cæcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo, cum exonerare se possit, & releuare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit penalibus cumulis pertinaciter adhærere. Nulla in dientes inde largitio est, cum indigentibus fit nulla partitio, & pecuniam suã dicunt, quã uelut alienã domi clausam solicito labore custodiunt. Ex qua non amicis, non liberis quicq̃, non sibi deniq; ipsis impartiunt. Possident ad hoc tantum, ne possidere alteri liceat. Et ô nominum quanta diuersitas, bona appellant, ex quibus nullus illis (nisi ad res malas) usus est. An putas uel illos tutos saltem inter *bonorum insulas & opes largas stabili firmitate securos, quos regalis aulæ splendore fulgentes armorum excubantium tutela circunstat? Maior illis q̃ cæteris metus est: tam ille timere cogitur, quàm timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore sublimitas. Sit licet satellitum manu septus, & clausum ac protectum latus numeroso stipatore tueatur, q̃ securos non sinit esse subiectos, tam necesse est ut non sit & ipse securus. Ante ipsos terret potestas sua, quos facit esse terribiles. Arridet, ut sæuiat: blanditur, ut fallat: illicit, ut occidat: extollit, ut deprimat. Fœnore quodã nocendi q̃ fuerit amplior summa dignitatis & honorũ, tã maior exigitur & usura pœnarũ. Vna igitur placida & fida tranquillitas. Vna solida, & firma, & perpetua securitas, si quis ab his inquietantis seculi turbinibus extractus salutaris portus statione fundatus, ad cœlum oculos tollit à terris, & ad domini munus admissus, ac deo suo mente iam proximus, quicquid apud cæteros in rebus humanis sublime ac magnum uidetur intra suam conscientiam iacere gloriatur. Nihil appetere, iam nihil desyderare de seculo potest qui seculo maior est. Quàm stabilis, q̃ inconcussa tutela est, q̃ perennibus bonis cœleste præsidium implicantis mundi laqueis solui, in lucem immortalitatis eternæ de terrena fece purgari, uiderit quæ in nos prius infestantis inimici pernicies insidiosa grassata sit, plus amare compellimur, quod futuri sumus, dum & scire conceditur, & damnare quod eramus. Nec ad hoc precijs aut ambitu,

Aura popularis.

Diuites discrutiat solicitudo

Auro alligantur diuites.

Cæcitas diuitum.

Quærit & inuentis miser abstinet & timet uti.

*Aliàs *honorũ insulas.*

Regib⁹ anxietas & metus.

Timere cogit⁹ qui timetur.

Deo proxim⁹ nihil terrenum appetit.

aut manu opus est, ut hominis summa uel dignitas, uel potestas elaborata mole pariatur, sed gratuitum de deo munus, religiosa mente concipitur, & facile est, & ut sponte sol radiat, dies illuminat, fons rigat, hymber irrorat, ita se spiritus cœlestis infundit, postquam autorem suum cœlum intuiens diuina cognouit, sole altior est, ac omni terrena potestate sublimior, id esse incipit quod esse se credit. Tu tantum quem iam spiritalibus castris cœlestis militia signauit, tene incorruptam, tene sobriam religiosis uirtutibus disciplinam. Sit tibi uel oratio assidua, uel lectio: nunc cum deo loquere, nunc deus tecum: ille te præceptis suis instruat, ille disponat: quem ille diuitem fecerit, nemo pauperem faciet. Penuria esse nulla iam poterit, cum semel pectus cœlestis sagina saturauerit. Iam tibi auro distincta laquearia, & precioſi marmoris crustis uestita domicilia sordebunt. Cum scieris te esse excolendum magis, te potius ornandum, domum tibi hanc esse potiorem, quam dominus insedit templi uice, in qua spiritus sanctus cœpit habitare. Pingamus hanc domum, pingamus innocentiæ, luminemus luce iustitiæ. Non hæc unquam procumbet in lapsum senio uetustatis, nec pigmento parietis aut auro exolescente fœdabitur. Caduca sunt quæcunque fucata sunt, nec fiduciam præbent possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent ueritatem. Hoc manet cultu iugiter uiuido, honore integro, splendore diuturno, aboleri non potest nec extingui, potest tantum in melius corpore redeunte formari. Hæc interim breuibus Donate chariſſime, nam & si facilem de bonitate patientiam, mentem in deum solidam, fidem tutam salutaris auditus oblectat. Nihilq; tam tuis auribus gratum est, q; quod in deo gratum est, moderari tamen dicenda debemus simul iuncti, & sæpius locuturi. Et quoniam feriata nunc quies ac tempus est ociosum, quic quid inclinante iam sole in uesperam diei supereſt. ducamus hunc diem læti, nec sit uel hora conuiuij gratiæ cœlestis immunis. Sonet psalmus conuiuium sobrium, ut tibi tenax memoria est, uox canora, aggredere hoc munus ex more. Magis chariſſimos pasces si sit nobis spiritalis auditio, prolectet auris religiosa mulcedo.

Assidua lectio uel oratio

Caduca omnia fucata.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Epistola beati Cypriani ad Cæcilium de sacramento dominici calicis, docens per multas patrum ueteris testamenti similitudines & prophetarum testimonia hoc ante fuisse significatum. Nec calicem cum aqua sine uino recte offerri, nec uinum absq; aqua iuxta CHRISTI traditionem consecrari posse.

Epistola

Epistola III.

CYPRIANVS CAECILIO FRATRI SALVTEM.

QVanq; sciam frater charissime episcopos plurimos ecclesijs dominicis in toto mundo diuina dignatione præpositos euangelicæ ueritatis ac dominicæ traditionis tenere rationem, nec ab eo quod CHRISTVS magister & præcepit & gessit, humana & nouella institutione decedere, tamen quoniam quidam uel ignoranter, uel simpliciter in calice dominico sanctificando, & plebi ministrando nõ hoc faciunt, quod IESVS CHRISTVS dominus & deus noster sacrificij huius autor & doctor fecit & docuit: religiosum pariter ac necessarium duxi de hoc ad te literas facere, ut si quis in isto errore adhuc tenebatur, ueritatis luce perspecta ad radicẽ atq; originem traditionis dominicæ reuertatur. Nec hoc putes frater charissime nostra & humana mente conscribere, aut ultronea uoluntate hoc nobis audaciter assumere, cum mediocritatem nostram semper humili & uerecunda moderatione teneamus. Sed quando aliquid deo inspirante & mandante præcipitur, necesse est domino seruus fidelis obtemperet, excusatus apud omnes quod nihil sibi arroganter assumat, qui offensam domini timere cõpellitur, nisi faciat quod iubetur. Admonitos autem nos scias, ut in calice offerendo dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat à nobis, q̃ quod pro nobis dominus prior fecit. Vt calix qui in cõmemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur. Nam cum dicat CHRISTVS ego sum uitis uera, sanguis CHRISTI non aqua est utiq;, sed uinũ. Nec potest uideri sanguis eius, quo redempti & uiuificati sumus esse in calice, quando uinũ desit calici, quo CHRISTI sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio prædicatur. Inuenimus enim & in Genesi sacramentũ circa Noë hoc idem præcucurrisse, & figurã dominicæ passionis illic extitisse, quod uinum bibit, quod inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, quod fuit recubans nudis & patentibus femoribus, quod nuditas illa patris à medio filio denotata est, & foras nunciata, à duobus uero maiore & minore contecta. Et cætera quæ necesse non est exequi, cum satis sit hoc solum complecti, quod Noe typum futuræ ueritatis ostendens, non aquam sed uinũ biberit, & sic imaginem dominicæ passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentũ præfiguratum uidemus, secundũ quod scriptura diuina testatur & dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panẽ & uinum. Fuit autem sacerdos dei summi & benedixit Abraam. Quod autem Melchisedech typum CHRISTI portaret, declarat spiritus sanctus in psalmis ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum generaui te. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo utiq; hic est de sacrificio illo ueniẽs & in-

Gene. 9. Figura dominicæ passionis

Melchisedech typus dominici sacramenti. Gene. 14.

Psal. 109.

de descendēs, quod Melchisedech sacerdos dei summi fuit, quod panem & uinum obtulit, quod Abraam benedixit. Nā qui magis sacerdos dei summi q̄ dominus noster IESVS CHRISTVS qui sacrificiū deo patri obtulit. Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panē & uinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Et circa Abraham benedictio illa præcedēs, ad nostrum populū pertinebat. Nam si Abraham deo credidit, & deputatum est ei ad iustitiam, utiq; quisquis deo credit & fide uiuit, iustus inuenitur, & iam pridē in Abraham fideli benedictus & iustificatus ostenditur, sicut beatus Paulus apostolus probat dicens: Credidit Abraham deo, & deputatū est ei ad iusticiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Præuidens autem scriptura quia ex fide iustificat deus gentes, prænunciauit Abrahæ, quia benedicent in illo omnes gētes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham: unde in euang. inuenimus de lapidibus excitari, id est, de gentibus colligi filios Abrahæ. Et cū Zachæū laudaret dominus, respondit & dixit: Salus hodie domui huic facta est, quia & hic filius est Abrahæ. Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotē benedictio circa Abraham posset rite celebrari, præcedit ante imago sacrificij in pane & uino scilicet constituta. Quā rē perficiens & adimplens dominus panē & calicē mixtum uino obtulit, & qui est plenitudo ueritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem spiritus sanctus typum dominici sacrificij præmōstrat immolatæ hostiæ panis & uini, sed & altaris & apostolorū faciens mentionem. Sapientia, inquit, ædificauit sibi domum, & subdidit columnas septem. Mactauit suas hostias, miscuit in cratere uinum suum & parauit mensam suā. Et misit seruos suos conuocās cū excelsa prædicatione ad craterem dicēs: Qui est insipiens declinet ad me. & indigentibus sensu dixit: Venite & edite de meis panibus, & bibite uinum quod miscui uobis. Vinum mixtū declarat: id est, calicē domini aqua & uino mixtum prophetica uoce denunciat, ut appareat in passione dominica id esse gestū quod fuerat prædictū. In benedictiōe quoq; Iudæ hoc idē significatur, ubi & illic CHRISTI figura exprimitur, quod à fratribus suis laudari & adorari haberet, qd' inimicorum dorsa cedentium atq; fugientium manibus, quibus crucē pertulit & mortem uicit, compressurus fuisset, quodq; ipse sit leo de tribu Iuda, & recubet dormiens in passione & surgat, & sit ipse spes gentiū, quibus scriptura diuina adiungit & dicit: Lauabit in uino stolam suā, & in sanguine uuæ amictū suum. Quando autē sanguis uuæ dicitur, quid aliud q̄ uinū calicis dominici sanguinis ostenditur? Nec non & apud Esaiam hoc idē & spiritus sanctus de domini passione testat' dicens: Quare rubicunda sunt uestimēta tua, & indumenta tua uelut à calcatione torcularis pleni & percalcati? Numquid rubicunda uestimēta aqua potest facere? aut in torculari aqua est, quæ pedibus calcatur uel prælo exprimit'? Vini utiq; mentio est, & ideo ponitur ut domi-

Galat. 3.
Gene. 26.
Matth. 3.
Luc. 19.
Prouerb. 9.
Gene. 49.
Esa. 63.

ut domini sanguis uino intelligat̃.Et quod in calice dominico postea manifestatũ est,prophetis annũciantibus prædicat̃. Torcularis quoq; calcatio & præssura taxatur,quia quomodo ad potandũ uinũ ueniri nõ potest nisi botrus calcetur ante & prematur, sic nec nos sanguinẽ CHRISTI possemus bibere,nisi CHRISTVS calcatus prius fuisset & pressus, & calicem prior bibe/ret,quem credentibus propinaret.Quotiẽscunq; autem aqua sola in scriptu/ris sanctis nominatur,baptisma prædicatur,ut apud Esaiam significari uide/mus.Nolite,inquit,priorum meminisse,& antiqua nolite reputare.Ecce ego Esa.43.
facio noua,quæ nunc orientur,& cognoscetis,& faciam in deserto uiã,& flu- Figura sacra/
mina in loco inaquoso adaquare genus meum electũ,plebẽ meam quã ac- menti bapti/
quisiui,ut uirtutes meas annunciet.Prænunciauit illic per prophetam deus, smalis.
quod apud gẽtes in locis,quæ inaquosa prius fuissent, flumina postmodũ redundarent,& electum genus dei,id est,per regenerationem baptismi filios dei factos adaquarẽt.Item denuo præcanitur,& ante prædicitur,Iudæos si sitierint,& dominum CHRISTVM quæsierint, apud nos esse potaturos, id est,baptismi gratiam cõsecuturos.Si sitierint,inquit, per deserta adducet Esa.48.
illis aquã,de petra producet illis.Findetur petra & fluet aqua,& bibet plebs mea.Quod in euangelio adimpletur,quãdo CHRISTVS qui est petra,findi/tur ictu lanceæ in passione. Qui & admonens quid per prophetam sit Ioan.6.
ante prædictũ,clamat & dicit:Si quis sitit,ueniat & bibat.Qui credit in me, sicut dicit scriptura,flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.Atq; ut magis possit esse manifestum,quia nõ de calice, sed de baptismo illic loquitur dominus,addidit scriptura dicens:Hoc autem dixit de spiritu,quem accepturi erãt,qui in eum credebant.Per baptisma em̃ spiritus sanctus accipitur,& sic à baptizatis,& spiritum sanctum consecutis ad bibendũ domini calicẽ peruenitur. Neminem autẽ moueat quod cũ de baptismo loquatur scriptura diuina,sitire nos dicit & bibere,quando & dominus in euangelio dicat:Be/ati esurientes & sitientes iusticiam,quia quod auida & sitienti cupiditate su- Luc.6.
scipitur,plenius & uberius hauritur.Sicut & alio loco ad Samaritanã mulierem dominus CHRISTVS loquitur docẽs:Omnis qui biberit ex aqua ista Ioan.4.
sitiet iterum.Qui autem biberit ex aqua quam ego dedero,nõ sitiet in æternũ. Quo & ipso baptisma salutaris aquæ significatur,quod semel scilicet sumitur nec rursus iteratur. Cæterum in ecclesia calix domini semper & sititur & bibitur.Nec argumẽtis plurimis opus est frater charissime, ut probemus appellatione aquæ baptisma significatũ semper esse, & sic nos intelligere debere,cum dominus adueniens baptismi & calicis manifestauerit ueritatem, qui aquam illam fidelẽ,aquam uitæ æternæ præceperit in baptismo dari,calicem uero docuerit exemplo magisterij sui uini & aquæ cõiunctione misceri.Calicem etem̃ sub die passionis accipiens benedixit,& dedit discipulis suis dicens:Bibite ex hoc omnes,hoc est enim sanguis noui testamẽti qui pro Matth.26.

multis effundetur in remissionē peccatorum. Dico uobis nō bibam amodo ex ista creatura uitis usq; in diem illum, quo uobiscū bibam nouum uinum in regno patris mei. Qua in parte inuenimus calicem mixtū fuisse quem dominus obtulit, & uinū fuisse, quod sanguinem suū dixit. Vnde apparet sanguinem CHRISTI nō offerri si desit uinū calici: nec sacrificium dominicū legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio & sacrificium nostrū respōderit passioni. Quomodo autem de creatura uitis nouū uinū cum CHRISTO in regno patris bibemus, si in sacrificio dei patris & CHRISTI uinum nō offerimus? nec calicem domini dominica traditione miscemus? Beatus quoque apostolus Paulus à domino electus & missus, & prædicator euangelicæ ue-
1. Cor. 11. ritatis constitutus, hæc eadē in epistola sua ponit dicens: Dominus IESVS in qua nocte tradebat, accepit panē & gratias egit, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meū quod pro uobis tradetur, hoc facite & uos in meam cōmemorationem. Simili modo & calicē postq̄ cœnatū est accepit dicens: Hic calix nouum testamentū est in meo sanguine. Hoc facite quotiēscunq; biberitis in meam cōmemorationē. Quotiēscunq; enim ederitis panem istū, & calicem biberitis, mortē domini annūciabitis quoadusq; ueniat. Quod si & à domino præcipitur, & ab apostolo eius hoc idē cōfirmatur & traditur, ut quotiēscunq; biberimus, in cōmemorationē domini hoc faciamus, quod fecit & dominus, inuenimur nō obseruari à nobis quod mandatū est, nisi eadem quæ dominus fecit nos quoq; faciamus. Et calicē pari ratione miscentes à diuino magisterio nō recedamus. Ab euāgelicis autē præceptis omnino recedendū non esse, & eadē quæ magister docuit & fecit, discipulos quoq; obseruare & facere debere cōstantius & fortius, alio in loco beatus apostolus docet dicēs:
Galat. 1. Miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui uos uocauit in gratiā, ad aliud euangeliū, quod nō est aliud, nisi sunt aliqui qui uos turbant, & uolūt cōuertere euangeliū CHRISTI. Sed licet nos aut angelus de cœlo aliter annūciet, præterq̄ quod annunciauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus & nunc iterū dico: Si quis uobis annunciauerit præter q̄ qd' accepistis, anathema sit. Cum ergo neq; ipse apostolus, neq; angelus de cœlo annunciare posset aliter aut docere, præter q̄ qd' semel CHRISTVS docuit, & apostoli eius annunciauerunt, miror satis unde hoc usurpatū sit, ut cōtra euangelicā & apostolicam disciplinam quibusdā in locis aqua offeratur in dominico calice, quæ sola CHRISTI sanguinem nō possit exprimere. Cuius rei sacramē tum nec in psalmis tacet spiritus sanctus, faciens mentionē dominici calicis
Psal. 22. & dicens: Calix tuus inebrians perq̄ optimus. Calix aūt qui inebriat, utiq; uino mixtus est. Neq; enim aqua inebriare quēq; potest. Sic autem calix dominicus inebriat, ut & Noë in Genesi uinum bibens inebriatus est. Sed quia ebrietas dominici calicis & sanguinis nō est talis, qualis est ebrietas uini secularis, cum diceret spiritus sanctus in psalmo: Calix tuus inebrians, ad-

didit

didit perq̃ optimus, quod scilicet calix dominicus sic bibentes inebriat, ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritalem sapientiam redigat, ut à sopore isto seculari ad intellectum dei unusquisque resipiscat, & quemadmodum uino isto communi mens soluitur, & anima relaxatur, & tristicia omnis exponitur: ita & potato sanguine domini & poculo salutari exponatur memoria ueteris hominis, & fiat obliuio cõuersationis pristinæ secularis, & mœstum pectus ac triste, quod prius peccatis angentibus præmebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia resoluatur. Quod tunc demum potest lætificare in ecclesia domini bibentem, si quod bibitur dominicam teneat ueritatem. Quàm uero peruersum est, quamq; contrarium, ut cum dominus in nuptijs de aqua uinum fecerit, nos de uino aquam faciamus, cum sacramentum quoque rei illius admonere & instruere nos debeat, ut in sacrificijs dominicis uinum potius offeramus. Nam quia apud Iudæos defecerat gratia spiritalis, defecit & uinum. Vinea enim domini sabaoth domus erat Israël, CHRISTVS autem docens & ostendens gentium populum succedere, & in locum quem Iudæi perdiderãt, nos postmodum merito fidei peruenire, de aqua uinum fecit, id est, quod ad nuptias CHRISTI & ecclesiæ Iudæis cessantibus plebs magis gentium conflueret & conueniret, ostendit. Aquas nanque populos significare in Apocalypsi scriptura diuina declarat dicens: Aquæ quas uidisti, super quas sedet meretrix illa populi, & turbæ & gentes ethnicorum & linguæ. Quod scilicet perspicimus & in sacramento dominici calicis continetur. Nam quia nos omnes portabat CHRISTVS, qui & peccata nostra portabat, uidemus in aqua populum intelligi, in uino ostendi sanguinem CHRISTI. Quando autem in calice uino aqua miscetur, CHRISTO populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & uini sic miscetur in calice domini, ut commixtio illa non possit abinuicem separari. Vnde ecclesiam, id est, plebem in ecclesia constitutam fideliter & firmiter in eo quod credidit, perseuerantem, nulla res separare poterit à CHRISTO quo minus hæreat semper & maneat * in diuina dilectione. Sic autem in sanctificando calice domini offerri aqua sola nõ potest, quomodo nec uinum solum potest. Nam si uinum tãtum quis offerat, sanguis CHRISTI incipit esse sine nobis. Si uero aqua sit sola, plebs incipit esse sine CHRISTO. Quando autem utrunq; miscetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulatur, tunc sacramentũ spiritale & cœleste perficitur. Sic uero calix domini nõ est aqua sola, aut uinũ solum, nisi utrunq; sibi misceatur, quomodo nec corpus domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrunq; adunatum fuerit & copulatũ, & panis unius compage solidatũ. Quo & ipso sacramento populus noster ostenditur adunatus, ut quẽadmodũ grana multa in unũ collecta, & cõmolita, & cõmixta, panẽ unũ faciũt, sic in CHRISTO q̃ est panis cœlestis unũ sciamus esse

Ioan. 2.

Apoca. 17.

Alias * indiuidua.

corpus,cui coniunctus sit noster numerus & adunatus. Non est ergo frater chariſſime quod aliquis exiſtimet ſequẽdam eſſe quorundã conſuetudinẽ, ſi qui in præteritum in calice dominico aquã ſolam offerendam putauerũt. Quærẽdum eſt enim,ipſi quem ſint ſecuti. Nam ſi in ſacrificio quod CHRISTVS eſt,non niſi CHRISTVS ſequendus eſt,utiq; id nos obaudire & facere oportet,quod CHRISTVS fecit,& quod faciendum eſſe mandauit,cũ

Ioan.15. ipſe in euangelio ſuo dicat:Si feceritis quod mando uobis, iã non dico uos ſeruos,ſed amicos. Et quod CHRISTVS debeat ſolus audiri,pater etiam de

Matth.17. cœlo conteſtatur dicens:Hic eſt filius dilectiſſimus in quo bene ſenſi,ipſum audite. Quare ſi ſolus CHRISTVS audiendus eſt,non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit, ſed quid qui ante omnes eſt, CHRISTVS prior fecerit. Neq; enim hominis conſuetudinẽ ſequi oportet,

Eſa.29. ſed dei ueritatem,cũ per Eſaiam prophetã deus loquatur & dicat: Sine cauſa autem colunt me,mandata & doctrinas hominum docentes. Et iterũ dominus in euangelio hoc idem repetat dicens:Reiſcitis mãdatum dei,ut tra-

Matth.5. ditionem ueſtram ſtatuatis. Sed & alio in loco ponit & dicit: Qui ſoluerit unum ex mandatis iſtis minimis,& ſic docuerit homines,minimus uocabitur in regno cœlorum. Quod ſi nec minima de mãdatis dominicis licet ſoluere,quanto magis tam magna,tam grandia,tam ad ipſum dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis ſacramentum pertinentia fas non eſt infringere? aut in aliud, q̃d quod diuinitus inſtitutum ſit,humana traditiõe mutare? Nã ſi IESVS CHRISTVS dominus & deus noſter ipſe eſt ſummus ſacerdos dei patris,& ſacrificium deo patri ipſe primus obtulit,& hoc fieri in ſui cõmemorationẽ præcepit,utiq; ille ſacerdos uice CHRISTI uere fungitur,qui id quod CHRISTVS fecit,imitatur. Et ſacrificium uerũ & plenũ tũc offert in eccleſia deo patri,ſi ſic incipiat offerre,ſecundũ quod ipſum CHRISTVM uideat obtuliſſe. Cæterũ omnis religionis & ueritatis diſciplina ſubuertitur,niſi id quod ſpiritaliter præcipitur,fideliter reſeruetur,niſi ſi in ſacrificijs matutinis hoc quis uereatur,ne per ſaporem uini redoleat ſanguinem CHRISTI. Sic ergo incipit & à paſſione CHRISTI in perſecutionibus fraternitas retardari,dũ in oblatiõibus diſcit de ſanguine eius & cruore cõfundi. Porrò autẽ dominus in euangelio ſuo dicit: Qui confuſus me fuerit, con-

Galat.1. fundet eũ filius hominis. Et apoſtolus quoq; loquit̃ dicens: Si hominibus placerẽ,CHRISTI ſeruus non eſſem. Quomodo autem poſſumus propter CHRISTVM ſanguinẽ fundere,qui ſanguinẽ CHRISTI erubeſcimus bibere? An illa ſibi aliquis cõtemplatione blãditur,quod & ſi mane aqua ſola offerri uidetur,tamen cũ ad cœnandũ uenimus, mixtũ calicẽ offerimus? Sed cũ cœnamus,ad conuiuiũ noſtrũ plebem conuocare nõ poſſumus,ut ſacra-

An ueſpere an mane ſit celebrandum. menti ueritatẽ fraternitate omni præſente celebremus. At em̃ nõ mane,ſed poſt cœnã mixtũ calicẽ obtulit dominus. Nunquid ergo dominicũ poſt cœnam

nâ celebrare debemus,ut ſic mixtũ calicem frequentandis dominicis offeramus? CHRISTVM offerre oportebat circa ueſperã diei,ut hora ipſa ſacrificij oſtẽderet occaſum & ueſperã mundi,ſicut in Exodo ſcriptũ eſt:Et occidẽt illũ omne uulgus ſynagogæ filiorũ Iſraël ad ueſperam. Et iterũ in pſalmis: Eleuatio manuũ mearum ſacrificium ueſpertinũ. Nos autẽ reſurrectionem domini mane celebramus. Et quia paſſionis eius mẽtionẽ in ſacrificijs omnibus facimus(paſſio eſt enim domini ſacrificiũ quod offerimus) nihil aliud q̃ꝫ quod ille fecit,facere debemus. Scriptura enim dicit:Quotienſcunq; em̃ edetis panem iſtũ,& calicem iſtũ biberitis,mortẽ domini annunciabitis quoadusq; ueniat. Quotienſcunq; ergo calicẽ in cõmemorationẽ domini & paſſionis eius offerimus,id quod conſtat dominũ feciſſe,faciamus. Et ideo frater chariſſime ſi quis de anteceſſoribus noſtris,uel ignorãter, uel ſimpliciter nõ hoc obſeruauit & tenuit,quod nos dominus facere exẽplo & magiſterio ſuo docuit,poteſt ſimplicitati eius de iudulgentia domini uenia cõcedi. Nobis uero nõ poterit ignoſci,qui nũc à domino admoniti & inſtructi ſumus, ut calicẽ dominicũ uino mixtũ,ſecundũ quod dominus obtulit,offeramus. Et de hoc quoq; ad collegas noſtros literas dirigamus,ut ubiq; lex euãgelica & traditio dominica ſeruet̃,& ab eo quod CHRISTVS & docuit & fecit, nõ recedatur. Quæ ultra iã cõtemnere, & in errore priſtino perſeuerare, q̃d aliud eſt q̃ꝫ incurrere in obiurgationẽ domini increpantis in pſalmo & dicẽtis:Ad quid exponis iuſtificationes meas,& aſſumis teſtamentũ meum per os tuũ? Tu autem odiſti diſciplinam,& abieciſti ſermones meos retro. Si uidebas furem cõcurrebas,& inter mechos particulam tuã ponebas. Expone re enim iuſtificationes & teſtamentũ domini,& nõ hoc idem facere quod fecit dominus,quid aliud eſt q̃ꝫ ſermones eius abijcere, & diſciplinam dominicam contemnere? nec terrena ſed ſpiritalia furta & adulteria cõmittere,dũ quis de euangelica ueritate furatur domini noſtri uerba & facta, & corrumpit atq; adulterat præcepta diuina? ſicut apud Heremiam ſcriptũ eſt:Quid eſt,inquit,paleis ad triticũ? propter hoc ecce ego ad prophetas,dicit dominus,qui furantur uerba mea unuſquiſq; à proximo ſuo,& ſeducunt populũ meũ in mendacijs ſuis,& in erroribus ſuis. Item apud eundem alio loco. Et mechata eſt,inquit,lignũ & lapidem,& in his oñibus nõ eſt reuerſa ad me. Quod furtum & adulteriũ ne in nos etiam cadat, cauere ſolicite & timide, ac religioſe obſeruare debemus. Nam ſi ſacerdotes dei & CHRISTI ſumus, non inuenio quẽ magis ſequi, q̃ꝫ deũ & CHRISTVM debeamus,cũ ipſe in euãgelio maxime dicat:Ego ſum lumẽ mũdi. Qui me ſecutus fuerit, nõ ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, CHRISTVM ſequi & præcepta eius obſeruare debemus, quia & ipſe alio in loco mittẽs apoſtolos dixit: Data eſt mihi oñis poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo & docete gẽtes oñes,tingẽtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus

Pſal. 114.

1. Cor. 11.

Pſal. 49.

Hiere. 23.

Ioan. 8.

Matth. 28.

ſpiritus ſancti. Docete eos obſeruare omnia quæcũq; præcepi uobis. Quare ſi in lumine CHRISTI ambulare uolumus, à præceptis eius & monitis non recedamus, agentes gratias, quod dum inſtruit in futurum quid facere debeamus, de præterito ignoſcit quod ſimpliciter errauimus. Et quia iam ſecundus aduentus nobis appropinquat, magis ac magis benigna eius & larga dignatio corda noſtra luce ueritatis illuminat. Religioni igitur noſtræ congruit & timori, & ipſi loco atque officio ſacerdotij noſtri frater chariſſime, in dominico calice miſcendo & offerendo cuſtodire traditionis dominicæ ueritatem, & quod prius apud quoſdã uidetur erratum, domino monente corrigere, ut cum in claritate ſua & maieſtate cœleſti uenire cœperit, inueniat nos tenere quod monuit, obſeruare quod docuit, facere quod fecit. Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Moyſem & Maximum epiſtola, ac cæteros confeſſores de confeſſione eorum, in qua docet quemadmodum per unius anni circulum cuncta ducuntur ad frugem, ſic per annum quo carcerem perpeſſi fuerant, ad æternam illos meſſem ueniſſe.

Epiſtola IIII.

CYPRIANVS MOYSI ET MAXIMO PRAESBYTERIS ET CAETERIS CONFESSORIBVS DILECTISSIMIS FRATRIBVS SALVTEM.

ET cunctos uos pariter & ſingulos repræſentauit affectibus noſtris fratres chariſſimi, Celerinus adueniens fidei ac uirtutis ueſtræ comes & glorioſis cõgreſſoribus dei miles. Vniuerſos uos in illo ueniente cõſpeximus, & cum de charitate circa me ueſtra dulciter ac ſæpe loqueretur, in eius ſermonibus uos audiebamus. Satis ac plurimũ gaudeo, quãdo nobis per tales talia perferuntur. Vobiſcum illic in carcere quodammodo & nos ſumus, diuinæ dignationis hortamenta uobiſcum ſentire nos credimus, qui ſic ueſtris cordibus inhæremus. Honori nos ueſtro charitas indiuidua connectit. Separari dilectionẽ ſpiritus nõ ſinit, uos illic confeſſio, me affectio concludit. Et nos quidẽ ueſtri diebus ac noctibus memores, & quãdo in ſacrificijs precem cũ pluribus facimus, & cũ in ſeceſſu priuatis precibus oramus, coronis ac laudibus ueſtris plenã domini fauentiam poſtulamus. Sed ad reddendã uobis uicem minor eſt noſtra mediocritas. Plus uos datis quãdo noſtri in oratione meminiſtis, qui ſperantes iã ſola cœleſtia & tantũ diuina meditantes, ad faſtigia celſiora mora ipſa paſſionis aſcenditis. Longóq; temporũ ductu glorias ueſtras non ſubtrahitis, ſed augetis. Beatum facit prima & una confeſſio. Vos totiens confitemini, quotiens rogati ut de carcere recedatis, carcerem fide & uirtute præeligitis. Tot ueſtræ laudes, quot dies: quot menſium curricula, tot incremẽta meritorum. Semel uincit, qui

Charitas.

Confeſſio beatos facit.

qui statim patitur. At qui manens semper in pœnis congreditur cum dolore nec uincitur, quotidie coronatur. Eant nunc magistratus & consules siue proconsules annuæ dignitatis insignibus & duodecim fascibus glorientur. Ecce dignitas cœlestis in uobis honoris annui claritate signata est. Et iam reuertentis anni uolubilem circulum uictricis gloriæ diuturnitate transgressa est. Illuminabat mundū sol oriens & luna decurrens, sed uobis idem, qui solem fecit & lunam, maius in carcere lumen * fuit & in corde ac mētibus uestris CHRISTI claritudo resplendens, horribiles carceris atq; funestas pœnalis loci tenebras æterna illa & candida luce radiauit. Per uicissitudines mē sium transmeauit hybernum, sed uos inclusi tempora hyemis persecutionis hyeme pensabatis. Successit hyemi una temperies rosis læta, & floribus coronata, sed uobis rosæ & flores de paradisi delicijs aderant, & caput uestrum serta cœlestia coronabant. Aestas ecce messiū fertilitate fœcunda est, & area frugibus plena est, sed uos qui gloriam seminastis, frugem gloriæ metitis. Atque in domini area constituti, exuri paleas inextinguibili igne conspicitis, ipsi ut tritici grana purgata & frumenta precioſa, iam probati & conditi, hospitium carceris horreum computatis. Nec deest autumno ad munera fungenda temporis gratia spiritalis. Vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcularibus uua calcatur. Vos de domini uinea pingues racemi, & iam maturis fructibus botri, præsturæ secularis infestatione calcati, torcular nostrum carcere torquente sentitis. Vini uice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes martyrii poculum libenter hauritis. Sic apud seruos dei annus euoluitur. Sic spiritalibus meritis, & cœlestibus præmijs temporum uicissitudo celebratur. Beati satis qui ex uobis per hæc gloriarum uestigia commeantes, iam de seculo recesserunt, confectóque itinere uirtutis ac fidei ad complexum & osculum domini, domino ipso gaudente uenerunt. Sed & uestra non minor gloria, qui adhuc in certamine constituti, & comitum glorias secuturi, pugnam diu geritis, immotáque & inconcussa fide stabiles quotidie spectaculum deo de uestris uirtutibus exhibetis. Quo longior uestra pugna, hoc corona sublimior. Agon unus, sed multiplici præliorum numerositate congestus. Famem uincitis, & sitim spernitis, & squalorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem roboris uigore calcatis. Pœna illic subijcitur, cruciatus obteritur, nec mors metuitur, sed optatur. Quæ scilicet immortalitatis præmio uincitur, ut uitæ æternitate qui uicerit, honoretur. Quis nunc in uobis animus, quàm sublime, quàm capax pectus, ubi talia ac tanta uoluuntur? Vbi non nisi dei præcepta & CHRISTI præmia cogitantur, uoluntas est illic tantum dei, & in carne adhuc licet uobis positis, uita iam uiuitur non præsentis seculi, sed futuri. Nunc est fratres charissimi ut memores mei sitis, ut inter magnas atque diuinas cogitationes uestras nos quoque animo

Consolat̃ in carceratos.

*Alias * fudit.*

Exhortat̃ ad patientiam.

Pugna lõgior coronam dat sublimiorem.

mo ac mente uoluatis, simque in precibus & orationibus uestris, cum uox illa purificatione confessionis illustris, & iugi honoris sui tenore laudabilis, ad dei aures penetrat, & aperto sibi cœlo de subactis mundi partibus ad supperna transmissa, impetrat de domini bonitate quod postulat. Quid enim petitis de indulgentia domini, quod non impetrare mereamini, qui sic domini mandata seruatis, qui euangelicam uiam syncero fidei uigore tenuistis, qui incorrupto honore uirtutis cum præceptis domini, & cum apostolis eius fortiter stantes nutantem multorum fidem martyrij uestri ueritate solidatis? Vere euangelij testes, & uere martyres CHRISTI radicibus eius innixi, super petram robusta mole fundati, disciplinam cum uirtute iunxistis, ad timorē dei cæteros prouocastis. Martyria uestra exempla fecistis. Optuos fortissimi ac beatissimi fratres semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum & plebem epistola de quodam Aurelio ordinato lectore, in qua asserit non fuisse necessarium iuxta morem quid ab eis de meritis eius quærere, quoniam expectanda humana iudicia non sunt, ubi diuina suffragia præcedunt.

Epistola. V.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIBVS, ET PLEBI VNIVERSAE SALVTEM.

Aurelij commendatio.

IN ordinādis clericis fratres charissimi solemus uos anteco sulere, & mores ac merita singulorum cōmuni consilio pōderare. Sed expectanda non sunt testimonia humana, cū præcedant diuina suffragia. Aurelius frater noster illustris adolescēs, à domino iam probatus & deo charus, est in annis adhuc nouellus, sed in uirtutis ac fidei laude prouectus.

Aurelij agon.

Minor in ætatis suæ indole, sed maior in honore. Gemino hic agone certauit, bis confessus, & bis confessionis suæ uictoria gloriosus, & quando uicit in cursu factus extorris, & cum denuo certamine fortiore pugnauit, triumphator & uictor in prælio passionis. Quotiens aduersarius prouocare seruos dei uoluit, totiens fortissimus ac promptissimus miles & pugnauit & uicit. Parum fuerat sub oculis ante paucorum, quando extorris fiebat, cōgressum fuisse, meruit & in foro congredi clariore uirtute, ut post magistratus & proconsulem uinceret, & post exilium tormēta superaret. Nec inuenio quid in eo prædicare plus debeam, gloriam uulnerum, an uerecundiam morum, quod honore uirtutis insignis est, an quod pudoris admiratiōe laudabilis.

Aurelij exemplar ecclesiasticæ disciplinæ.

Ita & dignitate excelsus est, & humilitate submissus, ut appareat illum diuinitus reseruatum, qui ad ecclesiasticam disciplinam cæteris esset exemplo.

Alias * Vt quō in passiōe uirtutib? uicerat, ita post cō fessionē mortibus emineret.

*Quomodo serui dei in confessione uirtutibus uincerent, post cōfessionem moribus eminerent. Merebatur talis clericæ ordinationis ulteriores gradus & incremēta maiora, nō de annis suis, sed de meritis æstimādus, sed interim placuit

placuit ut ab officio lectionis incipiat, quia & nihil magis cõgruit uoci, quæ dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, cũ celebrandis diuinis lectionibus perſonare poſt uerba ſublimia, quæ CHRISTI martyrium prolocuta ſunt: Euangelium CHRISTI legere unde martyres fiunt: Ad pulpitum poſt cataſtam uenire: Illic fuiſſe cõſpicuum gentilium multitudini, hic à fratribus cõſpici: Illic auditum eſſe cum miraculo circunſtantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri. Hũc igitur fratres dilectiſſimi à me & à collegis qui præſentes aderant, ordinatum ſciatis, quod uos ſcio & libenter amplecti, & optare tales in eccleſia noſtra cũ plurimos ordinari. Et quoniam ſemper gaudium properat, nec poteſt moras ferre lætitia, dominico legit. Interim uobis hac die auſpicatus eſt pacem, dum dedicat lectionem. Vos orationi frequenter inſiſtite, & preces noſtras ueſtris precibus adiuuate, ut domini miſericordia * fauens nobis cito plebi ſuæ, & ſacerdotem reddat incolumẽ, & martyrem cũ ſacerdote lectorem. Opto uos in deo patre & CHRISTO IESV ſemper bene ualere.

Cataſta, id eſt, compes lignea qua uinciunt ſerui.

Gaudium properat.

*Aliàs * parẽs*

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad martyres epiſtola, in qua eos ad amorem martyrij inuitans, docet dominum non tantum ſeruos in certamine ſpectare, ſed & ipſum una luctari, & coronare pariter & coronari.

Epiſtola VI.

CYPRIANVS MARTYRIBVS ET CONFESSORIBVS IESV CHRISTI ET DOMINI NOSTRI PERPETVAM SALVTEM.

EXVLTO lætus & gratulor fortiſſimi ac beatiſſimi fratres cognita fide ac uirtute ueſtra, in quibus mater eccleſia gloriatur, gloriata & nuper quidem cum cõfeſſione * præſtante ſuſcepta pœna eſt, quæ cõfeſſores CHRISTI fecit extores. Confeſſio tamen præſens quanto in paſſione fortior, tanto clarior & maior in honore. Creuit pugna, creuit & pugnantium gloria. Nec retardati eſtis ab acie tormẽtorum metu, ſed ipſis tormentis magis eſtis ad aciem prouocati, fortes & ſtabiles ad maximi certaminis precium prompta deuotione prodiſtis. Ex quibus quoſdam iam comperi coronatos, quoſdam uero ad coronam uictoriæ proximos: uniuerſos uero, quos agmine glorioſo carcer incluſit, pari ac ſimili calore uirtutis ad gerendum certamen animatos, ſicut eſſe oportuit in diuinis caſtris militès CHRISTI, ut incorruptam fidei firmitatem non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, nõ cruciatus ac tormenta deuincant, quia maior eſt qui præeſt in nobis, cũ qui in hoc mundo eſt. Nec plus ad deiciendũ poteſt terrena * pœna, cũ ad erigendũ tutela diuina. Probata res eſt certamine fratrũ glorioſo, qui ad tormẽta uincẽda cæteris duces facti, exemplũ uirtutis ac fi-

*Aliàs * per tantos.*

Milites Chriſti nullo uincũtur tormento.

*Aliàs * potentia.*

dei præbuerunt,cõgreſſi in acie donec acies ſuccumberet uicta. Quibus ego uos laudibus fortiſſimi prædicem fratres? robur pectoris ueſtri, & perſeue-

Cõmendatio martyrum. rantiam fidei quo præconio uocis exornem? Toleraſtis uſque ad conſummationem gloriæ duriſſimam quæſtionem,nec ceſſiſtis ſupplicijs, ſed uobis potius ſupplicia ceſſerunt. Finem doloribus quẽ tormenta non dabant,

Alias * laniiena. coronæ dederunt.*Quæſtio grauior ad hoc diu perſeuerauit, non ut ſtan-

Alias * laniena. tem fidẽ deijceret, ſed ut homines dei ad deum uelocius mitteret. Vidit admira.a præſentium multitudo cœleſte certamen,certamen dei,certamen ſpiritale,prælium CHRISTI,ſtetiſſe ſeruos eius uoce libera,mente incorrupta, uirtute diuina,telis quidem ſecularibus nudos,ſed armis fidei credentes armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores, & pulſantes ac laniantes unguias,pulſata ac laniata membra uicerunt. Inexpugnabilem fidem ſuperare nõ potuit ſæuiens diu plaga repetita, quamuis rupta compage uiſcerum torquerentur in ſeruis dei iam non membra ſed uulnera. Fluebat ſanguis, qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ glorioſo cruore ſopiret. O quale illud fuit ſpectaculum deo,quàm ſublime, quàm magnum,quàm dei oculis ſacramento ac deuotione militis eius acce-

Mors ſanctorũ precioſa. Pſal.115. ptum,ſicut ſcriptum eſt in pſalmis ſpiritu loquente ad nos:Precioſa in conſpectu domini mors iuſtorum eius:precioſa mors hæc eſt,quæ emit immortalitatem precio ſui ſanguinis,quæ accepit coronam de conſummatione uirtutis. Quàm lætus in illis CHRISTVS fuit,quàm libens in talibus ſeruis ſuis & pugnauit & uicit protector fidei, dans credentibus tantum, quantum ſe credit capere,qui ſumit. Certamini ſuo affuit,præliatores atque aſſertores ſui nominis erexit, corroborauit,animauit. Et qui pro nobis mortem ſemel

Matth. 10. uicit, ſemper uincit in nobis. Cum uos, inquit, tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Documentum rei præſens prælium exhibuit. Vox plena ſpiritu ſancto de mar-

Mappalicus martyr. tyris ore prorupit, cum Mappalicus beatiſſimus inter cruciatus ſuos proconſuli diceret: Videbis cras agonem. Et quod ille cum uirtutis atque fidei teſtimonio dixit, dominus impleuit. Agon cœleſtis exhibitus eſt. Dei ſeruus in agonis promiſſi certamine coronatus eſt. Hic eſt agon quem prophe-

Eſa. 7. ta Eſaias ante promiſit dicens:Non puſillum uobis certamen cum hominibus,quoniam deus præſtat agonem. Et ut oſtenderet quis hic agon eſſet futurus,addidit dicẽs:Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filium, & uocabitis nomen eius Emanuel. Hic eſt agon fidei noſtræ qua congredimur,qua uincimus,qua coronamur. Hic eſt agon quem nobis oſtendit beatus apoſto-

1.Cor.9. lus Paulus,in quo oportet nos currere,& ad coronam gloriæ peruenire. Neſcitis,inquit, quia qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam? Sic currite ut omnes occupetis. Omnis enim qui agonizatur

nizatur,in omnibus continens est.Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiunt,nos autem incorruptam. Item suum ostendens certamen, & hostiam se domino cito futurum esse promittens ait:Ego iam delibor,& tempus instat assumptionis meæ.Bonum agonem certaui, cursum perfeci, fidē seruaui. Iam supereſt mihi corona iusticiæ, quam mihi reddet dominus in illum diem iustus iudex.Non solum autem mihi, sed & omnibus qui dilexerunt aduentum eius.Hunc igitur agonem per prophetas ante prædictū, per dominum commissum,per apostolos gestum,Mappalicus suo & collegarum suorum nomine proconsuli repromisit, nec fefellit in promisso suo uox fidelis,pugnam quam spopondit,exhibuit, & palmam quam meruit, accepit.Istum hunc beatissimum martyrem & alios participes eiusdem congressionis,& comites, in fide stabiles,in dolore patientes, in quæstione uictores,ut cæteri quoque sectemini & opto pariter & hortor,ut quos uinculum confessionis & hospitium carceris simul iunxit,iungat etiam & consummatio uirtutis, & corona cœlestis, ut lachrymas matris ecclesiæ, quæ plangunt ruinas & funera plurimorum, uos uestra lætitia tergeatis, & cæterorum quoque stantium firmitatem uestri exempli prouocatione solidetis.Si uos acies uocauerit, si certaminis uestri dies uenerit, militate fortiter, dimicate constanter, scientes uos sub oculis præsentis domini dimicare, confessione nominis eius ad ipsius gloriam peruenire. Qui non sic est ut seruos suos tantum spectet, sed & ipse luctatur in nobis, ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter & coronatur.Quod si ante diem certaminis nostri de indulgentia dei pax superuenerit,uobis tamen manet uoluntas integra & conscientia gloriosa. Ne contristetur aliquis ex uobis quasi illis minor, qui ante uos tormenta perpessi uicto & calcato seculo ad dominum glorioso itinere uenerunt.Dominus scrutator est renis,& cordis arcana perspicit,& intuetur occulta. Ad coronam dei promerendam sufficit ipsius testimonium solum qui iudicaturus est. Ergo utraque res fratres dilectissimi sublimis est pariter & illustris.Illa securior ad dominum nostrum uictoriæ consummatorem properare,hæc lætior accepto post gloriam commeatu in ecclesia laude florere. O beatam ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat,quam temporibus nostris glorioſus martyrum sanguis illustrat. Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta est in martyrum cruore purpurea. Floribus enim nec rosæ nec lilia desunt. Certent nunc singuli ad utriusque honoris amplissimam dignitatem.Accipiant coronas uel de operibus candidas,uel de sanguine purpureas. In cœlestibus castris & pax & acies habent flores suos,quibus milites CHRISTI ob gloriam coronantur.Opto uos fortissimi ac beatissimi fratres semper in domino bene ualere,& nostri meminisse.

2. Timo. 4.

Hortatur ad martyrium.

Certantibus præest dominus.

Dominus cordis scrutator.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Epiſtola præſbyterorum & diaconorum Romæ conſiſtentium ad beatum Cyprianum, in qua uberes illi gratias reddunt quod ipſos conſiliorum ſuorum & laudis participes eſſe uoluerit.

Epiſtola. VII.

CYPRIANO PAPAE PRAESBYTERI ET DIACONI ROMAE CONSISTENTES SALVTEM.

QVanquam bene ſibi conſcius animus, & euangelicæ diſciplinæ uigore ſubnixus, & uerus ſibi in decretis cœleſtibus teſtis effectus ſoleat ſe ſolo deo iudice eſſe contentus, nec alterius aut laudes petere, aut accuſationes pertimeſcere, tamen geminata ſunt laude condigni, qui cum conſcientiam ſciant deo ſoli debere ſe iudici, actus tamen ſuos deſyderant & ab ipſis ſuis fratribus comprobari. Quod te frater Cypriane facere non mirum eſt, qui pro tua uerecundia & ingenita induſtria conſiliorum tuorum nos non tam iudices uoluiſti, quàm participes inueniri, ut in tuis rebus geſtis laudem tecum dum illas probamus inueniremus, & tuorum cõſiliorum cohæredes, quia & affirmatores eſſe poſſemus. Idem enim omnes crederemur operati, in quo deprehẽderemur eadem omnes cenſuræ & diſciplinæ conſenſione ſociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in bellis perſecutionis tam neceſſarium, quàm debitam ſeueritatem diuini uigoris tenere? quam qui remiſerit, inſtabili rerum curſu etret neceſſe eſt, & huc atque illuc uarijs & incertis negociorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, nauem eccleſiaſticæ ſalutis illidunt in ſcopulos, ut appareat non aliter ſaluti eccleſiaſticæ conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam aduerſi fluctus repellantur, & diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio, quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſeruetur. Nec hoc nobis nunc nuper conſilium cogitatum eſt, nec hæc apud nos aduerſus improbos modo ſuperuenerunt repentina ſubſidia, ſed antiqua fides diſciplina legitur antiqua, quoniam nec tantas de nobis laudes apoſtolus protuliſſet dicendo: Quia fides ueſtra prædicatur in toto mundo, niſi iam exinde uigor iſte radices fidei de temporibus illis mutuatus fuiſſet, quarum laudum & gloriæ degenerem fuiſſe, maximum crimen eſt. Minus eſt enim dedecoris nunquam ad preconium laudis acceſſiſſe, quàm de faſtigio laudis ruiſſe. Minus eſt criminis honoratum bono teſtimonio non fuiſſe, quàm honorem bonorum teſtimoniorũ perdidiſſe. Minus eſt ſine prædicatione uirtutum ignobilem ſine laude iacuiſſe, quàm exhæredem fidei factũ laudes proprias perdidiſſe. Ea enim quæ in alicuius gloriam proferũtur, niſi anxio & ſolicito labore ſeruantur, in inuidiam maximi criminis intumeſcunt. Hoc nos

Diſciplina gubernaculum in tempeſtate.

Honoris iactura facere dedecoroſum.

nos non falso dicere superiores nostræ literæ probauerunt, in quibus uobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus, & aduersus eos qui seipsos infideles illicita nefariorum librorum professione prodiderũt, quasi hoc euasuri irretientes illos diaboli laqueos uiderentur, quo nõ minus q̃ si ad nefarias aras accessissent hoc ipso quod ipsum contestati fuerant, tenerẽtur: sed etiam aduersus illos qui acta fecissent licet præsentes cum fierẽt nõ affuissent, cum præsentiam suam utiq; ut sic scriberentur mandando fecissent: non est enim immunis à scelete qui ut faceret, impetrauit, nec alienus à crimine cuius consensu, licet non à se admissum crimen, tamen publice legit, & cum totum fidei sacramentum in confessione CHRISTI nominis intelligatur esse digestum, qui fallaces in excusatione præstigias quæri negauit, & qui uult uideri paruisse, negasse uoluit: necnon etiam contra illos quoq; qui illicitis sacrificijs manus suas atq; ora polluerant, pollutis ante mẽtibus proprijs, unde etiam sunt ipsæ manus atq; ora polluta, fidem nostram, consensumq; monstrauimus. Absit enim ab ecclesia Romana uigorem suum tam profana facilitate dimittere, & nisi uos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere, ut cum adhuc non tantũ iaceant, sed & cadant euersorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia cõmunicationũ utiq; non profutura testentur, & noua per misericordiam falsam uulnera ueteribus trãsgressionis uulneribus imprimantur, ut miseris ad euersionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim iudulgentiæ poterit medicina proficere, si etiam ipse medicus inter præcepta pœnitentiæ indulget periculis, si tantummodo perit uulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non est curare, sed si dicere uerũ uolumus, occidere. Quanq̃ confessorum quoq; quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ cõfessionis inclusit, & ad certamen euangelicum sua fides in confessione iam gloriosa semel coronauit, literas habeas conspirantes cum literis nostris quibus seueritatem euangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesiæ pudore reuocarunt. Nisi hoc fecissent disciplinæ euangelicæ, ruina nõ facile sarciretur, præsertim cum nulli magis tam congruens esset tenorem euãgelici uigoris illibatum dignitatemq; seruare, q̃ qui se excruciandos & excarnificandos pro euangelio furentibus tradidissent, ne martyrij honorẽ merito perdidissent, si in occasione martyrij præuaricatores euangelij esse uoluissent. Nam qui quod habet non custodit in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet, uiolat, amittit illud quod possidebat. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus, quod illorum carceris tenebras literis tuis illuminasti, quod ad illos uenisti quomodo introire potuisti, qd illorum animos sua fide & confessione robustos, tuis allocutionibus literisq; recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus prosecutus, accendisti ad multo ardentiorem cœlestis gloriæ cupiditatem, quod pronos impu-

Criminis particeps est qui consentit.

Gratias agit Cypriano.

listi, quod ut credimus & optamus uictores futuros uiribus tui sermonis animasti, quanq̃ hoc totum de fide confitentium & de diuina indulgentia uenire uideatur, tamen in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse uideantur. Sed ut ad id, unde digressus sermo uidebatur esse, tursus reuertatur, quales literas in Sicilia quoq; miserimus subiectas habebis. Quanq̃ nobis differentiæ huius rei necessitas maior incumbat, quibus (post excelsum nobilissimæ memoriæ uiri Fabiani) nondum est episcopus propter rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum qui lapsi sunt possit cum autoritate & cum cõsilio habere rationem. Quanq̃ nobis in tam ingenti negocio placeat, quod & tu ipse tractasti primus, ecclesiæ pacem sustinendam, deinde sic collatione cõsiliorum cum episcopis, præsbyteris, diaconibus, confessoribus, pariter astantibus laicis, facta, ipsorum tractare rationem. Percq̃ enim nobis & inuidiosum & onerosum uidetur non per multos examinare, quod per multos commissum uideatur fuisse, & unam sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse, quoniam nec firmum decretum potest esse quod nõ plurimorum uidebitur habuisse consensum. Aspice totum orbem penè uastatum, & ubiq; iacere deiectorum reliquias, & idcirco tam grande expeti consilium, cq̃ late propagatum uidetur esse malum. Non sit minor medicina cq̃ uulnus est, nõ sint minora remedia cq̃ funera, ut quomodo qui ruerunt ob hoc ruerunt quod cæca temeritate nimis incauti fuerunt, ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorũ moderamine utãtur, ne quod nõ oportet factum tanq̃ irritum ab omnibus iudicetur. Vno igitur eodemq; consilio ipsi dem precibus & fletibus tam nos qui usq; adhuc uidemur temporis istius ruinas subterfugisse, cq̃ illi qui in has temporis uidentur clades incidisse, diuinam maiestatem deprecantes, pacẽ ecclesiastico nomine postulemus. Mutuis uotis nos inuicem foueamus, custodiamus, armemus: oremus pro lapsis, ut erigantur: oremus pro stantibus, ut nõ ad ruinas usq; tententur: oremus ut qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant non momẽtaneam neq; præproperam desyderare medicinam. Oremus ut effectus indulgentiæ lapsorum subsequatur pœnitentiam, ut intellecto suo crimine uelint nobis interim præstare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbare ecclesiæ statum, ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse uideantur, & accedat ad criminum cumulum, quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit uerecundia, quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Pulsent sanè fores, sed non utique confringant. Adeant ad limen ecclesiæ, sed non utique ut transiliant. Castrorum cœlestium excubent portis, sed armati modestia qua intelligant se desertores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. Arment se quidem modestiæ telis, & quem negando mortis metu, fidei dimiserant

Orationi instandũ monet

Modestiæ telasumenda.

miserant clypeum resumant, sed ut contra hostem diabolum uel nunc armati, non contra ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio uerecunda, humilitas necessaria, patientia non ociosa. Mittant legatos pro suis doloribus lachrymas. Aduocatione fungantur & intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. Immo si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si pectoris & conscientiæ suæ lethalem plagam & sinuosi uulneris altos recessus uere medica manu tractant, erubescant & petere, nisi quia maioris est rursum & periculi, & pudoris auxilium pacis nō petisse. Sed hoc totum in sacramento, sed in ipsius postulationis lege temporis facto temperamēto, sed postulatione demissa, sed prece subdita, quoniam & qui petitur flecti debet non incitari, & sicut respici debet diuina clementia, sic respici debet & diuina censura, & sicut scriptum est: Donaui tibi omne debitum, quia me rogasti: sic scriptum est: Qui me negauerit coràm hominibus, negabo & ego eū coram patre meo & coram angelis eius. Deus enim ut est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens, & sicut ad conuiuia uocat, sic habitum nuptiarum non habentem ligatis manibus & pedibus extra sanctorum cœtum foras iactat. Parauit cœlum, sed parauit & tartarum. Parauit refrigeria, sed parauit etiam æterna supplicia. Parauit inaccessibilem lucem, sed parauit etiam perpetuæ nocti suastam æternamque caliginem. Cuius temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam episcopis uicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex alijs prouincijs longe positis persecutionis istius ardor eiecerat, ante cōstitutionem episcopi nihil innouandum putauimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credidimus, ut interim dū episcopus dari à deo nobis sustinetur, in suspendio eorum qui foris possunt dilatione sustineri, causa teneatur, eorum autem quorum uitæ suæ fine urgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia & professa frequenter suorum detestatione factorum, si lachrymis si gemitibus, si fletibus dolentis ac uere pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes uiuendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute & solicite subueniri deo ipso sciente quid de talibus faciat, qualiter iudicij sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec uere pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem. Optamus te beatissime ac glorioßissime papa semper in domino bene ualere.

Lachrymæ legati dolorum.

Matth. 18.

Matth. 10.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Epistola beati Cypriani ad Cornelium papam Rhomanū de quibusdam Nouatiano & Nouato schismaticis, ubi illorum probra commemorat.

Epistola. VIII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

T cum diligentia & dilectione feciſti frater chariſſime feſtinato ad nos mittendo Niceforum acolythum, qui nobis & de confeſſoribus regreſſis glorioſam lætitiam nunciaret, & aduerſus Nouatiani & Nouati nouas & pernicioſas ad impugnandum CHRISTI eccleſiã machinas plenißime inſtrueret. Nam cum pridie iſtuc ueniſſet hæreticæ prauitatis nocens factio ipſa iam perdita, & alios qui ſibi conſenſerint perditura, poſtero die Niceforus cum ueſtris literis ſuperuenit, quibus & dicimus, & docere atq; inſtruere cæteros cœpimus, Euariſtum de epiſcopo iam nec laicum remanſiſſe cathedræ & plebis extorrem, & de eccleſia CHRISTI exulem, per alias longe prouincias oberrare, & ipſum ueritatis ac fidei naufragum factum circa quoſdam ſui ſimiles paria naufragia concitare: Nicoſtratum uero diaconio ſanctæ adminiſtrationis amiſſo, eccleſiaſticis pecuniijs ſacrilega fraude ſubtractis, & uiduarum ac populorum depoſitis denegatis, non tam in Africam uenire uoluiſſe, quàm conſcientia rapinarum & criminum nefandorum illinc ab urbe fugiſſe: & nunc eccleſiæ deſertor ac profugus, quaſi mutaſſet hominem, mutare regionem, confeſſorem ſe ultro iactat & prædicat, cum CHRISTI confeſſor nec dici, nec eſſe iam poſſit, qui eccleſiam CHRISTI negauit. Nã cum Paulus apoſtolus dicat: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in unam carnem: Sacramentum iſtud magnum eſt, ego autem dico in CHRISTVM & in eccleſiã. cum hoc, inquam, beatus apoſtolus dicat: & CHRISTVM pariter atque eccleſiæ unitatem indiuiduis nexibus cohærentem, ſancta ſua uoce teſtetur, quomodo poteſt eſſe cum CHRISTO, qui cum ſponſa CHRISTI atque in eius eccleſia non eſt? Aut quomodo aſſumit ſibi regendæ aut gubernandæ eccleſiæ curam, qui ſpoliauit & fraudauit eccleſiam CHRISTI? Nam de Nouato nihil inde ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos uobis debeat Nouatus oſtendi rerum nouarum ſemper cupidus, auaritiæ inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſtic epiſcopis male cognitus, quaſi hæreticus ſemper & perfidus omnium ſacerdotum uoce damnatus, curioſus ſemper ut prodat, ad hoc adulatur ut fallat, nunquam fidelis ut diligat, fax & ignis ad conflanda ſeditionis incendia, turbo & tempeſtas ad fidei facienda naufragia, tranquillitatis aduerſarius, pacis inimicus. Denique Nouato illinc à nobis recedente, id eſt, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni confeſſores, qui de eccleſia illo incitante diſceſſerant, poſteaquam ab urbe ille diſceſſit, ad eccleſiam reuerterunt. Idem eſt Nouatus qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminauit, qui quoſdam iſtic

Euariſtus relicto epiſcopatu uagus.

Nicoſtratus deſertor eccleſiæ.

Ephe. 5.

Nouatus nouarum rerum cupidus.

Nouati cura in circunueniendo.

istic ex fratribus ab episcopo segregauit, qui in ipsa persecutione ad auertendas fratrum mentes alia quædam persecutio nostris fuit. Ipse est, qui Felicissimum satellitem suum diaconum nec permittente me nec sciente sua factione & ambitione cõstituit, & cum sua tempestate Rhomæ quoque ad euertendam ecclesiam nauigans similia illic & paria molitus est, a clero portionem plebis auellens, fraternitatis bene sibi cohærentis & se inuicem diligentis concordiam scindens. Planè quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Rhoma præcedere, illic maiora & grauiora cõmisit. Qui istic aduersus ecclesiam diaconem fecerat, illic episcopum fecit. Nec hoc quisquam miretur in talibus. Feruntur semper mali suo furore dementes, & postea quàm scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratæ mentis agitantur. Nec remanere in ecclesia dei possunt, qui deificam & ecclesiasticam disciplinam, nec actus sui conuersatione, nec morum pace, tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ uiduæ, pecuniæ quoque ecclesiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in eius furore conspicimus. Pater etiam eius in uico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Vterus uxoris calce percussus, & partione properante in parricidium partus expressus. Et damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius qui nascebatur, occisus est. Hanc conscientiam criminum iam pridem timebat, propter hoc se non de præsbyterio excitari tantum, sed & communicatione prohiberi pro certo tenebat. Et urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio ante uenisset, quam iste uoto quodam euadendæ & luctandæ damnationis excipiens, hæc omnia commisit & miscuit, ut qui eiici de ecclesia & excludi habebat iudicium sacerdotum uoluntaria discessione præcederet, quasi euasisse sit pœnam, præueniisse sententiam. Circa cæteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circunuentos dolemus, ut ueteratoris pernicioſum latus fugiant, ut lethales laqueos solicitantis euadant, ut de qua ille pelli diuinitus meruit ecclesiam repetant. Quos quidem, domino adiuuante, per eius misericordiam regredi posse confidimus. Neque enim potest perire nisi quem constat esse periturum, cum dominus in euangelio suo dicat: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Qui plantatus non est præceptis dei patris & monitis, solus poterit de ecclesia ille discedere, solus episcopis derelictis cum schismaticis & hæreticis in furore manere. Cæteros uero nobiscum aduna bit dei patris misericordia, & CHRISTI domini nostri indulgentia, & nostra patientia. Opto te frater charissime semper bene ualere.

Mali suo furore per feruntur malo.

Nouati parricidium.

Matth. 15.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Eiusdem ad eundem Cornelium epistola.

Epistola

Epistola IX.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

ET religiosum nobis & necessarium existimaui frater charissime ad confessores qui illic sunt, & Nouatiani & Nouati obstinatione & prauitate seducti, de ecclesia recesserunt, literas breues facere, quibus eos pro affectione mutua conuenirem, ut ad matrẽ, id est, ecclesiã catholicam reuertantur, quas literas tibi ab Ethippo diacono legi prius mandaui, ne quis aliud me scripsisse fingeret, ꝙ quod meis literis continetur. Mandaui tamen eidem Ethippo à me ad uos misso, ut de tuo arbitrio rem gerat, & si easdem literas confessoribus putaueris esse credendas ut eas tradat. Opto te frater charissime semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eiusdem ad eundem epistola, in qua cum nequierit Christianæ charitatis uinculo uagantes copulare, ait eos neglexisse, & nihil temere à maledicis audire, ac ordinationem suam per se & collegas stabilire.

Epistola. X.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

QVod seruis dei & maxime sacerdotibus iustis & pacificis congruebat frater charissime miseramus nuper collegas nostros Calydonium & Fortunatum, ut nõ tantum persuasione literarum nostrarum, sed præsentia sua & cõsilio omnium uestrum eniterentur quantum possent & elaborarent, ut ad catholicæ ecclesiæ unitatẽ scissi corporis membra componerẽt, & Christianæ cahritatis uinculo copularẽt. Sed quoniam diuersæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia non tantum radicis & matris sinum atq; complexum recusauit, sed etiam glisçente & in peius recrudescente discordia episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum diuinæ dispositionis & catholicæ unitatis adulterum, & cõtrarium caput extra ecclesiam fecit, acceptis literis tam tuis ꝙ collegarum nostrorum, item aduentantibus bonis uiris & nobis charissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia nobis cum lætitia cõmuni asseuerata sunt firmiter & probata, secundũ quod diuinæ traditionis & ecclesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter ueritas exigebat, literas nostras ad te direximus. Sed & per prouinciam nostram hæc eadem collegis nostris singulis in noticiã perferentes, ab his quoq; fratres nostros cum literis dirigendos esse mandauimus. Quanꝙ mens nostra & propositum iã tunc fratribus & plebi istic uniuersæ manifestũ fuisset, quãdo literis nuper ab utraq; parte susceptis tuas literas legimus, & episcopatus tui ordinationẽ singulorũ auribus intimauimus. Honoris etiam cõmunis memores & †grauitatis sacerdotalis ac san-

Aliàs †gratiæ

ac ſanctitatis reſpectum tenentes,ea quæ ex diuerſo in librū miſſum conge
ſta fuerant,aceruationibus criminoſis reſpuimus,cōſyderantes pariter & pō
derātes quod in tanto fratrū religioſo cœtu, conſidentibus dei ſacerdotibus
& altari poſito nec legi debeant,nec audiri. Neq; enim facile promēda ſunt
& incaute ac temere publicanda,cœtu diſcordioſo ſtilo audientibus ſcanda
lum moueant,& fratres longe poſitos ac trans mare cōſtitutos incerta opi-
nione confundant. Viderint qui uel furori ſuo,uel libidini ſeruientes,& diui
næ legis ac ſanctitatis immemores, iactitare interim geſtiunt quæ probare
non poſſunt.Et cum innocentiā deſtruere atq; expugnarer non ualeant,ſa-
tis habent fama mendacij,& falſorum ore maculas inſpergere. Certe quod
præpoſitis & ſacerdotibus congruit,danda opera eſt,ut talia cum à quibuſ-
dam ſcribuntur per nos reſpuantur. Vbi enim erit quod diſcimus, ac doce-
mus ſcriptum eſſe:Contine linguam tuam à malo , & labia tua ne loquan- Pſal.33.
tur inſidioſe. Item alibi:Os tuum abundauit malicia,& lingua tua comple- Ibid.49.
ctebatur inſidias,ſedens aduerſus fratrem tuum detrahebas,& aduerſus fi-
lium matris tuæ ponebas ſcādalum. Item quod apoſtolus dicit:Omnis ſer- Ephe.4.
mo malus de ore ueſtro non procedat,ſed bonus ad ædificationem fidei,ut
det gratiam audientibus. Porrò hæc fieri debere oſtendimus,ſi quando ta-
lia quorundam calumnioſa temeritate conſcripta ſunt, ut legi apud nos nō
patimur,& idcirco frater chariſſime cū ad me talia aduerſum te & cōpræſby
teros tecum conſidentes ſcripta ueniſſent,clero & plebi legi præcepi,quæ re-
ligioſam ſimplicitatem ſonabant,nec ullis maledicorum & conuitiorum la-
tratibus perſtrepebāt. Quod autem ſcripta collegarum noſtrorum qui illic
ordinationi tuæ affuerant deſyderauimus,nō ueteres mores obliti,nouum
aliquid quærebamus. Nam ſatis erat ut tu te epiſcopum factis literis nun-
ciares,niſi eſſet ex diuerſo diſcrepans factio , quæ criminoſis & calumnioſis
cōmentis ſuis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes,
& corda confunderet.Cui rei ſopiendæ neceſſarium duximus,ut ſcribentiū
nobis inde collegarum noſtrorum firma & ſolida autoritas pareretur. Qui
moribus ac uitæ & diſciplinæ tuæ cōdigna literarum ſuarū teſtimonia præ-
dicantes,æmulis quoque & rerum uel nouitate,uel prauitate gaudentibus,
omnem ambigendi & diſcrepandi ſcrupulum ſuſtulerunt,& ſecundū conſi
lium noſtrum ſalubri ratione liberatas in hoc fluctu æſtuātium fratrū men
tes,ſyncere ac firmiter tuū ſacerdotium probauerūt. Hoc enim uel maxime Vnitas a deo & apoſtolis data ſucceſſoribus ſeruanda.
frater & laboramus,& laborare debemus,ut unitatē à domino,& per apo-
ſtolos nobis ſucceſſoribus traditā quantū poſſumus , obtinere curemus,&
qđ in nobis eſt palabūdas & errātes oues,quas quorundā peruicax factio,
& hæretica tentatio à matre ſecernit,in eccleſiā colligamus,illis ſolis foris re-
manētibus,qui in obſtinatione ſua uel furore perſeuerarūt,& ad nos redire
noluerūt,diſcretionis & ſeparatiōis à ſe factæ,& eccleſiæ derelictæ ipſi ratio-
nem

nẽ domino reddituri. Quantũ uero hic ad præſbyteriũ quorundã & Felicíſſimi cauſam pertinet, quid hic actũ ſit, ut ſcire poſſes literas ad te collegæ noſtri manu ſua ſubſcriptas miſerũt. Qui auditis eis q̃d ſenſerint, & quid pronunciauerint, ex eorũ literis diſces. Melius autẽ frater facies ſi etiã exemplaria literarũ, quæ ad te legenda pro dilectione cõmuni per Calydonium & Fortunatũ collegas noſtros proxime miſerã, quæ de eodẽ Feliciſſimo & de præſbyterio eiuſdem * ad clerum iſtic nõ ad plebem ſcripſeram, legi iſtic fratribus iubeas, quæ & ordinationem & rationem rei geſtæ loquãtur, ut tam iſtic q̃ illic circa omnia per nos fraternitas inſtruatur. Exemplaria autẽ eadem nunc quoq; per Meſſium hypodiaconum à me miſſum & Nicephorum acolythum trãſmiſi. Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

Aliàs * ad eccleſiam noſtrã & ad plebem.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad eundem epiſtola de ſupradictis hæreticis, qui Cornelium male papam creatum aſſerebant, uolentes alium conſtituere.

Epiſtola. XI.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

VEnerunt ad nos frater chariſſime miſſi à Nouatiano Maximus præſbyter & Augendus diaconus, & Mecheus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex literis quas ſecum ferebant, & ex eorum ſermone atq; aſſeueratione Nouatianum epiſcopum factum comperiſſemus illicite, & cõtra eccleſiam catholicam factæ ordinationis prauitate commoti, à communicatione eos noſtra ſtatim cohibendos eſſe cenſuimus, refutatis interim ac retuſis, quæ obſtinate ac pertinaciter aſſerere tẽtabant, nam ego & collegæ mei plurimi qui ad me conuenerant, expectauimus aduentum collegarum noſtrorum Calydonij & Fortunati, quos ad te nuper & coepiſcopos noſtros qui ordinationi tuæ affuerant legatos miſeramus, ut eis aduentantibus, & rei geſtæ ueritatem reportantibus, maiore autoritate & elucidata per eos probatione partis aduerſæ improbitas frangeretur. Superuenerunt uero Pompeius & Stephanus collegæ noſtri, qui & ipſi quoque ad inſtruendos iſtic nos manifeſta ſecundum grauitatem ac fidem ſuam indicia ac teſtimonia protulerũt. Vt nec neceſſe fuerit audiri ultra eos qui à Nouatiano uenerant miſſi. Qui cum ſtatione inuidioſis quoq; conuiciis & clamoribus turbulentis proruerent & flagitarent, ut crimina quæ ſe afferre ac probare dicebant publice à nobis, & à plebe cognoſcerentur, grauitati noſtræ negauimus conuenire, ut collegæ noſtri iam delecti & ordinati, & laudabili multorum ſententia comprobati, uentilari ultra famam ore maledico, & æmulantium uoce pateremur, & qui à quibus refutati & compreſſi ſunt, & illicitis conatibus hæreſim feciſſe nudati ſunt, in epiſtolam congere re lõgum fuit, ex Primitiuo compræſbytero noſtro pleniſſime ſingula, cum

ad uos

ad uos uenerit audietis. Ac ne eorũ furens audacia unq̃ desisteret, hic quoq; in schismatis partes CHRISTI membra distrahere, & catholicæ ecclesiæ corpus unum scindere ac laniare nituntur, ut hostiatim per multorum domos, uel oppidatim per quasdam ciuitates discurrentes obstinationis suæ, & erroris scissi sibi quærant comites. Quibus semel respõsum dedimus, nec mandare desistimus, ut pernicioſa dissensione & concertatione deposita impietatem esse sciant, matrem deserere, & agnoscant atq; intelligant, episcopo semel facto & collegarum ac plebis testimonio & iudicio comprobato, alium constitui nullo modo posse: proinde pacifice sibi ac fideliter consuluisse, ut si se assertores euangelij & CHRISTI esse confitentur, prius ad ecclesiam reuertantur. Opto te frater semper bene ualere.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad eundem epistola, in qua congratulatur de quibusdam ad ecclesiæ unitatem reuersis, qui à schismaticis deprauati fuerant.

Epistola. XII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

TEgisse nos & agere frater charissime maximas gratias sine cessatione profitemur deo patri omnipotenti & CHRISTO eius domino & deo nostro salutari, qđ sic ecclesia diuinitus protegatur, ut unitas eius & sanctitas non iugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ prauitatis obstinatione uitietur. Legimus enim literas uestras, & uoti communis amplissimum gaudium exultanter excepimus, Maximum præsbyterum & Vrbanum confessores cum Sidonio & Machario ad ecclesiam catholicam regressos esse, id est, errore deposito & schismatico, immo hæretico furore deserto, unitatis ac ueritatis domicilium fidei sanitate repetisse, ut unde ad gloriam processerant, illuc glorioſi redirent, ne qui CHRISTVM confessi essent, CHRISTI postmodum castra desererent, nec tentarent charitatis atq; unitatis fidem, qui uicti robore & uirtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida confitentium dignitas, à desertoribus & profugis recessisse, proditores fidei & ecclesiæ catholicæ impugnatores reliquisse. Merito illos reuertentes summo, ut scribitis, gaudio & clerus & plebs fraternitas omnis excepit, quoniam in confessoribus gloriam suam conseruantibus & ad unitatem reuertentibus nemo non socium se & participem eorum gloriæ computat. Huius rei lætitiam de nostris possumus sensibus æstimare, nam cum istic ad literas uestras, quas de eorũ confessione misistis, lætus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hũc nũcium communis gratulationis exceperit, quid illic ubi res ipsa & præsens lætitia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim dominus in euãgelio suo dicat esse summum gaudium in cœlo super peccatorem pœnitentiã agente, Luc. 15.

Vnitatem ecclesiæ seruari gaudet.

quanto magis est gaudium & in terris pariter & in cœlo super confessoribus ad ecclesiam dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redeundi uiam cæteris exemplo sui fide & probatione facientibus? Hic enim quosdã fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationẽ confessorum sequi uiderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & ecclesia catholica una esse nec scindi, nec diuidi posse, mõstrata est. Nec quisq; iam facile poterit schismatici furentis uerbis loquacibus decipi, cum probatum sit bonos & glorioſos CHRISTI milites non potuisse diu aliena fallacia & perfidia extra ecclesiam detineri.

EPISTOLARVM LIBRI SECVNDI FINIS.

DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS EPISTOLARVM LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Lucium papam Romanum ab exilio reuersum epistola, ubi de reditu ipsius congaudens, mirificas ei laudes commemorat.

Epistola. I.

CYPRIANVS CVM COLLEGIS LVCIO FRATRI SALVTEM.

ET nuper quidẽ tibi frater charissime gratulati sumus, cũ te honore geminato in ecclesiæ suæ administratione confessorẽ pariter & sacerdotẽ constituit diuina dignatio, sed & nunc nõ minus tibi & comitibus tuis atq; uniuersæ fraternitati gratulamur, qd' cũ eadẽ gloria & laudibus uestris reduces uos denuo ad suos fecerit benigna domini & larga protectio, ut pascẽdo gregi pastor, & gubernandæ naui gubernator, & plebi regendæ rector redderetur, ut appareret relegationẽ uestrã sic diuinitus esse dispositã, nõ ut episcopus relegatus & pulsus ecclesiæ deesset, sed ut ad ecclesiã maior rediret. Neq; enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata de camino ignis incolumes exierunt: aut non consumatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad prædã, protectus à domino, uixit ad gloriã. In confessoribus CHRISTI dilata martyria nõ meritũ confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt. Repræsentatũ in uobis uidemus, quod apud regẽ fortes atq; illustres pueri prædicauerũt: Ipsos quidẽ paratos ardere flãmis, ne dñs eius seruirẽt, aut

Lucius episcopatui restitutus

aut imaginẽ quã fecerat adorarent, deum tamen quẽ colebant, quẽq; & nos colimus, potentẽ esse ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de pœnis præsentibus liberaret. Quod inuenimus in confessionis uestræ fide, & in domini circa uos protectione nunc gestũ, ut cũ uos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamen uos pœnæ subtraheret, & ecclesiæ reseruaret. Regredientibus uobis breuiata nõ est in episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis creuit sacerdotalis autoritas, ut altari dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda & facienda martyria, non uerbis plebẽ, sed factis cohortetur, & imminẽte antichristo paret ad præliũ milites non solũ sermonis & uocis incitamẽto, sed fidei & uirtutis exemplo. Intelligimus frater charissime & tota cordis nostri luce perspicimus diuinæ maiestatis salutaria & sancta cõsilia, unde illic repẽtina persecutio nup exorta sit, inde contra ecclesiã CHRISTI & episcopũ Cornelium beatũ martyrẽ uosq; omnes, secularis potestas subito proruperit, ut ad confundẽdos hæreticos & retundendos ostenderet dominus quæ esset ecclesia, quis episcopus eius unus diuina ordinatione delectus, qui cũ episcopo præsbytero sacerdotali honore cõiuncti, quis adunatus & uerus CHRISTI populus dominici gregis charitate cõnexus, qui essent quos inimicus lacesseret, qui ecõtra, quibus diabolus ut suis parceret. Neq; eñ persequitur & impugnat CHRISTI aduersarius, nisi castra & milites CHRISTI hæreticos prostratos semel & suos factos contemnit & præterit. Eos quærit deijcere, quos uidet stare. Atq; utinã nunc facultas daretur frater charissime, ut interesse illic uobis regrediẽtibus possemus, qui uos mutua charitate diligimus, ut aduẽtus uestri lætissimũ fructũ præsentes cũ cæteris ipsi quoq; caperemus. Quæ illic exultatio omniũ fratrũ? qui cõcursus atq; cõplexus occurrentiũ singulorũ? Vix oculis adhærẽtiũ potest satisfieri, uix uultus ipsi atq; oculi plebis possunt uidẽdo satiari de aduẽtus uestri gaudio. Cognoscere illic fraternitas cœpit qualis & quãta sit secutura CHRISTO ueniẽte lætitia: cuius quia cito appropinquabit aduentus, imago iã quædã præcessit in uobis, ut quomodo Ioãnes præcursor eius & præuius ueniẽs prædicauit CHRISTVM uenisse, sic nunc episcopo cõfessore domini & sacerdote redeunte, appareat & dominũ iã redire. Vicarias uero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad uos literas mittimus frater charissime, & repræsentantes uobis per epistolã gaudiũ nostrũ, fida obsequia charitatis exprimimus, hic quoq; in sacrificijs atq; in orationibus nostris nõ cessantes deo patri & CHRISTO filio eius domino nostro gratias agere, & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atq; perficiens custodiat & perficiat in uobis cõfessionis uestræ gloriosam coronã. Qui & ad hoc uos fortasse reuocauit, ne gloria esset occulta, si foris essẽt cõfessionis uestræ cõsũmata martyria. Nã uictima quæ fraternitati præbet exemplũ uirtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus te frater charissime semper bene ualere.

Ioannes ut Christi præcursor, sic & Lucius.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Maximum & Nicostratum epistola de unitate, petens & rogans, ut ad ecclesiæ redeant unitatem.

Epistola. II.

CYPRIANVS MAXIMO ET NICOSTRATO ET CAETERIS CONFESSORIBVS SALVTEM.

Vm frequenter charissimi cognoueritis ex literis meis, quę & confessionis uestræ honorē, & fraternitati connexæ dilectionē meo sermone seruauerim, credatis quæso & acquiescatis his literis meis, qbus uos & actui ac laudibus uestris & scribo, & simpliciter & fideliter cōsulo. Grauat enim me atq; cōtristat intolerabilis perculsi & penè prostrati pectoris mœstitia & perstringit, cum uos illic cōperissem contra ecclesiasticam dispositionem, contra euangelicam legē, contra institutionis catholicæ unitatē episcopum alium fieri censuisse, id est, quod nec fas est, nec licet fieri, ecclesiā alteram instituī, CHRISTI membra discerpi, dominici gregis animū & corpus unum discissa æmulatione lacerari. Quod quæso ut in uobis saltem illicitum istud fraternitatis nostræ diffidiū nō perseueret, sed & cōfessionis uestræ & diuinæ traditiōis memores ad matrē reuertimini unde prodistis, unde ad confessionis gloriam cū eiusdem matris exultatione uenistis. Nec putetis sic uos euangeliū CHRISTI asserere, dū uosmetipsos à CHRISTI grege & ab eius pace & concordia separastis, cū magis militibus glorioſis & bonis congruat intra domestica castra consistere, & intus positos ea, quæ in cōmune tractanda sunt, agere ac prouidere. Nam cum unanimitas & concordia nostra scindi omnino nō debeat, quia nos ecclesia derelicta & foras exire, & ad uos uenire non possumus, ut uos magis ad ecclesiam matrem & ad nostram fraternitatem reuertamini, quibus possumus hortamentis petimus & rogamus. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

Ecclesiæ unitatem seruari suadet.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Maximum præsbyterum & Vrbanum & Sidonium & Macarium ad ecclesiam reuersos epistola mirifice gratulans, ad eorum laudem referens quicquid in confessione gesserant.

Epistola. III.

CYPRIANVS MAXIMO PRAESBYTERO, ITEM VRBANO ET SIDONIO ET MACARIO FRATRIBVS SALVTEM.

Ectis literis uestris fratres charissimi, quas ad me de uestra regressione, & de ecclesiastica pace, ac fraterna redintegratione fecistis, in tantū me lætatum esse cōfiteor, in quantū fueram & ante lætatus, quando confessionis uestræ gloriā comperi, & militiæ uestræ cœlestem ac spiritalem laudē lætabundus excepi. Nā & hæc fidei & laudis uestræ alia confessio est, unam esse ecclesiā confiteri, nec alieni erroris uel potius prauitatis

participem

participem fieri, repetere eadē castra unde prodistis, unde ad gerendū præ-
lium & aduersariū subigendū fortissimis uiribus prosiliſtis. Illuc enim erāt
de acie trophea referēda, unde ad aciem fuerant arma suscepta, ne quos ad
gloriam CHRISTI ecclesia parasset, eosdē glorioſos CHRISTI ecclesia nō
haberet. Nunc uero & uos cōgruentē fidei uestræ tenorem, atq; indiuiduæ
charitatis & cōcordiæ legem dominica pace tenuistis, & exemplum cæteris
dilectionis & pacis uestro itinere feciſtis, ut ecclesiæ ueritas & euangelici sa-
cramenti unitas, quæ à nobis tenebatur, uestro etiam cōsensu ac uinculo ne
cteretur: nec confessores CHRISTI erroris duces fierent, qui uirtutis & ho
noris autores laudabiles extitissent. Viderint quantum uobis cæteri gratu-
lentur, uel quantum apud se ipsos singuli glorientur. Ego me & gratulari sa *Gratulat Cy*
tis uobis, & plus cæteris in hac uestra pacifica regressione & charitate consi *prianus reuer*
teor, simpliciter enim quid in meo corde fuerit debetis audire. Dolebam ue *sis ad fidem.*
hementer & grauiter angebar, quod eis cōmunicare non possem quos se-
mel diligere cœpissem. Postq; uos de carcere prodeuntes schismaticus & hæ
reticus error excepit, sic res erat, quasi uestra gloria in carcere remansisset. Il-
lic enim resedisse uestri nominis dignitas uidebatur, quando milites CHRI
STI nō ad ecclesiā de carcere redirent, in quē prius cum ecclesiæ laude & gra
tulatione ueniſſent. Nam & si uidentur in ecclesia esse zizania, nō tamē im-
pediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniā zizania esse in ecclesia
cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis * imò laborandū ut frumētum *Aliàs * tan-*
esse possimus, ut cū cœperit frumentū dominicis horreis condi, fructū pro *tummodo.*
opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit: In domo *2. Tim. 2.*
autē magna nō solum uasa sunt aurea & argētea, sed & lignea & fictilia, &
quædam quidē honorata, quædā uero inhonorata. Nos operam demus,
& quantū possumus laboremus, ut uas aureum uel argenteū simus. Cæte-
rum fictilia uasa confringere domino soli concessum est, cui & uirga ferrea
data est. Esse nō potest maior domino suo seruus. Nec quisq; sibi quod soli *Ioan. 13.*
filio pater tribuit, uendicare se putet, ut ad aream uentilandam & purgandā
paleam iā ferre se posse, aut à frumēto uniuersa zizania humano iudicio se-
gregare. Superba est ista obstinatio, & sacrilega præsumptio, quā sibi furor
prauus assumit. Et dum dominū sibi semper quidā plusq; mitis iustitia de-
poscit assumunt, de ecclesia pereunt. Et dū se insolēter extollunt, ipso suo tu-
more excæcati, ueritatis lumē amittunt. Propter quod & nos temperamētū
tenentes, & librā domini cōtemplantes, & dei patris pietatē ac misericordiā
domini cogitantes, diu multūq; tractatu inter nos habito iusta moderati-
one agēda librauimus, quæ omnia penitus potestis inspicere lectis libellis,
quos hic nuper legerā, & ad uos quoq; legēdos pro cōmuni dilectione trās-
miseram, ubi lapsis nec cēsura deest quæ increpet, nec medicina quæ sanet.
Sed & catholicæ ecclesiæ unitatē quātū potuit, expressit nostra mediocritas.

Quem libellū magis ac magis nunc uobis placere confido, quādo eum iam sic legitis, ut & probetis, & ametis. Siquidē quod nos uerbis conscripsimus, uos factis impletis, quando ad ecclesiā charitatis ac pacis unitate remeatis. Opto uos fratres charissimi & desyderatissimi semper bene ualere.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad præsbyteros Rhomæ consistentes epistola, ut curent quædam ipsius scripta plebi nota fieri.

Epistola. IIII.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIBVS RHOMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS SALVTEM.

QVales literas ad derum Rhomæ agētem fecerim, quidq; illi mihi rescripserint, quid etiam Moyses & præsbyteri, & Nicostratus, & Ruffinus, diaconi, & cæteri cum eis confessores in custodia constituti, quæ ad literas meas rescripserint, ut scire possetis fratres charissimi, exempla uobis legēda transmisi. Vos curate quātum potestis pro diligentia uestra, ut scripta nostra, & illorū rescripta fratribus uestris *innotescant. Sed & si qui de peregrinis episcopi collegæ mei, uel præsbyteri, uel diaconi præsentes fuerint, uel superuenerint, hæc omnia de uobis audiāt. Et si exempla epistolarum transcribere, & ad uos perferre uoluerint, facultatem transcriptionis accipiant. Quamuis & Satyro lectori fratri nostro mandaui, ut singulis desyderantibus scribendi faciat potestatem, ut in ecclesiarū statu quoquomodo interim componendo seruetur ab omnibus una fidei cōsensio. De cæteris uero quæ agenda erunt, sicut & collegis meis plurimis scripsi, plenius consilio tractabimus, quando conuenire in unum, permittente domino, cœperimus. Opto uos fratres charissimi ac desyderatissimi semper bene ualere. Fraternitatem salutate. Valete.

*Aliàs innotescatis.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad eosdem epistola, in qua commemorat quicquid tempore persecutionis gesserit, & à maledicis se expurgat.

Epistola. V.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIBVS RHOMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS SALVTEM.

QVoniā comperi fratres charissimi minus simpliciter & minus fideliter uobis renunciari, quæ hic à nobis gesta sunt, & geruntur, necessariū duxi has ad uos literas facere, quibus actus nostri, & disciplinæ, & diligentiæ ratio redderetur. Nam sicut domini mandata instruunt, statim turbationis impetu primo, cum me clamore uiolento frequenter populus flagitasset, non tam meam salutem, cp̄ quietem fratrum publicam cogitans interim secessi, ne per inuerecundam præsentiam nostram seditio

ditio quæ cœperat, plus prouocaretur. Abſens tamẽ corpore, nec ſpiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quo minus ſecundum domini præcepta fratribus noſtris in quibus poſſem, mea mediocritate conſulerẽ. Et quid egerim, loquũtur uobis epiſtolæ pro temporibus miſſæ numero tredecim, quas ad uos tranſmiſi, in quibus nec clero conſilium meum, nec confeſſoribus exhortatio, nec extorribus, quæ oportuit obiurgatio, nec uniuerſæ fraternitati ad deprecandam dei miſericordiam, allocutio & perſuaſio noſtra defuit, quantum ſecundum legem fidei & timorem dei domino ſuggerente, noſtra mediocritas potuit niti. Poſtea uero cꝫ & tormẽta uenerunt, ſiue iam tortis fratribus noſtris, ſiue adhuc ut torquerentur incluſis, ad corroborandos & confortandos eos noſter ſermo penetrauit. Item cum comperiſſem eos qui ſacrilegis contactibus manus ſuas atq; ora maculaſſent, uel nefandis libellis, nihilominus conſcientiam polluiſſent, exambire ad martyres paſſim confeſſores quoq; importuna & gratioſa deprecatione corrumpere, ut ſine ullo diſcrimine atque examine ſingulorum darentur quotidie libellorum milia contra euangelij legem, literas feci quibus martyres & confeſſores conſilio meo quantum poſſem ad dominica præcepta reuocarem. Item præſbyteris & diaconibus non defuit ſacerdotij uigor, ut quidam minus diſciplinæ mores & temeraria feſtinatione præcipites, qui cum lapſis communicare iã cœperant, comprimerentur. Intercedentibus nobis plebi ipſi quoq; quantum potuimus compoſuimus, & ut in eccleſiaſtica diſciplina ſeruarentur, inſtruximus. Poſtmodum uero cum quidam de lapſis, ſiue ſua ſponte, ſiue alio incitatore audaci flagitatione proruerent, ut pacem ſibi à martyribus & confeſſoribus promiſſam extorquere uiolento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum literas feci: & legi eis mandaui, ut ad illorum uiolentiam interim quoquo genere mitigãdam, ſi qui libello à martyribus accepto de ſeculo excederent, ex homologeſi facta & manu eius in pœnitẽtiam impoſita, cum pace ſibi à martyribus promiſſa ad dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me autorem temere conſtitui. Sed cum uidereтur & honor martyribus habendus, & eorum qui omnia turbare cupiebant impetus comprimendus, & præterea ueſtra ſcripta legiſſem, quæ ad clerum noſtrum per Crementum hypodiaconum nuper feceratis, ut iſs qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communicationem deſyderarent, ſubueniretur, ſtandum putaui & cum ueſtra ſentẽtia, ne actus noſter qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia debet, in aliquo diſcreparet, planè cæterorum cauſas quamuis libello à martyribus accepto differri mandaui, & in noſtra præſentia reſeruari, ut cum pace à domino nobis data plures præpoſiti conuenire in unum cœperimus, communicato etiam uobiſcum cõſilio diſponere ſingula & formare poſſimus. Opto uos fratres chariſſimi ſemper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad eosdem epistola, rogans ut his fratribus qui in carcere etiam cõstituti, omnis humanitas præbeatur, ac tempus eorum annotetur qui diem suum obeunt.

Epistola VI.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

Vanꝯ sciam uos fratres charissimi literis meis frequenter admonitos esse, ut glorioſa uoce domino confessis, & in carcere cõstitutis omnis diligentia præbeaꝛ, tamen identidem uobis incumbo, ne quid ad curam desit ijs quibus ad gloriam nihil deest. Atqꝫ utinam loci & gradus mei conditio permitteret, ut ipse nunc præsens esse possem, promptus & libens solenni ministerio cuncta circa fortissimos fratres nostros dilectionis obsequia complerem. Sed officium meum uestra diligentia præsentet, & faciat omnia quæ fieri oportet circa eos, quos in talibus meritis fidei ac uirtutis suæ illustrauit diuina dignatio. Corporibus etiam omnium, (qui & si torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt) impartiatur & uigilantia & cura propensior. Neqꝫ enim uirtus eorum aut honor minor est, quo minus ipsi quoque inter beatos martyres aggregentur. Quod in illis est tolerauerunt, quicquid tolerare parati & prompti fuerant. Qui se tormẽtis & morti sub oculis dei obtulit, passus est quicquid pati uoluit. Non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt. Sicut scriptum

Mar. 8. Luc. 12. Matth. 10. est: Qui in me confessus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram patre meo qui in cœlis est. Confessi sunt dicit dominus. Qui tolerauerit usqꝫ in finem hic saluus erit. Tolerauerunt, & ad finem usqꝫ incorrupta & immaculata uirtutum suarum merita pertulerũt. Et iterum scriptum

Apoca. 2. est: Esto fidelis usqꝫ ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Vsqꝫ ad mortem fideles & stabiles, & inexpugnabiles peruenerunt. Cum uoluntati nostræ & confessioni in carcere & uinculis * accidit monendi terminus, consummata martyris gloria est. Deniqꝫ & dies eorum quibus excedunt annotare, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Quanꝯ Tertullus fidelissimus & deuotissimus frater noster inter cætera solicitudinem & curam suam cum fratribus in omni obsequio operationis impartit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit ac scribat, ac significet mihi dies quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu transeunt, & celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito uobiscum domino prosperante celebrabimus. Pauperibus quoqꝫ (ut sæpe iam scripsi) cura ac diligentia uestra non desit, ijs tamẽ qui in fide stantes, & nobiscum fortiter militantes, CHRISTI castra non reliquerunt: quibus quidem nunc maior à nobis

Aliàs * accedit

Pauperes cõmendat.

nobis dilectio & cura præstanda est, quod nec paupertate adacti, nec persecutionis tempestate prostrati, dum domino fideliter seruiunt, cæteris quoq; pauperibus exemplum fidei præbuerunt. Opto uos fratres charissimi, ac desyderatissimi semper bene ualere, & nostri meminisse. Fraternitatem meo nomine salutate.

ARGVMENTVN SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Lucium & qui cum eo sunt epistola, de acceptis literis non mediocres gratias referens.

Epistola VII.

CYPRIANVS FRATRI ET COLLEGAE LVCIO, ET QVI CVM EO SVNT FRATRES OMNES IN DEO SALVTEM.

EXultantibus nobis & lætantibus in deo quod nos in congressione armauerit, & in prælio uictores sua dignatione fecerit, superuenerunt literæ tuæ frater charissime, quas per Herennianum hypodiaconum, & Lucanum, & Maximum, & Amātium acolythos misisti nobis, quibus lectis recepimus in uinculis laxamentum, in pressura solatium, & in necessitate præsidiū, & excitati sumus & robustius animati ad si quid amplius fuerit pœnarum. Nam ante passionem à te sumus ad gloriā prouocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis CHRISTI præbuisti. Nos uero secuti uestigia confessionis tuæ parem gratiam tecum speramus. Nam qui prior est in cursu, prior est & ad præmium, & qui prior occupasti de quo cœpisti, inde hoc nobis cōmunicasti. Demonstrationem sci licet & indiuiduam charitatem, qua semper nos dilexisti, ut quibus unus fuit spiritus in coniunctione pacis, esset precum tuarum gratia & una corona confessionis. Accessit autem tibi frater charissime ad confessionis coronam retributio operum abundans mensura, quam accipies à domino in die remunerationis, qui te nobis literis tuis repræsentasti, ut pectus illud tuum cādidum & beatum, quod semper nouimus, manifestares, & secundum latitudinem eius nobiscum laudes deo diceres, non quantum nos meremur audire, sed quantum tu potes dicere. Tuis enim uocibus & quæ minus in nobis instructa erāt & ornasti, & confirmasti, & ad sustentationem earundem passionum, quas patienter ferimus, securi de præmio cœlesti & de corona martyrij, & de regno dei ad prophetiam quam literis tuis spiritu sancto plenus spopondisti. Hoc totum fiet dilectissime, si nos orationibus tuis in mente habueris. Quod & te facere confido sicut & nos utique facimus. Accepimus itaque frater desyderatissime id quod & à Quirino, & à teipso misisti sacrificium ex omni opere mundo, sicut & Noë obtulit deo, & delectatus est deus in odorem suauitatis, & respexit in sacrificium eius: Ita & in uestrum respiciat, & delectetur reddere uobis huius tam boni operis mer/

ris mercedem. Peto autem ut literas quas ad Quirinum fecimus, transmitti præcipias. Opto te frater chariſſime ac deſyderatiſſime ſemper bene ualere,& noſtri meminiſſe. Saluta omnes qui tecum ſunt.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Fidum præſbyterum epiſtola de infantibus baptizandis.

Epiſtola. VIII.

CYPRIANVS ET CAETERI COLLEGAE QVI IN CONCILIO AFFVERVNT NVMERO LXVI. FIDO FRATRI SALVTEM.

Therapius decreti trāſgreſſor.

Egimus literas tuas frater chariſſime quibus ſignificaſti de Victore quodā præſbytero, quod ei antecp̄ pœnitētiam plenam egiſſet,& domino deo in quē deliquerat,ſatiſfeciſſet, temere Therapius collega noſter immaturo tempore & præpropera feſtinatione pacē dederit. Quæ res nos ſatis mouit receſſum eſſe à decreti noſtri autoritate, ut ante legitimum & plenum tempus ſatiſfactionis,& ſine petitu & conſcientia plebis nulla infirmitate urgente,ac neceſſitate cogente pax ei concederetur. Sed

Aliàs *librato. *librato apud nos diu cōſilio ſatis fuit obiurgare Therapium collegam noſtrū,quod temere hoc fecerit,& inſtruxiſſe ne quid tale de cætero faciat. Pacem tamē quomodocunq; à ſacerdote dei ſemel datam non putauimus auferendam,ac per hoc Victori communicationē ſibi traditam uſurpare permiſimus.

Baptizandi inſtitutio. Quantum uero ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum uel tertium diē quo nati ſunt conſtitutos baptizari nō oportere, & conſyderandam legē eſſe circunciſionis antiquæ,ut intra octauum diē eū qui natus eſt,baptizandum & ſanctificandum non putares,longe aliud in concilio noſtro omnibus uiſum eſt. In hoc em̄ quod tu putabas eſſe faciendum,nemo conſenſit, ſed uniuerſi potius iudicauimus nulli hominū nato miſericordiam dei & gratiam denegandam. Nam cū dominus in euāgelio

Luc.9. ſuo dicat:Filius hominis non uenit animas hominum perdere,ſed ſaluare, quantum in nobis eſt,ſi fieri poteſt nulla anima perdēda eſt. Quid enim ei deeſt,qui ſemel in utero, dei manibus formatus eſt? Nobis enim atq; oculis noſtris ſecundum dierum ſecularium curſum accipere,qui nati ſunt,incrementum uidētur.

Opera dei perfecta. Cæterum quæcunq; à deo fiunt,dei factoris maieſtate & opere perfecta ſunt. Eſſe denicq; apud omnes, ſiue infantes, ſiue maiores natu unam diuini muneris æqualitatē, declarat nobis ſcripturæ diuinæ fides,

4 Reg.4. cum Heliſeus ſuper infantem uiduæ filium qui mortuus iacebat, ita ſe deū deprecans ſuperſtrauit,ut capiti caput,& faciei facies applicaretur, & ſuperfuſi Heliſei membra ſingulis paruuli membris & pedes pedibus iungerentur. Quæ res ſi ſecundum natiuitatis noſtræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & prouecto infans non poſſet æquari, nec coherere & ſufficere poſſent

possent parua membra maioribus. Sed illic æqualitas diuina & spiritalis exprimitur, quod pares atq; æquales sint omnes homines, quando à deo semel facti sunt, & possit ætatis nostræ incrementis corporum secũdum secũlum, non secundum deum haberi discrimen, nisi & gratia ipsa, quæ & baptizatis datur, pro ætate accipientium uel minor, uel maior tribuitur, cum spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atq; indulgentia paterna æqualis omnibus præbeatur. Nã deus ut personam non accipit, sic nec ætatẽ, cum se omnibus ad cœlestis gratiæ consequutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quod uestigium infantis in primis partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti, quod unusquisq; nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cœlestem gloriam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim: Omnia sunt munda mundis. Nec aliquis nostrũ id debet horrere, quod deus dignatus est facere. Nam & si adhuc infans à partu nouus est, non ita est tamen ut quisq; illũ in gratia danda atq; in pace faciẽda horrere debeat osculari, quãdo in osculo infantis unus quisq; nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodãmodo exosculamur, quando id quod deus fecit amplectimur. Nam quod in Iudaica circũcisione carnali octauus dies obseruabatur, sacramẽtum est in umbra atq; imagine ante præmissum, sed ueniente CHRISTO in ueritate completũ. Nã quia octauus dies *idem post sabbatum primus dies futurus erat, quo dominus resurgeret & nos uiuificaret, & circuncisionem nobis spiritalẽ daret, hic dies octauus, id est, post sabbatum primus & dominicus præcessit in imagine. Quæ imago cessauit postmodũ superueniẽte ueritate, & data nobis spiritali circuncisione. Propter quod neminem putamus à gratia consequenda impediendum esse ea lege, quæ iam statuta est, nec spiritalem circũcisionem impediri carnali circuncisione debere. Sed omnem omnino hominem admittendũ esse ad gratiam CHRISTI, cũ & Petrus in Actibus apostolorum loquatur & dicat: Dominus mihi dixit neminem hominẽ cõmunẽ dicendum & immundum. Cæterũ si homines impedire aliud ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos, & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porrò autẽ si etiam grauissimis delictoribus & in deum multũ ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit: qui ad remissam peccatorũ accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Et idcirco frater charissime hæc fuit in concilio nostra sententia à baptismo atq; à gratia dei (qui omnibus misericors & benignus & pius est) neminem per nos debere prohiberi.

Homines pares.

Colos. 3.

Titum. 1.

Circuncisionis dies.

*Aliàs *id est.*

Gratia nulli denegãda.

Actu. 10.

Baptismus nemini denegandus.

Quod

Quod cum circa uniuersos obseruandum sit atq; retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de diuina misericordia plus merent, quod in primo statim natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes nil aliud faciunt q̄ deprecātur. Optamus te frater charissime semper bene ualere.

ARGVMENTVN SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Rogatianum episcopum epistola de diacono qui contra episcopum contendit, in qua docet quæ sit sacerdotalis potestas, debereque diaconem audaciæ suæ pœnitentiam agere.

Epistola IX.

CYPRIANVS ROGATIANO FRATRI SALVTEM.

GRauiter & dolenter commoti sumus, ego & collegæ mei qui præsentes aderāt, frater charissime lectis literis tuis, quibus de diacono tuo conquestus es, quod immemor sacerdotalis loci tui, ac ministerij sui oblitus, contumelijs & iniurijs suis te exacerbauerit, & tu quidem honorifice circa nos & pro solita tua humilitate feciſti, ut malles de eo conqueri, cum pro episcopatus uigore & cathedræ autoritate haberes potestatē, qua possis de illo statim uindicari: certus quod collegæ tui omnes ratum haberemus quodcunq; circa diaconum tuum contumelioſum sacerdotali potesta te feciſſes, habēs circa huiusmodi homines præcepta diuina, cum dominus
Deute. 17. deus in Deuteronomio dicat: Et homo quicunq; fuerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicū q; fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit timebit, & non agent impie etiam nunc, & ut sciamus hanc dei uocem cum uera & summa maiestate eius processisse ad honorandos ac uindicandos sacerdotes suos, cū aduersus Aaron
Nume. 16. sacerdotem tres de ministris Chore, Dathan, & Abiron ausi sunt superbisse, & ceruicem suam extollere, & sacerdoti præposito se adæquare, hiatu terræ absorpti ac deuorati, pœnas statim sacrilegæ audaciæ persoluerunt. Nec soli illi, sed & cæteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpente à domino igne consumpti sunt, ut probarentur sacerdotes dei ab eo qui sacerdotes facit uindicari. In libro quoq; regum, cum Sa
1. Reg. 8. muel sacerdos à Iudæorum populo ob senectutem (sicut tu modo) contemneretur, exclamauit iratus dominus & dixit: nō te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et ut hoc ulciſceretur excitauit eis Saul regem, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas superbum populum cal caret & premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultione diuina uindicaretur. Sed & Salomon in spiritu sancto cōstitutus testatur & do
Eccl. 7. cet, quæ sit sacerdotalis autoritas & potestas dicens: Ex tota anima tua time deum, & sacerdotes eius sanctifica: & iterum: Honora deum ex tota anima

ma tua,& honorifica ſacerdotes eius.Quorum præceptorum memor beatus apoſtolus Paulus, ſecundum quod in Actibus apoſtolorum legimus, cum ei diceretur:Sic inſilis in ſacerdotem dei maledicendo? Reſpondit & dixit:Neſciebam fratres quia pontifex eſt. ſcriptum eſt enim:Principem populi tui non maledices.Dominus etiã noſter ipſe IESVS CHRISTVS rex & iudex & deus noſter uſq; ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificibus & ſacerdotibus,quamuis illi nec timorem dei,nec agnitionem CHRISTI ſeruaſſent. Nam cum leproſum emundaſſet dixit illi: Vade & monſtra te ſacerdoti, & offer donum.Humilitate ea qua nos quoque eſſe humiles docuit.Sacerdotem adhuc appellabat,quem ſciebat eſſe ſacrilegum. Itẽ ſub ictu paſſionis cum alapam accepiſſet, & ei diceretur:ſic reſpondes pontifici? nil ille contumelioſe loquutus eſt in perſonam pontificis, ſed magis innocentiam ſuam tuitus eſt dicens: Si male locutus ſum,exprobra de malo,ſi autem bene,quid me cædis? Quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter & patienter, ut nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim ſacerdotes ueros legitime & plene honorare, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit.Meminiſſe autem diaconi debent,quoniam apoſtolos,id eſt,epiſcopos & præpoſitos dominus elegit. Diaconos autẽ poſt aſcenſum domini in cœlos apoſtoli ſibi conſtituerunt epiſcopatus ſui & eccleſiæ miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra deum poſſumus, qui epiſcopos facit,poſſunt & hĳ contra nos audere, à quibus diaconi fiunt, & ideo oportet diaconum de quo ſcribis,agere audaciæ ſuæ pœnitentiam, ut honorem ſacerdotis agnoſcat, & epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatiſfacere. Hæc ſunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus ſchiſmaticorum male cogitantium,ut ſibi placeant, ut præpoſitum ſuperbo tumore contemnant.Sic de eccleſia receditur,ſic altare prophanum foris collocatur,ſic contra pacem CHRISTI & ordinationem atq; unitatem dei rebellatur. Quod ſi ultra te contumelĳs ſuis exacerbauerit & prouocauerit, fungaris circa eum poteſtate honoris tui, ut eum uel deponas uel abſtineas. Nam ſi apoſtolus Paulus ad Timotheum ſcribens dixit: Iuuentutem tuam nemo deſpiciat, quanto magis tibi à collegis tuis dicendum eſt.Senectutem tuam nemo deſpiciat. Et quoniam ſcripſiſti quendam cum eodem diacono tuo ſe miſcuiſſe, & ſuperbiæ eius atque audaciæ participem eſſe, hunc quoque & ſi qui alĳ tales extiterint, & contra ſacerdotem dei fecerint, uel cohercere poteris uel abſtinere. Niſi quod hortamur & monemus, ut peccaſſe ſe potius intelligant & ſatiſfaciant,& nos propoſitum noſtrum tenere patiantur. Magis enim optamus & cupimus contumelias & iniuriam ſingulorum clementi patientia uincere,quàm ſacerdotali licentia uindicare. Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

Actuũ.23.

Exod. 22

Luc.5.

Ioan.18.

Ordinis eccleſiaſtici ſeries.

1. Timo.4.

ARGVMENTVN SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad præsbyteros & diacones epistola, ut diligentiores sint circa ea gerenda, quæ administratio religiosa deposcit.

Epistola. X.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

OPtaueram quidem fratres charissimi, ut uniuersum clerum nostrum integrũ & incolumẽ meis literis salutarem. Sed quoniã infesta tempestas, quæ plebẽ nostram ex maxima parte prostrauit, hinc quoq; addit nostris doloribus cumulum, ut etiã cleri portionẽ sua strage perstringeret, oramus dominũ ut uos, quos in constantia & fidei uirtute stare cognouimus, tutos quoq; in posterum per diuinã misericordiam salutemus, & quanc̃p causa compelleret, ut ipse ad uos properare & uenire deberẽ, primo cupiditate & desyderio uestri, quæ res in uotis meis summa est, tũ deinde ut ea quæ circa ecclesiæ gubernaculum utilitas cõmunis exposcit, tractare simul & plurimorum consilio examinata delimare possimus, tamen potius uisum est adhuc interim latebram & quietem tenere respectu utilitatũ aliarum, quæ ad pacem omnium nostrorum pertinent & salutem, * quarũ uobis à Tertullo fratre nostro charissimo ratio reddetur, qui pro cætera sua cura, quam impense diuinis operibus impartit, etiã huius cõsiliĩ autor fuit, ut cautus & moderatus existerẽ, nec eis locis in quibus totiens flagitatus & quæsitus fuissem, me temere cõmitterem. Fretus ergo dilectione & religione uestra, quam satis noui, his literis & hortor & mando, ut uos quorum mini me illic inuidiosa & non adeo periculosa præsentia est, uice mea fungamini circa gerẽda ea quæ administratio religiosa deposcit. Habeat interim quantũ potest pauperũ cura, sed qui tamen inconcussa fide stantes gregẽ CHRISTI nõ reliquerunt, ut his ad tolerandam penuriã sumptus per uestrã diligentiam suggeratur, ne quod circa fidentes tempestas nõ fecit, circa laborãtes necessitas faciat. Confessoribus etiam glorioſis impartiatur cura propensior. Et quanc̃p sciam plurimos ex his fratrum uoto & dilectione susceptos, tamen si qui sunt, qui uel uestitu, uel sumptu indigeant, sicut etiam pridẽ uobis scripseram, cũ adhuc essent in carcere constituti, subministrẽtur eis quæcunq; necessaria sunt, ut sciant ex nobis & instruantur & discant, quid secundum scripturarum magisterium ecclesiastica disciplina deposcat, humiles & modestos & quietos esse debere, ut honorem sui nominis seruent, ut qui glorioſi uoce fuerunt, sint & moribus glorioſi. Faciant se dignos, ut in omnibus dominũ promerentes, ad cœlestem coronam laudis suæ consummatione perueniant. Plus enim superest c̃p quod transactũ uidetur, cum scriptũ sit: Ante mortem ne laudes hominem quẽc̃p. Et iterum: Esto fidelis usq; ad mortem

* Aliàs quorũ

Pauperum cõmendatio.

Eccl. 11.

Apoca. 2.

mortem,& dabo tibi coronam uitæ.Et dominus quoq; dicat: Qui tolera- Matth.10.
uerit usque ad finem,hic saluabitur.Imitentur dominum qui sub ipso tem-
pore passionis non superbior, sed humilior fuit. Tunc enim discipulorum
suorum pedes lauit dicens: Si ego laui pedes uestros magister & domi- Ioan.13.
nus, & uos debetis aliorum pedes lauare. Exemplum enim dedi uobis, ut
sicut ego feci, & uos alijs faciatis. Item Pauli apostoli documenta testan-
tur, qui post carcerem sæpe repetitum, post flagella, post bestias, circa
omnia mitis & humilis perseuerauit,nec post tertium cœlum & paradisum
quicquam sibi insolenter assumpsit dicens: Neque enim gratis panem man 2.Thessa.3.
ducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes,
ut ne quem uestrum grauaremus. Hæc singula oro uos insinuate fratribus
nostris. Et quia is exaltabitur, qui se humiliauerit, nunc est ut magis insi- Luc.14.
diantem aduersarium metuant qui fortiorem quenq; magis aggreditur,
& acrior factus hoc ipso, quia uictus est,superantem superare conatur.Do
minus faciat, ut & ego iterum illos uidere & salutari exhortatione compo-
nere mentes eorum ad seruandam gloriã suam possim.Doleo enim quan-
do audio quosdam improbe & insolenter discurrere ad ineptias, uel ad di-
scordias uacare, CHRISTI membra etiam CHRISTVM confessa per con-
cubitus illicitos inquinari: nec à diaconis aut præsbyteris regi posse, sed id
agere, ut per paucorum prauos & malos mores, multorum & bonorum
confessorum gloria honesta maculetur: quos uereri debent,ne ipsorum te- Paucorũ ma-
stimonio & iudicio condemnati ab eorum societate priuentur. Is enim de- licia cæteros
mum confessor illustris & uerus est, de quo postmodum non erubescit ec- inficit.
clesia, sed gloriatur. Ad id uero quod scripserunt mihi cõpræsbyteri nostri
Donatus & Nouatus,& Curdius,solus rescribere nil potui, cum à primor-
dio episcopatus mei statuerim nihil sine consilio uestro,& sine consensu ple
bis mea priuatim sententia gerere. Sed cum ad uos per dei gratiam uene-
ro, tunc de ijs quæ uel gesta sunt, uel gerenda,sicut honor mutuus poscit in
commune tractabimus.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Cornelium papam epistola de nonnullis ad ecclesiam reuersis,qui schisma-
ticorum uenenata astutia circunuenti fuerant.

Epistola. XI.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

Vantam solicitudinem & anxietatem sustinuimus de his confessoribus,qui dolo & malitia hominis & callidi,& ue teratoris fuerant circunuenti & penè decepti, & ab eccle-sia alienati, tantam lætitiam adepti sumus, & deo omni-potenti, & CHRISTO domino nostro gratias agimus, cum eos cognito suo errore intelligamus hominis mali-

gni uelut ſerpentis aſtutia uenenata derelicta, ad eccleſiam unde exierant, ſicut ipſi ex ſuo corde profitentur, ſimplici uoluntate ueniſſe. Et primo quidem fratres noſtri probatæ fidei amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illorum, horum molliciem nunciabant. Fides tamen non idonea, ut facile nobis credere daretur, illos penitus eſſe mutatos. Poſtea uero quàm Vrbanus & Sidonius confeſſores ad præſbyteros noſtros uenerũt, affirmantes Maximum confeſſorem & præſbyterum ſecum pariter cupere in eccleſiam redire, ſed quoniam multa præceſſerant ab eis deſignata, quæ tu quoque epiſcoporum noſtrorum & meis literis cognouiſti, ne temere eis fides haberetur, ex ipſorum ore & confeſſione iſta quæ per legationem mandauerant placuit audiri, qui cum ueniſſent, & à præſbyteris qui geſſerant exigerentur, nouiſſime quod per omnes eccleſias literæ calumnijs & maledictis plenæ eorum nomine frequenter miſſæ fuiſſent, & penè omnes eccleſias perturbaſſent, circunuentos ſe eſſe affirmauerunt, neque in iſtis literis quid ineſſet, ſciſſe, tantummodo circunductos ſe commiſiſſe quoque ſchiſmata, & hæreſis autores fuiſſe, ut paterentur & manus quaſi epiſcopatum imponi, qui cum & cæteris fuiſſent exprobrarẽtur, aut aborlerentur, & de memoria tollerentur deprecati ſunt. Omni actu ad me perlato placuit contrahi preſbyterium, affuerunt etiam epiſcopi quinque qui & hodie præſentes fuerunt, ut firmato conſilio, quid circa perſonam eorum obſeruari deberet, conſenſu omnium ſtatueretur. Et ut motum omnium & conſilium ſingulorum dinoſceres, etiam ſententias noſtras placuit in notiReuerſi ad fidem. cias ueſtras perferri, quas & ſubiectas leges. His ita geſtis, in præſbyterium uenerunt Maximus, Vrbanus, & Sidonius, & plerique fratres qui eis ſe adiunxerunt, ſummis precibus deſyderantes, ut ea quæ ante fuerant geſta, in obliuionem cederent, nullàque eorum mentio haberetur perinde ac/ q3 ſi nihil eſſet uel commiſſum, uel dictum inuicem, omnibus remiſſis cor mundum & purum, ſequentes euangelicam uocem beatos eſſe puros corde quod iam ſperent dominum. Quod erat conſequens omnis hic actus populo fuerat inſinuandus, ut & ipſos uiderent in eccleſia conſtitutos quos errantes & palabundos iam uiderant & dolebant: quorum uoluntate cognita, magnus fraternitatis concurſus factus eſt. Vna uox erat omnium gratias deo agentium, gaudium pectoris lachrymis exprimentes, complectentes eos quaſi hodie pœna carceris fuiſſent liberati. Et ut ipſorum propria uerba deſignem. Nos, inquiunt, Cornelium epiſcopum ſanctiſſimæ catholicæ eccleſiæ erectum à deo omnipotente & CHRISTO domino noſtro ſcimus. Nos errorem noſtrum confitemur. Circunuenti ſumus perfidiæ loquacitate factioſa amentes. Videbamur quaſi quandam communicationem cum ſchiſmatico homine habuiſſe. Syncera tamen mens noſtra ſemper in eccleſia fuit, nec ignoramus unum deum eſſe, & unum CHRISTVM

eſſe

esse dominum, quem confessi sumus, unum spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere. Ista eorum professione non mouemur, ut quod apud potestatem seculi erant confessi, in ecclesia constituti comprobarent. Quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus. Cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia reseruata. Hæc igitur frater eadem hora, eodem momento ad te perscripta transmisimus, & Nicephorum acolythum descendere ad nauigandum festinantem, ad uos statim dimisi, ut nulla procrastinatiõe habita, uelut præsens in isto dero, & in isto populi cœtu deo omnipotenti & CHRISTO domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo iam pro certo confidimus, cæteros quoque qui in hoc errore sunt constituti in ecclesiam breui reuersuros, cum autores suos uiderint nobiscum agere. Has literas puto te debere frater, & ad cæteras ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici huius & hæretici dolum & præuaricationem de die in diẽ euacuari.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad eundem epistola de quibusdam schismaticis.

Epistola. XII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

NE quid minus ad pœnam futuram huius scelerati hominis deesset, prostratus uirtutibus dei (cum Maximus & Longinus, & Macheus inde fuissent expulsi) denuo resurrexit, & sicut prioribus literis tibi quas per Augendum confessorem misi, significaueram Nicostratum & Nouatum, & Euaristum, & Primum, & Dionysium illò iam peruenisse. Inuigiletur ergo ut omnibus coepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum patronæ suæ carnali, cuius rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, uerum etiam quod est illi ad perpetuam pœnam reseruatum, ecclesiæ deposita non modica abstulisse: Euaristum uero autorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antea præfuerat, in locum eius episcopum esse constitutum. Maiora uero & grauiora hic designauit malicia & inexplebili prauitate sua, quàm quæ illic apud suos semper exercuit, ut scias quales duces & protectores schismaticus & hæreticus lateri suo semper iunctos habeat.

Nicostratus reus criminũ.

Euaristus schismatis autor.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Stephanum epistola de Martiano Arelatensi episcopo hæresiarcha, ut eo abstento, alius loco eius substituatur, & in refouendis CHRISTI ouibus diligentia plena exhibeatur.

Epistola XIII.

CYPRIANVS STEPHANO FRATRI SALVTEM.

Austinus collega noster Lugduni consistẽs frater charissime semel atq; iterũ mihi scripsit, significans ea quæ etiã uobis scio utiq; nunciata tam ab eo q̃ cæteris coepiscopis nostris in prouincia constitutis, quod Martianus Arelate cõsistens, Nouatiano se cõiunxerit, & à catholicæ ecclesiæ ueritate atq; à corporis nostri & sacerdotij cõsensione disiunxerit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam prauitatem, ut seruis dei pro eo dolẽtibus & ad ecclesiam lachrymis & gemitu, & dolore pulsantibus diuinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia cludantur. Nec ad fouenda uulnera admittantur uulnerati, sed sine spe pacis & communionis relicti ad luporum rapinam & prædam diaboli proiiciantur. Cui rei nostrum est consulere & subuenire frater charissime, qui diuinam clementiã cogitantes, & gubernandæ ecclesiæ libram tenentes, sic censuram uigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis, & curandis uulneratis, bonitatis & misericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas literas ad coepiscopos nostros in Gallijs constitutos, ne ultra Martianum peruicacem & superbum, & diuinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum collegio nostro insultare patiãtur, quod nec dum à nobis uidetur abstentus, qui iam pridem iactat & prædicat quod Nouatiano studens, & eius peruicaciam sequens à cõmunicatione se nostra segregauerit, cum Nouatianus ipse quem sequitur olim abstentus & hostis ecclesiæ iudicatus sit, & cum ad nos in Africam legatum misisset, optans ad communionem nostram admitti, hinc à concilio plurimorum sacerdotum qui præsentes eramus, sententiam retulerit se foris esse cœpisse, nec posse à quoquam nostri sibi communicari, qui episcopo Cornelio in catholica ecclesia de dei iudicio & cleri ac plebis suffragio ordinato profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & sacrilega contra uerum sacerdotem sacrificia offerre tentauerit. Proinde si resipiscere & ad sanæ mentis consilium redire uellet, ageret pœnitentiam, & ad ecclesiam supplex rediret. Quàm uanum est frater charissime ut Nouatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem à sacerdotibus dei abstento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, & de maiestate ac dignitate ecclesiæ iudicare. Dirigantur in prouinciam & ad plebem Arelate consistentem à te literæ, quibus abstento Martiano, alius in locum eius substituatur, & grex CHRISTI qui in hodiernũ ab illo dissipatus & uulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine pace, uel cæteris subueniatur qui supersunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt, & diuinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opitulationis

Lapsis medicina danda.

Nouatianus ecclesiæ hostis

opitulationis expoſcunt. Idcirco enim frater chariſſime copioſum corpus eſt ſacerdotum cõcordiæ mutuæ glutine atq; unitatis uinculo copulatum, ut ſi quis ex collegio noſtro hæreſim facere, & gregem CHRISTI lacerare & uaſtare tentauerit, ſubueniant cæteri, & quaſi paſtores utiles & miſericordes, oues dominicas in gregem colligant. Quid enim ſi in mari portus aliquis munitionibus ſuis ruptis infeſtus & periculoſus eſſe nauibus cœperit, nónne nauigantes ad proximos portus naues ſuas dirigunt, ubi ſit tutus & ſalutaris introitus, & ſtatio ſecura? Aut ſi in uia ſtabulum aliquod obſideri & teneri à latronibus cœperit, ut quiſquis ingreſſus fuerit, inſidiantium illic infeſtatione capiatur, nónne commeantes, hac opinione comperta, ſtabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi ſint fida hoſpitia & receptacula commeantibus tuta? Quod neceſſe eſt: apud nos eſſe frater chariſſime debet, ut fratres noſtros, qui iactati Martiani ſcopulis petunt eccleſiæ portus ſalutares, ſuſcipiamus ad nos prompta & benigna humanitate, & ſtabulum commeantibus præbeamus tale, quale eſt in euangelio, quo à latronibus ſauciati & uulnerati ſuſcipi & foueri, & tutari ab ſtabulario poſſint. Quæ eſt enim maior aut melior cura præpoſitorum, quàm diligenti ſolicitudine & medela ſalubri fouendis & conſeruandis ouibus prouidere? cum dominus loquatur & dicat: Quod infirmatum eſt non confortaſtis, & quod male habuit, non corroboraſtis, & quod contribulatum eſt, non conſolidaſtis, quod errauit, non reuocaſtis, & quod periit, non inquiſiſtis, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non ſint paſtores, & factæ ſunt in commeſturam omnibus beſtijs agri, & non fuit qui inquireret neq; qui reuocaret, propterea hæc dicit dominus: Ecce ego ſuper paſtores, & inquirã oues meas de manibus eorum, & auertam eos ut non paſcant oues meas, & iam nõ paſcent eas, & extraham eas de ore eorum, & paſcam eas cum iudicio. Cum ergo paſtoribus talibus per quos dominicæ oues negligũtur & pereunt, ſic comminetur, quid nos aliud facere oportet frater chariſſime, cũ colligendis & refouendis CHRISTI ouibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapſorum uulneribus paternæ pietatis adhibere medicinam, cum etiam dominus in euangelio moneat & dicat: Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus, nam & ſi paſtores multi ſumus, unum tamen gregẽ paſcimus, & oues uniuerſas quas CHRISTVS ſanguine ſuo & paſſione quæſiuit, colligere & fouere debemus, nec pati ſupplices & dolentes fratres noſtros crudeliter deſpici, & ſuperba quorũdam præſumptione calcari, cum ſcriptũ ſit: Ille autẽ qui contumax eſt uir ſui iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanq; infernus animã ſuã, & eiuſmodi omnes dñs in euangelio culpet & damnet dicens: Vos eſtis qui iuſtificatis uos in cõſpectu hominũ, deus autẽ dinoſcit corda ueſtra, quoniã quod excelſum eſt in hominibus, execratio eſt in conſpectu dei. Execrabiles & deteſtabiles dicit eſſe, qui ſibi placeant,

Sacerdotum corpus cur copioſum.

Luc. 10.

Ezech. 34.

Matth. 9.

Luc. 16.

qui tumidi & inflati aliquid ſibi arroganter aſſumant. Ex quibus cum Martianus eſſe cœperit, & ſe Nouatiano coniungens aduerſarius miſericordiæ & pietatis extiterit, ſententiam non dicat, ſed accipiat, nec ſic agat quaſi ipſe iudicauerit de collegio ſacerdotum, cum ipſe ſit ab uniuerſis ſacerdotibus iudicatus. Seruãdus eſt enim anteceſſorum noſtrorum beatorum martyrum Cornelij & Lucij honor glorioſus, quorum memoriam cũ nos honoremus multo magis tu frater chariſſime honorificare & ſeruare grauitate & autoritate tua debes, qui uicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni ſpiritu domini & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non eſſe literis ſuis ſignauerunt. quam rem omnes omnino ubique cenſuimus. Neq; enim poterat eſſe apud nos ſenſus diuerſus, in quibus unus eſſet ſpiritus, & ideo manifeſtum eſt eum ſpiritus ſancti ueritatem cum cæteris non tenere, quem uidemus diuerſa ſentire. Significa planè nobis quis in locum Martiani Arelate fuerit ſubſtitutus, ut ſciamus ad quem fratres noſtros dirigere & cui ſcribere debeamus. Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

ARGVMENTVN EPISTOLAE SEQVENTIS.

Maximi, Vrbani, Sidonij, Macarij epiſtola ad Cyprianum.

CYPRIANO FRATRI MAXIMVS, VRBANVS, SIDONIVS, ET MACARIVS SALVTEM.

GErti ſumus frater chariſſime te quoq; nobiſcum pari uoto congaudere, quod nos habito conſilio, utilitatibus eccleſiæ & paci magis conſulentes, omnibus rebus prætermiſſis, & iudicio dei ſeruatis, cum Cornelio epiſcopo noſtro pariter & cum uniuerſo clero pacem feciſſe, cum gaudio etiam uniuerſæ eccleſiæ prona etiam omnium charitate hoc factum his literis noſtris ſcire certiſſime debuiſti. Oramus te frater chariſſime multis annis bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum de quibuſdam præſbyteris epiſtola, qui temere pacem lapſis dederunt, necdum ſedata perſecutione, & circa conſcientiam epiſcoporum.

Epiſtola. XIIII.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

DIu patientiam meã tenui fratres chariſſimi, quaſi uerecundum ſilẽtium noſtrum proficeret ad quietẽ. Sed cum quorundam immoderata & abrupta præſumptio temeritate ſua & honorẽ martyrum, & confeſſorum pudorẽ, & plebis uniuerſæ tranquillitatẽ turbare conet' tacere ultra nõ oportet, ne ad periculũ & plebis pariter & noſtrorũ taciturnitas nimia procedat.

Taciturnitas nimia nocet.

Quod

Quod enim non periculum metuere debemus de offensa domini, cū aliqui de præsbyteris nec euāgelij, nec loci sui memores, sed neq; futurum domini iudiciū, neq; nunc sibi præpositum episcopū cogitantes, quod nunc̄q; omni no sub antecessoribus factum est, cū contumelia & contemptu præpositi to tum sibi uindicent. Atq; utinam non prostrata fratrum nostrorū salute sibi omnia uindicarent. Cōtumelias episcopatus nostri dissimulare & ferre pos- Dissimulandū nonnūquā.
sum, sicut dissimulaui semper & pertuli. Sed dissimulandi nunc locus nō est, quando decipitur fraternitas nostra à quibusdam uestrum, qui dum sine ra tione restituēdæ salutis plausibiles esse cupiunt, magis lapsis obsunt. Sum mum enim delictum esse quod persecutio cōmitti coëgit, sciunt ipsi etiā qui cōmiserunt, cum dixerit dominus & iudex noster: Qui me confessus fuerit Luc. 12.
coram hominibus, cōfitebor & ego in illo coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem me negauerit, & ego illum negabo. & iterum dicit: Omnia pec cata remittentur filijs hominum & blasphemiæ. Qui autem blasphemaue- Mar. 3.
rit in spiritum sanctum, nō habet remissam, sed reus est æterni peccati. Item beatus apostolus dixit: Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæ- 1. Cor. 10.
moniorū. Non potestis mensæ domini cōmunicare & mensæ dæmoniorū. Hæc qui subtrahit fratribus nostris, decipit miseros, ut qui possunt agentes pœnitentiam ueram deo patri ad misericordiā precibus & operibus suis sa tisfacere seducantur, ut magis pereant, & qui erigere se possunt, plus cadant. Nā cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiā iusto tempore, & secundum disciplinæ ordinē ad exhomologesim ueniāt, & per manus im positionem episcopi & cleri ius cōmunicationis accipiant, nūc crudo tempo re persecutione adhuc perseuerante, nōdum restituta ecclesiæ ipsius pace, ad cōmunicationem admittuntur, & offertur nomen eorū, & nondū pœniten tia facta, nondum exhomologesi finita, nondū manu eius ab episcopo aut clero imposita eucharistia illis datur, cū scriptum sit: Qui ederit panē aut bi- 1. Cor. 11.
berit calicē domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Sed nūc illi rei non sunt, qui minus scripturæ legē nouerunt. Erunt autē rei qui præ sunt & hæc fratribus non suggerunt, ut instructi à præpositis faciant omnia cū dei timore, & cū data ab eo & præscripta obseruatione. Exponūt deinde inuidiæ beatos martyres, & glorioſos seruos dei cum dei sacerdote cōmit tunt, ut cum illi memores legis nostræ ad me literas direxerint, & petierint tunc desyderia singulorum examinari, & pacem dari, cū ipsa ante mater no stra pacem de misericordia domini prior sumpserit, & uos diuina protectio reduces ad ecclesiam suam fecerit. Hi sublato honore, quē nobis beati mar tyres cum confessoribus seruant, contempta domini lege & obseruatione, quam ijdem martyres & confessores tenendam mandant, ante extinctum persecutionis metum, ante reditum nostrum, ante ipsum penè martyrum excessum communicent cum lapsis & offerant, & eucharistiam tradant,

quando

quando etiam si martyres per calorem gloriæ minus scripturã contemplantes contra legem domini plus aliud cuperent, à præsbyteris & diaconis suggerentibus admoneri deberent, sicut semper in præteritis factum est. Castigare nos itaq; diuina censura nec noctibus desinit, nec diebus. Præter nocturnas em̃ uisiones, per dies quoq; impletur apud nos spiritu sancto puerorum innocens ætas, quæ in extasi uidet oculis, & audit, & loquitur ea quibus nos dominus monere & instruere dignatur. Et audietis omnia quãdo me ad uos reducem fecerit dominus, qui ut sederẽ, iussit. Interim temerarij, & incauti, & tumidi quidam inter uos, qui hominẽ nõ cogitant, uel dominũ timeant, scientes quoniam si ultra in ijsdem perseuerauerint, utar ea admonitione, quã dominus iubet, ut interim prohibeãtur offerre, acturi & apud nos, & apud confessores ipsos, & apud plebẽ uniuersam causam suã domino permittẽte, cum in sinu matris ecclesiæ recolligi cœperimus. De hoc & ad martyres, & confessores ipsos, & apud plebem literas feci, quas utraq; legi uobis mandaui. Opto uos fratres charissimi ac desyderatissimi in domino semper bene ualere, & nostri meminisse.

Puerorum ore nõnunq̃ deus loquitur.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad martyres & confessores epistola, qui lapsis petierunt pacem dari, ut eos nominatim libello assignent, & cauti desyderia petentium ponderent.

Epistola. XV.

CYPRIANVS MARTYRIBVS ET CONFESSORIBVS CHARISSIMIS FRATRIBVS SALVTEM.

Solicitudo loci nostri, & timor domini compellit fortissimi ac beatissimi martyres admonere uos literis nostris, ut à quibus tam deuote & fortiter seruatur fides domini, ab ijsdem quoq; lex & disciplina domini reseruetur. Nam cum omnes milites CHRISTI custodire oporteat præcepta imperatoris sui, tum uos magis præceptis eius obtemperare plus conuenit, qui exemplum cæteris facti estis & uirtutis, & timoris dei, & credideram quidem præsbyteros & diaconos qui illic præsentes sunt, monere uos & instruere plenissime circa euangelij legem, sicut & in præteritum semper sub antecessoribus nostris factum est, ut diaconi ad carcerem commeantes martyrum desyderia consilijs suis & scripturarum præceptis gubernarent, sed nunc cum maximo animi dolore cognosco, non tantum illic nõ suggeri diuina præcepta, sed adhuc potius impediri, ut & ea quæ à uobis ipsis & circa deum caute, & circa sacerdotem dei honorifice fiunt, à quibusdam præsbyteris resoluantur, qui nec timorẽ dei, nec episcopi honorẽ cogitantes, cũ uos ad me literas direxeritis, quibus examinari desyderia uestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulastis, cum persecutione finita conuenire in unum cum clero & recolligi cœperimus: Illi contra euangelij legem, uestram

Præceptis obtemperandum

uestram quoq; honorificam petitionē ante actam pœnitentiam, ante exho
mologesin grauissimi atq; extremi delicti factam, ante manum ab episco-
po & clero in pœnitentiam impositam, offerre pro illis & eucharistiam da-
re, id est, sanctum domini corpus profanare audeant, cum scriptum sit: Qui 1. Cor. 11.
ederit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & san-
guinis domini. Et lapsis quidem potest in hoc uenia concedi. Quis nō mor
tuus uiuificari properet? Quis non ad salutē suam uenire festinet? Sed præ-
positorum est præceptum tenere, & uel properantes, uel ignorantes instrue-
re, ne qui ouium pastores esse debent, lanij fiant. Ea enim concedere, quæ in Matth. 7.
perniciem uertant, decipere est, nec erigitur sic lapsus, sed per dei offensam
magis impellitur ad ruinam. Vel ex uobis itaq; discant, quod docere debu-
erant. Petitiones & desyderia uestra episcopo seruent, & ad pacem uobis pe
tentibus dandam maturum & pacatum tempus expectent. Ante est ut à
domino pacem mater prior sumat, tunc secundum uestra desyderia de fili-
orum pace tractetur. Et quoniā audio fortissimi & charissimi fratres impu-
dentia uos quorundam premi, & uerecundiam uestram uim pati, oro uos
quibus possum precibus, ut euāgelij memores & cōsyderantes, quæ & qua-
lia in potestatem antecessores uestri martyres concesserint, quàm soliciti in
omnibus fuerint, uos quoq; soliciti & cauti petentium desyderia pondere-
tis, utpote amici domini, & cum illo postmodum iudicaturi inspiciatis &
actum, & opera, & merita singulorum, ipsorum quoq; delictorum genera
& qualitates cogitetis, ne si quid abrupte & indigne uel à uobis permissum,
uel à nobis factum fuerit, apud gentiles quoq; ipsos ecclesia nostra erubesce
re incipiat. Visitamur & castigamur frequenter, & ut in nobis domini man 1. Cor. 11.
data incorrupta & inuiolata permaneant, admonemur. Quod quidem
nec illic apud uos cessare cognosco, quo minus plurimos quoque ex uo-
bis instruat ad ecclesiæ disciplinam diuina censura. Hoc autem totum po-
test fieri, si ea quæ à uobis petuntur, ne facile tribuantur, religiosa contem-
platione moderemini, intelligentes & comprimentes, easq; personas acci-
pientes in beneficijs uestris, ut aut gratificentur, aut illicitæ cogitationis nun
dinas aucupentur. De hoc ad clerum & ad plebem literas feci, quas utraſ-
q; uobis legi mandaui. Sed & illud ad diligentiam uestram redigere &
emendare debetis, ut nominatim designetis eos quibus pacem dari desy-
deratis. Audio enim quosdam sic libello inseri, ut dicatur: Communicet il-
le cum suis. Quod nunquam omnino à martyribus factum est, ut cæca pe-
titio inuidiam nobis postmodum cumulet. Late enim patet quando dici-
tur, ille cum suis, & possunt nobis uiceni, & triceni, & amplius offerri, qui
propinqui, & affines, & liberti ac domestici esse asseuerentur eius qui acci-
pit libellum, & ideo peto ut eos quos ipsi uidetis & nostis, quorum pœnitē-
tiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello,

& sic

& sic ad nos fidei ac disciplinæ congruentes literas dirigatis. Opto uos fortissimi ac dilectissimi fratres in domino semper bene ualere, & nostri meminisse.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Significatio ad plebem, insinuans petitionem factam per martyres super lapsis, quæ priori epistola continetur.

Epistola. XVI.

CYPRIANVS FRATRIBVS IN PLEBE CONSISTENTIBVS SALVTEM.

2. Cor. 11. 1. Cor. 12.

INgemiscere uos & dolere ruinas fratrũ nostrorum ex me scio pariter & doleo, & patior ac sentio, quod beatus Apostolus dicit: Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Et iterũ posuit in epistola sua dicens: Si patitur membrum unum, compatiuntur & cætera membra. Et si lætatur membrũ unum, & collentur cætera membra. Compatior ergo & condoleo fratribus nostris, qui lapsi, & persecutionis infestatione prostrati, & partem nostrorum uiscerum secum trahentes, acrem dolorem nobis suis uulneribus intulerunt. Quibus potens est diuina misericordia medelam dare, dum tamen nõ putent propere nec incaute aliquid & festinanter gerendum, ne si temere pax usurpetur, diuinæ indignationis offensa grauius prouocetur. Fecerunt ad nos de quibusdam beati martyres literas, petentes examinari desyderia sua cum pace nobis omnibus à domino prius data, ad ecclesiam regredi cœperimus, examinabuntur singula præsentibus & iudicantibus uobis. Audio quosdã tamẽ de præsbyteris nec euangelij memores, nec quid ad nos martyres scripserint cogitantes, nec episcopo honorem sacerdotij sui & cathedræ seruantes, iam cum lapsis communicare cœpisse, offerre pro illis & eucharistiam dare, cum oporteat ad hæc per ordinem peruenire. Nam cum in minoribus delictis, quæ non in deum committuntur, pœnitentia agatur iusto tempore, & exhomologesis fiat inspecta uita eius, qui agit pœnitentiam, nec ad cõmunicationem uenire quis possit, nisi prius illi ab episcopo & clero manus fuerit imposita, quanto magis in his grauissimis & extremis delictis cauta omnia & moderate secundum disciplinã domini obseruari oportet? quos quidem nostri præsbyteri & diaconi monere debuerant, ut commendatas sibi oues fouerent, & diuino magisterio ad uiam deprecandæ salutis instruerent. Ego plebis nostræ & quietem noui pariter & timorem, in satisfactione dei & deprecatione uigilare, nisi illos quidam de præsbyteris gratificantes decepissent. Vel uos itaq; singulos regite, & consilio ac moderatione uestra secũdum diuina præcepta lapsorum animos temperate. Nemo adhuc importuno tempore acerba poma decerpat. Nemo nauem suam quassatã

&

& perforatam fluctibus priusq; diligenter eam refecerit in altum denuo cõ mittat. Nemo tunicam scissam accipere & induere potest, nisi eam ab artifice perito sartam uiderit, & à fullone curatam receperit. Audiant quæso patienter consilium nostrum, expectẽt nostram regressionem, ut cum ad uos per dei misericordiam uenerimus, conuocati coepiscopi plures secundũ domini disciplinam & confessorum præsentiam beatorum martyrum literas, & desyderia examinare possimus. De hoc ad clerum, & ad martyres, & ad confessores literas feci, quas utrasq; legi uobis mandaui. Opto uos fratres charissimi, ac desyderatissimi in domino semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Clerum epistola propter lapsos & catechumenos ne uacui exirent.

Epistola. XVII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

MIROR uos fratres charissimi ad multas epistolas meas, quas uobis frequenter misi, nihil rescripsisse, cum fraternitatis nostræ uel utilitas, uel necessitas sic utiq; gubernetur, si à uobis instructi rerum gerendarum consilium limare possimus. Quoniam tamen uideo facultatem ueniendi ad uos nondum esse, & iam æstatem cœpisse, quod tempus infirmitatibus assiduis & grauibus infestat, occurendum puto fratribus nostris, ut qui libellos à martyribus acceperunt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectent præsentiam nostram, quin apud presbyterum quencunq; præsentem, uel si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoq; exhomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentiam imposita ueniant ad dominum cum pace, quam dari martyres literis ad nos factis desyderauerunt. Cæteram quoque partem plebis quæ lapsa est, præsentia uestra fouetote, & ut à fide & misericordia domini non deficiant uestro solatio focillate. Neque enim deserentur ab ope & auxilio domini, qui mites & humiles, & pœnitentiam uere agentes in bonis opinionibus perseuerauerint, quo minus illis quoq; diuino remedio consulatur. Audientibus etiam si qui fuerint periculo præuenti, & in exitu constituti uigilantia uestra non desit, implorantibus diuinam gratiam misericordia domini non denegetur. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere, & nostri meminisse. Fraternitatem uniuersam meo nomine salutate, & ut nostri meminerint rogate. Valete.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum epistola de his qui ad eucharistiam festinant.

Epistola. XVIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

LEgi literas uestras fratres charissimi, quibus scripsistis salubre consilium uestrũ nõ deesse fratribus nostris, ut temeraria festinatione deposita religiosam patiẽtiam deo præbeant, ut cum in unum per eius misericordiam uenerimus de omnibus speciebus secundum ecclesiasticam disciplinã tractare possimus, maxime cum scriptum sit: Memento unde excideris, & age pœnitentiam. Pœnitentiam ille autem agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & sacerdotibus dei obtemperans, obsequiis suis & operibus iustis dominum promeretur. Quoniam tamen significastis quosdam immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinanter urgere, & desyderastis in hanc rem formam uobis à me dari, sciatis plene scripsisse me ad hanc rem proximis literis ad uos factis. Credo, ut qui libellum à martyribus acceperunt, & auxilio eorũ adiuuari apud dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliqua & periculo cœperint, exhomologesi facta, & manu eis à uobis in pœnitentiam imposita, cum pace à martyribus sibi promissa ad dominum remittantur. Cæteri uero qui nullo libello à martyribus accepto inuidiam faciunt, quoniam non paucorum, nec ecclesiæ unius, aut unius prouinciæ, sed totius orbis hæc causa est, expectent ante dominum ꝓtectiõe ecclesiæ ipsius publicam pacem, hoc enim & uerecundiæ & disciplinæ, & uitæ ipsi omnium nostrum conuenientes præsente & stantium plebe, quibus & ipsis pro fide & timore suo honor habẽdus est, disponere omnia consiliꝫ communis religione possumus. Cæterũ quàm irreligiosum est, & ipsis quoque festinantibus pernicioſum, ut cum extorres facti & patria pulsi ac bonis suis omnibus spoliati nondum ad ecclesiam redierint, quidam de lapsis confessores ipsos præuenire, & ante ad ecclesiam introire festinent. Qui si minimum properant habent in sua potestate quod postulãt. Largiter acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commissi uere & firmiter pœnitent, & fidei calor præualet, qui differri non potest, potest coronari. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere, & nostri meminisse. Fraternitatem uniuersam meo nomine salutate, & ut nostri memores sint, admonete. Valete.

Apo. 2. *Pœnitẽtia agitur seruando dei mandata.*

Argumentum

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum epistola,non esse temere pacem dandam lapsis, & se solum idoneum ad dandum non esse.

Epistola. XIX.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

DOMINVS loquitur & dicit:Super quem respiciam nisi su per humilem & quietum,& trementem sermones meos? Esa.66. Hoc cum debemus omẽs esse,tum huiusmodi illi esse debent quibus laborandum est,ut post grauem lapsum uera pœnitentia & humilitate tota promereri dominũ possint. Legi autem & uniuersorum confessorum literas,quas uoluerũt per me collegis omnibus innotescere,& ad eos pacem à se datam peruenire. De quibus dum apud nos ratio constiterit, qui post admissum egerint, quæ res cum omnium nostrum consilium & sententiam spectet, præiudicare ego & solum mihi rem communem uendicare non audeo. Et ideo instetur epistolis,quas proxime feceram,quarum exemplum collegis quoq; iam missi,qui perscripserunt placere sibi quod statuimus, nec ad uos recedendum esse,donec pace nobis à domino reddita in unum conuenire, & singulorum causas examinare possimus. Sed quid mihi Calydonius collega meus scripserit,quidq; ei rescripserim,ut sciretis,utriusq; epistolæ exemplum literis meis iunxi,quod totum peto fratribus legatis,ut magis ac magis ad pœnitentiam componantur,nec delicto priori adiiciãt adhuc aliud delictum,dum nobis nec euangelio seruire,nec secundum uniuersorum cõfessorũ literas causas suas examinare pmittũt. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere,& nostri meminisse. Fraternitatem uniuersam salutate.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Calydonium episcopum epistola insinuans quid super lapsis egerit.

Epistola. XX.

CYPRIANVS CALYDONIO FRATRI SALVTEM.

ACCEPIMVS literas tuas frater charissime satis sobrias & integritatis ac fidei plenas. Nec miramur si exercitatus & in scripturis dominicis peritus caute omnia & consulte geras. Recte autem sensisti circa impertitam fratribus nostris pacem,quam sibi ipsi uera pœnitentia & dominicæ confessionis gloria reddiderunt sermonibus suis iustificati,quibus se ante damnauerãt. Cum ergo abluerint omne delictum,& maculam primam assistente sibi domino posteriore uirtute deleuerint, iacere ultra sub diabolo quasi prostrati nõ debent,qui extorres facti & bonis suis omnibus spoliati erexerunt se,& cum CHRISTO stare cœperunt. Atq;

utinam sic & cæteri post lapsum pœnitentes in statum pristinum reformentur, quos nunc urgentes & pacem temere atq; importune extorquentes, quomodo disposuerimus ut scires, librũ tibi cum epistolis numero quoq; misi, quas ad clerum & ad plebem, & ad martyres quoq; & confessores feci. Quæ epistolæ etiã plurimis collegis nostris missæ placuerunt & rescripserunt se quoq; nobiscum in eodem cõsilio secundũ catholicam fidem stare. Quod ipsum etiam tu ad collegas nostros, quos potueris, transmittes, ut apud omnes unus actus & una consensio secundum domini præcepta teneatur. Opto te frater charissime semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum Romæ consistentem epistola, insinuans se ab eo de morte collegæ sui certiorem redditum.

Epistola. XXI.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIS ROMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS SALVTEM.

Als* Cremẽtium.

VM de excessu boni uiri collegæ mei rumor apud nos incertus esset fratres charissimi & opinio dubia nutaret, accepi à uobis literas ad me missas per* Clementem hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso eius exitu instruerer. & exultaui satis quod ꝓ integritate administrationis eius consummatio quoq; honesta processerit. In quo uobis quoq; plurimum gratulor, quod eius memoriam tam celebri & illustri testimonio prosequamini, ut per uos innotesceret nobis, quod & uobis esset circa præpositi memoriam glorioſum, & nobis quoq; fidei ac uirtutis præberet exemplum. Nam quantum pernicioſa est ad sequentium lapsum ruina præpositi, in tantũ contra utile est & salutare, cum se episcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiam alias literas, in quibus nec quis scripserit, nec ad quos scriptum sit, significanter expressum est. Et quoniam me in ijsdem literis & scriptura, & sensus, & charthæ ipsæ quoq; mouerũt, ne quid ex uero uel subtractũ sit uel immutatũ eãdem ad uos epistolam authenticã remisi, ut recognoscatis an ipsa sit quã *Clementi hypodiacono perferendam dedistis, perquàm etenim graue est si epistolæ dericæ ueritas mendatio aliquo & fraude corrupta est. Hoc igitur ut scire possimus & scripturam & subscriptionem an uestra sit recognoscite, & nobis quid sit in uero rescribite. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

Præpositi uita subditorũ regula.

Als* Cremẽtio.

Argumentum

Ad clerum epistola. XXII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

NE quid cõscientiam uestram lateret fratres chariſſimi, quid mihi ſcriptum ſit, utriuſq; epiſtolæ exemplũ uobis miſi,& credo uobis id quod reſcripſi,non diſplicere. Sed & illud ad uos perferre literis meis debui, urgente cauſa clero in urbe conſiſtenti literas me miſiſſe, & quoniã oportuit me eſſe,paucos uero,qui illic ſunt,uix ad miniſteriũ quotidianum operis ſuffi-cere,neceſſe fuit nouos aliquos conſtituere,qui mitterentur. Feciſſe autem me ſciatis lectorem Saturum & hypodiaconũ Optatum cõfeſſorem,quos iam pridem cõmuni cõſilio clero ꝓximo feceramus,quãdo aut Saturo die paſchæ ſemel atq; iterum lectionẽ dedimus, aut Optato cum preſbyteris doctoribus lectoribus doctorem audientium conſtituimus, examinantes an congruerent illis omnia,quæ eſſe deberent in ijs,qui ad clerum parabantur. Nihil ergo à me abſentibus uobis nouum factũ eſt,ſed quod iam pridem communi conſilio omnium noſtrum cœperat, neceſſitate urgente ꝓmotum eſt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad fortunatum epiſtola & cæteros de ijs qui per tormenta ſuperantur.

Epiſtola. XXIII.

CYPRIANVS FORTVNATO, HAYMO, OPTATO, PRIVATIANO, DONATVLO ET FELICI FRATRIBVS SALVTEM.

SCripſiſtis fratres chariſſimi,quod cum in Capſente ciuitate propter ordinationem epiſcopi eſſetis, pertulerit ad uos nuper frater & collega noſter,Ninum,Clementianum, Florum fratres noſtros, qui in perſecutione apprehenſi prius fuerant,& nomen domini cõfeſſi uiolentiam magiſtratus & populi frementis impetum uicerant, poſtmodum cum apud proconſulem pœnis grauibus excruciarentur,ui tormentorum ſubactos eſſe & de gradu gloriæ,ad quam plena fidei uirtute tendebant, diutur nis cruciatibus excidiſſe,nec tamen poſt hunc grauem lapſum non uoluntate,ſed neceſſitate ſuſceptum à pœnitentia agenda per hoc triennium deſtitiſſe,de quibus conſulendum putaſtis an eos ad excõmunicationem iam fas eſſet admittere. Et quidem quãtum ad mei animi ſententiam pertinet, puto his indulgentiam domini non defuturam,quos cõſtet ſtetiſſe in acie, nomẽ domini confeſſos eſſe uiolentiam magiſtratuũ & populi furentis in-

cursum immobilis fidei obstinatione uicisse,passos esse carcerem diu, inter minas proconsulis & fremitum populi circũstantis tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnasse,ut quod in nouissima infirmitate carnis subactum uidetur,meritorũ præcedentium defensiõe releuetur, & sit satis talibus gloriam perdidisse,non tamen debere nos eis & ueniæ lo
Veniæ nia oĩbus patet. cum claudere,atq; eos à paterna pietate,& à nostra cõmunicatione priuare, quibus æstimemus ad deprecandã clementiã domini posse sufficere, quod triennio iugiter ac dolenter ut scribitis cum summa pœnitentiæ lamentatione planxerunt.Certe non puto incaute & temere his pacem cõmitti, quos uidemus militiæ suæ fortitudine nec prius pugnæ defuisse, & si acies etiam denuo uenerit,gloriam suam posse reparare.Nam cum in consilio placuerit pœnitentiã agentibus infirmitatis periculo subueniri & pacẽ dari, debẽt utiq; in accipienda pace præcedere,quos uidemus nõ animi infirmitate cecidisse,sed in prælio congressos & uulneratos per imbecillitatem carnis confessionis suæ coronam non potuisse perferre,maxime cũ cupientibus mori non permitteretur occidi,sed tamdiu fessos tormenta laniarent,q̃ diu nõ fidem(quæ inuicta est)uincerent,sed carnem,quæ infima est,fatigarẽt.Quoniam tamen scripsistis ut cũ pluribus collegis de hoc ipso plenissime tractẽ, & res tanta exigit maius & impensius de multorum collatione consiliũ, & nũc omnes ferè inter paschæ prima solẽnia apud se cũ fratribus demorantẽ, cũ solẽnitati celebrandæ apud suos satisfecerint,& ad me uenire cœperint, tractabo cum singulis plenius,ut de eo quod cõsuluistis figatur apud nos, & rescribatur uobis firma sententia,à multorũ sacerdotum consilio ponderatã.Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum ut cura pauperum & peregrinorum diligentiorẽ habeant,

Epistola. XXIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS CHARISSIMIS SALVTEM.

Aluto uos fratres charissimi p̃ dei gratiã incolumis optãs cito ad uos uenire,ut desyderio tam meo q̃ uestro omniũ fratrum satisfiat.Oportet nos tamen paci cõmuni consulere,& interdum q̃uis cum tædio animi nostri deesse uobis, ne præsentia nostri inuidiam & uiolentiam gentilium prouocet,& simus autores rumpendæ pacis,qui magis quieti omniũ consulere debemus.Cũ ergo uos scripseritis rebus compositis me uenire debere, aut
Pauperũ commendatio. si ante dominus dignatus fuerit ostendere, tunc ad uos ueniam. Vbi enim mihi aut melius possit esse? Infirmorum & omnium pauperum curam peto diligenter habeatis,sed & peregrinis,si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis de quãtitate mea propria,quam apud Rogationũ compresbyterum no

terum noſtrum dimiſi,quæ quantitas,ne forte iam uniuerſa erogata ſit,mi/ſi eidē per Naricum acolythum aliam portionē,ut largius & prompti us cir/ca laborātes fiat operatio.Opto uos fratres chariſſimi ſemper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad martyres & cōfeſſores epiſtola,in qua uirtutū ſuarū laudem miris præconijs attollens,quæcunq; patiantur,myſtice ad futuram gloriam interpretatur.

EPISTOLA XXV.

CYPRIANVS NEMESIANO, FELICI, LVCIO, ET ALTERI felici,Litteo,Polyano,Victori,Laderi,& Datiuo coëpiſcopis:item cō preſbyteris,& diaconis in metallo conſtitutis martyribus dei patris omnipotentis, & IESV CHRISTI domini & dei cōſeruatoris noſtri,æternam ſalutem.

GLoria quidē ueſtra poſcebat beatiſſimi ac dilectiſſimi fra/tres,ut ad cōſpectū atq; ad complexū ueſtrū uenire ipſe de/berem,niſi me quoq; ob cōfeſſionē nominis CHRISTI re/legatū præfiniti loci termini cohercerēt.Sed quō poſſum re/præſento me uobis,& ad uos etiam ſi corpore & greſſu ue/nire non datur,dilectione tamē & ſpiritu uenio,exprimens literis animū meū,quo in iſtis uirtutibus & laudibus ueſtris lætus exulto, participem me cōputans uobis & ſi nō paſſione corporis,tamē cōſortio cha/ritatis.An ego poſſim tacere & uocē meā ſilētio premere, cū de chariſſimis meis tam multa & glorioſa cognoſcam,quibus uos diuina dignatio hono/rauit,ut ex uobis pars iam martyrij ſui cōſūmatione præceſſerit meritorum ſuorū coronā de domino receptura,pars adhuc in carceris clauſtris, ſiue in metallis & uinculis demorētur,exhibens per ipſas ſupplicioru moras corro/borandis fratribus & armādis maiora documenta,ad meritorū titulos am/pliores tormentorū tarditate proficiens,habitura tot mercedes in cœleſti/bus præmijs,quot nūc dies numerant in pœnis? Quæ quidē uobis fortiſſi/mi ac beatiſſimi fratres pro merito religionis ac fidei ueſtræ accidiſſe nō mi/ror,ut uos ſic dominus ad glorioſum & ſublime faſtigiū clarificationis ſuo honore puexerit,qui ſemp in eccleſia eius cuſtodito fidei tenore uiguiſtis, conſeruantes firmiter dominica mandata, In ſimplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in admini/ſtratione, uigilantiam in adiuuandis laborantibus, miſericordiam in fo/uendis pauperibus,in defendenda ueritate conſtantiam,in diſciplinæ ſeue/ritate cenſuram.Ac ne aliud ad exemplum bonorū factorum deeſſet in uo/bis,etiam nunc in confeſſione uocis & paſſione corporis fratrum mentes ad diuina martyria prouocatis,duces uos exhibendo uirtutis,ut dum grex paſtores ſuos ſequitur,& quod fieri à præpoſitis cernit, imitatur, paribus obſequiorū meritis à domino coronetur.Quod autem fuſtibus cæſi prius grauiter & afflicti p eiuſmodi pœnas initiaſtis cōfeſſionis ueſtræ religioſa

Dilectione & ſpū abſentes continguntur.

Tormētis præmia creſcunt.

Martyrū laus

Christianorũ spes in ligno.

primordia, execranda nobis ista res non est. Neq; enim ad fustes Christiani corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramẽtum salutis suæ CHRISTI seruus agnouit, redemptus ligno ad uitam æternam, ligno profectus est ad coronam. Quid uero mirum si uasa aurea & argentea in metallum, id est, auri & argenti domicilium dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est, locáq; quæ aurum & argentum dare ante cõsueuerant, accipere cœperunt, imposuerunt quoq; compedes pedibus uestris, & membra felicia ac dei templa infamibus uinculis ligauerunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum uestrum ferri contagione maculetur. Dicatis deo hominibus & fidem suam religiosa uirtute testantibus, ornamenta sunt ista non uincula, nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter uincti, qui non à fabro, sed à CHRISTO soluuntur. O pedes feliciter uincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur. O pedes in seculo ad præsens ligati, ut sint semper apud dominũ liberi. O pedes cõpedibus & ira aduersarij interim contabundi, sed celeriter ad CHRISTVM glorioso itinere cursuri. Quantũ uult hic uel inuida crudelitas uel maligna nexibus uos suis & uinculis teneat, cito à terris & pœnis istis ad cœlorũ regna peruenietis. Nõ fouetur in metallis lecto & culcitris corpus, sed refrigerio & solatio CHRISTI fouetur. Humi iacent fessa laboribus uiscera, sed pœna non est cum CHRISTO iacere. Squalent sine balneis membra situ & sorde deformia, sed spiritaliter intus abluitur quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus. At non in pane solo uiuit homo, sed in sermone dei. Vestis algentibus deest. Sed qui CHRISTVM induit, & uestitus abundanter & cultus est. Semitonsi capitis capillus horrescit, sed cum sit caput uiri CHRISTVS, qualecunq; caput illud deceat necesse est, quod ob domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis & tetra gentilibus quali splendore pensabitur? Secularis hæc & breuis pœna, quàm clara & æterni honoris mercede mutabitur, cum secundum beati apostoli uocem transformauerit dominus corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ? Sed nec in illo fratres dilectissimi aliqua potest aut religionis, aut fidei iactura sentiri, quod illis nunc sacerdotibus dei facultas non datur offerendi & celebrandi sacrificia diuina. Celebratis immo atque offertis sacrificium deo & precio sum pariter & glorio sum, & plurimum uobis ad retributionem præmiorum cœlestium profuturum, cum scriptura diuina loquatur & dicat: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicit. Hoc uos sacrificium deo offertis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostiæ facti dei & uosmet ipsos sanctas atque immaculatas uictimas exhibentes, sicut Apostolus adhortatur & dicit: Oro ergo uos fratres per misericordiam dei, ut consti-

Vincula martyrũ ornamenta apud deum

Consolatio.

Deut. 8. Lu. 4.

Als *fœda.

Pœna breuis quã mãet merces æterna.

Psal. 50.

Roma. 12.

ut constituatis corpora uestra hostiam uiuam sanctam deo placentem, nec configuremini seculo huic, sed transformemini in renouatione sensus, ad p bandum quæ sit uoluntas dei bona & placens, & perfecta. Hoc est enim quod præcipue deo placeat, hoc est, in quo maioribus meritis ad promerẽdam dei uoluntatem opera nostra proueniant, hoc est, quod solum domino de beneficijs eius grandibus & salutaribus fidei ac deuotionis nostræ obsequia retribuant, prædicante in psalmis & contestante spiritu sancto: Quid retribuam (inquit) domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Præciosa in conspectu domini mors iustorum eius. Quis non libenter & prompte calicem salutis accipiat? quis non appetat gaudebundus & lætus in quo aliquid & ipse domino suo retribuat, quis non preciosam in conspectu dei & fortiter & constãter mortem excipiat, cõplaciturus eius oculis, qui nos in congressione nominis sui desuper spectans uolentes comprobat, adiuuat dimicantes, uincentes coronat, retributione pietatis paternæ remunerans in nobis quicquid ipse præstitit, & honorans quod ipse perfecit? Ipsius enim esse quod uincimus, & quod ad maximi certaminis palmam subacto aduersario peruenimus, declarat & docet dominus in euangelio suo dicens: Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et iterũ: Ponite in cordibus uestris nõ præmeditari excusare. Ego enim dabo uobis & os & sapientiã, cui non poterũt resistere aduersarij uestri. In quo quidẽ & credentiũ magna fiducia est, & culpa grauissima perfidorum, nec credere ei qui se opem suã daturum confitentibus pollicetur, nec rursus eum timere qui æternam pœnam negantibus cõminatur. Quæ uos tãta omnia fortissimi ac fidelissimi milites CHRISTI insinuastis fratribus nostris, implentes factis quod uerbis ante docuistis, futuri maximi in regno cœlorũ pollicẽte domino & dicẽte: Qui fecerit & sic docuerit, maximꝰ uocabit in regno cœlorũ. Deniq; exẽplũ uestrũ secuta multiplex plebis portio confessa est uobiscum pariter, & pariter *coronata est, connexa uobis uinculo fortissimæ charitatis, & à præpositis suis nec carcere, nec metallis separata. Cuius numero nec uirgines desunt quibus ad sexagenarium fructus cẽtenus accessit, quasque ap cœlestem coronam gloria geminata prouexit. In pueris quoq; uirtus maior ætate annos suos confessionis laude transcendit, ut martyrij uestri beatum gregem & sexus & ætas omnis ornaret. Qui nunc uobis dilectissimi fratres conscientiæ uictricis uigor? quæ sublimitas animi? quæ in sensu exultantia? qui triumphus in pectore? unumquemq; uestrum stare ad promissum dei præmium, de iudicij die esse securum? ambulare in metallo captiuo quidem corpore, sed corde regnãte, scire CHRISTVM secũ esse præsentẽ

Psal. 115.

Marci. 13.

Luc. 21.

Matthæi. 5.

al's *cõfortata.

præsentem, gaudentem tolerãtia seruorũ suorũ per uestigia & uias suas ad regna æterna gradientiũ? Expectatis quotidie læti profectionis uestræ salutarem diem, & iam iamq; de seculo recessuri ad martyrũ munera & domicilia diuina properatis, post has mũdi tenebras uisuri candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionibus omnibus & conflictationibus claritatẽ, Roma.8. Apostolo contestante & dicente: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quæ reuelabitur in nobis. Planè quia nũc uobis in præcibus efficacior sermo est, & ad impetrandũ quod in presuris petitur facilior oratio est: petite impensius est, & rogate ut confessionẽ omnium nostrũ dignatio diuina cõsummet, ut de istis tenebris & laqueis mũdi nos quoq; uobiscũ integros & glorioſos deus liberet, ut q hic charitatis & pacis uinculo copulati cõtra hæreticorũ iniurias & pressuras gentiliũ simul stetim9, pariter in regnis cœlestibus gaudeam9. Opto uos fratres charissimi ac dilectissimi in dño bñ ualere, & nostri sp & ubiq; meminisse.

TERTII LIBRI EPISTOLARVM FINIS.

DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Epistola beati Cypriani ad Seagrium & Rogatianum in carcere constitutos consolatoria, ut claritatis futuræ gloriã cogitantes, pressuras oẽs uiriliter calcent.

Epistola prima.

CYPRIANVS SEAGRIO ET ROGATIANO IVNIORI, ET CAETERIS CONFESSORIBVS IN DOMINO, PERPETVAM SALVTEM.

SALVTO uos fratres charissimi optãs ipse q̃q; cõspectu uestro frui, si me ad uos peruenire loci conditio permitteret. Quid em̃ mihi optatius & lætius possit accidere, quàm nũc uobis inhærere ut cõplecteremini me manibus illis, quæ pure & innocentes & dominicã fidem seruantes sacri lega obsequia respuerunt? Quid iucundius & sublimius quàm osculari nunc ora uestra, quæ glorioſa uoce dominum confessa sunt, conspici etiam præsentem oculis uestris, qui despecto seculo conspiciendo deo digni extiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ interesse facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos

ad oculos uestros uicarias literas mitto, quibus gratulor & exhortor pariter, ut in confessione cœlestis gloriæ fortes & stabiles perseueretis, & ingressi uiam dominicæ dignationis ad accipiendam coronam spirituali uirtute pergatis, habentes dominum protectorem & ducem, qui dixit: Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem mundi. Matthæi. 28.

O beatum carcerem quem illustrauit uestra præsentia. O beatum carcerem qui homines dei mittit ad cœlum. O tenebras lucidiores sole ipso & luce hac mundi clariores, ubi modo constituta sunt dei templa & sanctificata diuinis confessionibus membra uestra. Nec quicquàm nunc uersatur in cordibus & mentibus uestris, nisi diuina præcepta & mandata cœlestia, quibus nos ad tolerantiam passionis spiritus sanctus semper animauit. Nemo mortem cogitet, sed immortalitatem, nec temporariam pœnam, sed gloriam sempiternam, cum scriptum sit: Præciosa est in conspectu dei Psal. 115.
mors iustorum eius. & iterum: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicit. & iterum ubi loquitur scriptura diuina de tormentis quæ martyres dei consecrant & in ipsa passionis probatione sanctificant. & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Et in paucis uexati, in multis bene disponentur, quoniam deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, Sap. 3.
& in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquàm scintillæ in arundineto discurrẽt, iudicabũt nationes & dominabũtur populis, & regnabit dominus eorum in perpetuum. Quando ergo iudicaturos uos & regnaturos cum CHRISTO domino cogitatis, exultetis necesse est, & futurorum gaudio præsentia supplicia calcetis, scientes ab initio mundi sic institutum, ut laboret istic in seculari cõflictatione iustitia, quãdo in originе statim prima Abel iustus occiditur. & exinde iusti quiq; & prophetæ, & Gen. 4.
apostoli missi, quibus omnibus dominus quoq; in se ipso constituit exemplum, docens ad suum regnum non nisi eos qui se per suam uiam secuti sint, peruenire, dicens: Qui amat animam suam in hoc seculo, perdet illam. Ioan. 12.
Et qui odit animam suam in isto seculo, in uitam æternam conseruabit illã. iterum: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam uero non possunt Matth. 10.
occidere. Magis autem metuite eum qui potest & animam & corpus occidere in gehenna. Paulus etiam nos adhortatur, ut qui ad domini promissa uenire cupimus, imitari dominum in omnibus debeamus. Sumus, inquit, Ro. 8.
filij dei, si autem filij & hæredes dei, cohæredes autẽ CHRISTI, si quidem compatiamur, ut sic cõmagnificemur. Addit etiam comparationem præsentis temporis, & futuræ claritatis dicens: Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad superuenturã claritatẽ, quæ reuelabit in nobis. Cuius claritatis

ritatis gloriam cogitãtes, preſſuras omnes & perſecutiones tolerare nos cõ-
uenit, quia & ſi ſunt multæ præſſuræ iuſtorum, ex omnibus tamen liberan
tur, qui in domino confidunt. Beatas autem fœminas ſaluto quæ uobiſcũ
ſunt in eadem cõfeſſionis gloria conſtitutæ, quæ dominicam fidem tenen-
tes, & ſexu ſuo fortiores non ſolũ ipſæ ad coronã proximæ ſunt, ſed & cæte-
ris quoq; fœminis exemplum de ſua conſtantia præbuerũt. Ac ne quid de-
eſſet ad gloriam numeri ueſtri, ut omnis uobiſcũ ſexus & ætas eſſet in ho-
nore, pueros etiam uobis glorioſa confeſſione ſociauit dignatio diuina, re-
Ananias. præſentans nobis tale aliquid, quale Ananias Azarias & Miſahel illuſtres
Aſarias. pueri aliquando fecerunt, quibus incluſis in camino ceſſerunt ignes, & refri
Miſahel. gerium flammæ dederunt, præſente cum illis domino, & probante quod
in confeſſores & martyres eius nihil poſſet gehennæ ardor operari, ſed qui
in deum crederent incolumes ſemper in omnibus perſeuerarent. Et ut con-
ſyderetis diligentius peto pro ueſtra religione, quæ apud illos pueros fides
fuerit, quæ promereri dominum plenius potuit. Ad omnia enim parati, ſi-
Dan. 3. cut nos eſſe debemus, aiunt regi Nabuchodonoſor: Rex non opus eſt no-
bis de hoc uerbo reſpondere tibi. Eſt enim deus, cui nos ſeruimus, potẽs eri
pere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex, liberabit nos (&
ſi non notum ſit tibi) quoniam dijs tuis nõ ſeruimus, & imaginem auream
quam ſtatuiſti, non adoramus. Cum ſe & crederent, & pro fide ſua ſcirent
poſſe etiam de præſenti ſupplicio liberari, iactare hoc tamen & uindicare ſi-
bi noluerunt, docentes quod non eis minor eſſet confeſſionis uirtus ſine te-
ſtimonio paſſionis, addiderunt poſſe omnia deum facere, ſe tamen non in
hoc fidere, ut liberari in præſenti uellent, ſed illã libertatis, & ſecuritatis æter-
næ gloriam cogitarent. Quam fidem nos quoq; retinentes & die ac nocte
meditantes toto corde ad deũ prompti cõtemptu præſentiũ futura tantũ-
modo cogitemus, fructum regni æterni complexum & oſculum & conſpe-
ctum dei, ut ſequamini in omnibus Rogationum preſbyterum glorio-
ſum ſenem, uiam nobis ad gloriam temporis noſtri glorioſa uirtute & di-
uina dignatione facientem, qui cum feliciſſimo fratre noſtro quieto corde
ſemper & ſobrio excipiens furentis populi impetũ, primum hoſpitium uo-
bis in carcere præparauit, & metator quodammodo ueſter, nunc quoque
uos antecedit. Quod ut cõſũmetur in uobis aſſiduis orationibus dominũ
deprecamur, ut initijs ad ſumma pergentibus quos confiteri fecit, faciat &
coronari. Opto uos fratres chariſſimi ac beatiſſimi in domino ſemp bene
ualere & ad coronam cœleſtis gloriæ peruenire.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Antonianum de Nouatiano ſchiſmatico epiſtola, in qua declarat quid erga la
pſos egerit, ac docet neminem à pœnitentia agenda debere prohiberi.

Epiſtola

Epistola. II.

CYPRIANVS ANTONIANO FRATRI SALVTEM.

Accepimus primas literas tuas frater charissime, cõcordiam collegij sacerdotalis firmiter obstringentes, & catholicæ ecclesiæ cohærentes, quibus significasti cũ Nouatiano te nõ communicare, sed sequi consilium nostrum, & cum Cornelio coepiscopo nostro unum tenere consensum. Scripsisti etiam, ut exemplum earundem literarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni solicitudine iam sciret te secum, hoc est, cum catholica ecclesia communicare. Sed enim superuenerunt postmodum aliæ literæ tuæ per Quintum compræsbyterum missæ, in quibus animaduerti animum tuum Nouatiani literis motum nutare cœpisse, nam cum & consilium & consensum firmiter tuum ante fixisses, desyderasti in his literis, ut rescriberem tibi quam hæresim Nouatianus introduxisset, uel Cornelius qua ratione Trophimo & Thurificatis cõmunicet. Quod quidem si pro solicitudine fidei anxie curas, & rei dubiæ ueritatẽ solicitus exploras, reprehendẽda nõ est in timore diuino æstuãtis animi solicitudo suspensa, quoniam tamen uideo post primam sententiam epistolæ tuæ Nouatiani literis postmodum te esse commotum, illud frater charissime primo in loco pono graues uiros, & semel super petram robustam solida stabilitate fundatos, non dico aura leui, sed nec uento aut turbine cõmoueri, ne animus dubius & incertus uarijs opinionibus, uelut quibusdam uẽtorum incursantium flatibus, frequenter agitetur, & à proposito quoq; suo quadam leuitatis reprehensione mutetur. Quod ne apud te uel apud quem cõp Nouatiani literæ faciant, ut desyderasti frater. rationem rei tibi breuiter exponam, & quidem primum (quoniam de meo quoq; actu motus uideris) mea apud te & persona, & causa purgãda est, ne me aliquis existimet à proposito meo leuiter recessisse. Et cum euangelij primo uigorẽ & inter initia defenderim, postmodum uidear animum meum à disciplina, & censura priore flexisse, ut his, qui libellis conscientiam suam maculauerint, uel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putauerim. Quod utrunq; non sine librata diu & ponderata ratione à me factum est. Nam cũ acies adhuc inter manus esset, & prælium glorioſi certaminis in persecutione ferueret, toto hortatu, & pleno impetu militum uires fuerunt excitandæ, & maxime lapsorum mentes classico quodam nostræ uocis animãdæ, ut pœnitentiæ uiã non solum precibus, sed & lamentationibus sequerentur, sed (quoniam repetendi certaminis & reparandæ salutis datur occasio) ad confessionis potius ardorem, & martyrij gloriam nostris increpiti uocibus prouocarentur. Deniq; cum de quibusdam ad me præsbyteri & diaconi scripsissent eos immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinãter urgere, re-

Cyprianus se purgat.

Cypriani diligentia.

m scribens

ſcribens eis in epiſtola mea quæ hinc extat, & hoc addidi. Qui ſi nimium properant, habent in ſua poteſtate quod poſtulant, tempore ipſo ſibi plus q̄p poſtulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commiſſi uere & firmiter pœnitet, & fidei calor præualet, qui differri non poteſt, poteſt coronari. De eo tamen quod ſtatuendum eſſet circa cauſam lapſorum diſtuli, ut cum quies & trāquillitas data eſſet, & epiſcopis in unum conuenire indulgentia diuina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collatione conſilio, ſtatueremus quid fieri oporteret. Si quis uero ante conſilium noſtrum, & ante ſententiam de omnium conſilio ſtatutam lapſis temere communicare uoluiſſet, ipſe à communicatione abſtineretur. Quod etiam ad Rhomanum derum tunc adhuc ſine epiſcopo agentem, & ad cōfeſſores Maximum præſbyterum, & cæteros in cuſtodia conſtitutos, nunc in eccleſia cum Cornelio iunctos, pleniſſime ſcripſi. Quod me ſcripſiſſe de eorum reſcriptis poteris noſcere. Nam in epiſtola ſua ita poſuerunt, quanquam nobis in tam ingēti negocio placeat, quod tu ipſe tractaſti prius ſanctæ eccleſiæ pacem ſuſtinendam, deinde ſic collatione conſiliorum cum epiſcopis, præſbyteris, diaconis, confeſſoribus pariter ac ſtantibus laicis facta, lapſorum tractare rationem. Additum eſt etiam Nouatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua uoce recitante, & præſbytero Moyſe, tunc adhuc cōfeſſore, nunc iam martyre ſubſcribente, ut lapſis, infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur. Quæ literæ per totum mundum miſſæ, & innoticiam eccleſijs omnibus & uniuerſis fratribus perlatæ ſunt. Secūdum quod tamē ante fuerat deſtinatum perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in unum conueniendi, copioſus epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & domini tutela protexit, in unum conuenimus, & ſcripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione librauimus, ut nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis negaretur, ne plus deſperatione deficerent, & eo quod ſibi eccleſia abdiceretur, ſeculi ſeculum gentiliter uiuerent: ne tamen rurſum cenſura euangelica ſolueretur, ut ad communicationem temere proſilirent, ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, examinarentur cauſæ & uoluntates, & neceſſitates ſingulorum, ſecundum quod libello continetur, quem ad te uenisſe confido, ubi ſingula placitorum capita conſcripta ſunt. Ac ſi minus ſufficiens epiſcoporum in Africa numerus uidebitur, etiam Rhomæ ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrū, qui & ipſe cum plurimis coepiſcopis habito conſilio, in eandem nobiſcum ſententiam pari grauitate & ſalubri moderatione conſenſit, de quo tibi neceſſe fuit tunc ſcribere, ut ſcias me nihil leuiter egiſſe, ſed ſecundum quod literis meis fueram ante complexus, omnia ad commune conſiliū noſtri conſilium diſtuliſſe, & nemini quidem prius me de lapſis communicaſſe, quando adhuc

Lapſis communicanda pax.

do adhuc erat: unde non tantum indulgentiam, sed & coronam lapsis acciperet, postea tamen sicut collegij concordia, & colligendæ fraternitatis, ac medendi uulneris utilitas exigebat, necessitati temporum succubuisse, & saluti multorum prouidendum putasse, & nunc ab his non recedere, quæ semel in consilo nostro de communi collatione placuerunt, quamuis multa multorum uocibus uentilentur, & mendacia aduersus sacerdotes dei, diaboli ore prolata, ad rumpendæ catholicæ unitatis concordiam ubique iactentur. Sed te oportet ut bonum fratrem atque unanimem consacerdotem, non quid maligni atque apostatæ dicant facile suscipere, sed quid collegæ nostri modesti & graues uiri faciant, de uitæ & disciplinæ nostræ exemplo perpendere. Venio iamiam nunc frater charissime, & ad personã Cornelij collegæ nostri, ut Cornelium nobiscum uerius noueris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de dei iudicio, qui eum episcopum fecit, & coepiscoporum testimonio, quorum numerus uniuersus per totum mundum concordi unanimitate consensit. Nam quod Cornelium charissimum nostrum deo, & CHRISTO & ecclesiæ eius, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat, non iste ad episcopatũ subito peruenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus dominum sæpe promeritus, ad sacerdotij sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde episcopatum ipsum nec postulauit, nec uoluit, nec ui (ut cæteri quos arrogantiæ & superbiæ suæ tumor inflat) inuasit, sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore uirginalis *conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ uerecundiæ, non ut quidam uim fecit ut episcopus fieret, sed ipse uim passus est ut episcopatũ coactus excipere ret. Et factus est episcopus à plurimis collegis nostris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos literas honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ prædicationis illustres de eius ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius episcopus de dei & CHRISTI eius iudicio, de clericorum penè omnium testimonio, de plebis (quæ tunc affuit) suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum uirorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis uacaret, quo occupato de dei uoluntate atq; omnium nostrum consensione firmato, quisquis iam episcopus fieri uoluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiæ ordinationem, quia ecclesiæ non tenet unitatem, quisquis ille fuerit, multum licet de se iactans, & sibi plurimum uendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est. Tum deinde post episcopatum non exambitum nec extortum, sed de dei qui sacerdotes facit uoluntate susceptum, quãta in ipso suscepto episcopatu

Cornelius gradatim ad episcopatum euectus.

*Alias * continentiæ.*

Profanus est qui ecclesiæ unitati derogat.

ſuo uirtus, quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos ſimplici corde & perſpicere penitus, & laudare debemus: ſediſſe intrepidum Rhomæ in ſacerdotali cathedra eo tempore, quo tyrānus infeſtus ſacerdotibus dei fanda atq; infanda comminaretur, cum multo patientius & tolerabilius audiret leuari aduerſus ſe æmulum principem, q̄ conſtitui Rhomæ dei ſacerdotem. Nónne hic frater ſummo uirtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt? Nónne inter gloriosos cōfeſſores & martyres deputandus, qui tantis temporibus ſedit expectans corporis ſui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium aduerſus edicta feralia reſiſtentem & minas, & cruciatus, & tormenta fidei uigore calcantem, uel gladio inuaderent, uel crucifigerent, uel igne torrerent, uel quolibet inaudito genere pœnarum uiſcera eius & membra laniarent? Etiam ſi maieſtas domini protegētis & bonitas ſacerdotem quē fieri uoluit, factum quoq; protexit, tamen Cornelius quantum ad eius deuotionē pertinet & timorem, paſſus eſt quicquid pati potuit, & tyrannum armis, & bello poſtmodum uictum prior ſacerdotio ſuo uicit. Quod autem quædam de illo inhoneſta & maligna iactātur, nolo mireris, cum ſcias hoc eſſe opus ſemper diaboli, ut ſeruos dei mēdacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, ut qui conſcientiæ ſuæ luce clarescunt, alienis rumoribus ſordidentur. Exploraſſe autem collegas noſtros ſcias, & ueriſſime comperiſſe nulla illum libelli (ut quidam iactitant) labe maculatum eſſe, ſed neq; cum epiſcopis qui ſacrificauerunt, cōmunionem ſacrilegam miſcuiſſe, ſed eos demum quorum cauſa audita & innocentia probata ſit, coniunxiſſe nobiſcum. Nam & de Trophimo, & de quo tibi ſcribi deſyderaſti, nō ita res eſt, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorū. Nam ſicut & anteceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligendis fratribus noſtris chariſſimis frater noſter Cornelius neceſſitate ſuccubuit, & quoniā cū Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat redeunte, & nunc ad eccleſiam Trophimo & ſatiſfaciente, & pœnitentia deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem quam nuper abſtraxerat cum plena humilitate & ſatiſfactione reuocante, auditæ ſunt eius preces, & in eccleſia domini non tam Trophimus q̄ maximus fratrum numerus qui cū Trophimo fuerat, admiſſus eſt. Qui omnes regreſſuri ad eccleſiam nō eſſent, niſi cum Trophimo comitante ueniſſent. Tractatu ergo illo cum collegis plurimis habito ſuſceptus eſt Trophimus, pro quo ſatiſfaciebat fratrum reditus, & reſtituta multorum ſalus, ſic tamen admiſſus eſt Trophimus, ut laicus cōmunicet, nō ſecundum quod ad te malignorū literæ pertulerunt, quaſi locū. & ſacerdotis uſurpet. Sed & quod paſſim cōmunicare ſacrificatis Cornelius tibi nunciatus eſt, hoc etiam de apoſtatarū fictis rumoribus naſcitur. Neq; enim poſſunt laudare nos, qui recedunt à nobis: aut expectare debemus ut placeamus illis, qui nobis diſplicentes cōtra eccleſiam rebelles ſolicitādis de eccleſia fratribus

Mendaciū bonis inſidiatur.

Trophimus eccleſiæ reſtitutus.

fratribus uiolenter insistunt. Quare & de Cornelio, & de nobis quæcũq; iactantur nec audies facile, nec credas frater. Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis sicut placuit in periculo subuenitur, postea tamen cũq; subuẽtum est, & periclitantibus pax data est, suffocari à nobis non possunt, aut opprimi, aut ui de manu nostra in exitum mortis urgeri, ut quoniam moriẽtibus pax datur, necesse sit mori eos qui acceperint pacem. Cum magis in hoc iudicium diuinæ pietatis, & paternæ lenitatis appareat, quod qui pignus uitæ in data pace percipiunt, hoc quoq; ad uitam percepta pace teneantur. Et idcirco si accepta pace commeatus à deo datur, nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, cum semel placuerit fratribus in periculo subuenire. Nec tu existimes frater charissime (sicut quibusdam uidetur) libellaticos cum sacrificatis æquari oportere, quando inter ipsos etiam qui sacrificauerint, & conditio frequenter & causa diuersa sit. Neq; enim æquandi sunt, ille qui ad sacrificium nefandum statim uoluntate prosiluit, & qui luctatus & cõgressus diu ad hoc funestum opus necessitate peruenit: Ille qui & se & omnes suos prodidit, & qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens, uxorem, & liberos, & domum totã periculi sui perfunctione protexit: Ille qui inquilinos uel amicos suos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit: fratres etiam plurimos qui extorres & profugi recedebant in sua tecta & hospitia recepit, ostendens & offerẽs deo multas saluatas & incolumes animas, quæ pro una saucia deprecentur. Cum ergo inter ipsos qui sacrificauerunt, multa sit diuersitas quæ inclementia esset, & quæ acerba duritia libellaticos cum ijs qui sacrificauerint iungere, quando is cui libellus acceptus est, dicat: Ego prius legeram, & episcopo tractante cognoueram nõ sacrificandum idolis, nec simulachra seruum dei adorare debere, & idcirco ne hoc facerem quod non licebat, cum occisio libelli fuisset oblata, quem nec ipsum acciperem nisi ostensa fuisset occasio', ad magistratum ueni uel alio eunte mandaui Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me uenire non posse, dare me ob hoc præmiũ, ne quod nõ licet faciam. Nunc tamen etiam iste qui libello maculatus est, postquã nobis admonentibus didicit nec hoc facere debuisse, & si manus pura sit, & os eius feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen eius esse pollutam, flet auditis nobis & lamentatur, & quod deliquerit nunc admonetur, & non tam crimine quàm errore deceptus, quod iam de cætero instructus & paratus sit contestatur. Quorũ si pœnitentiam respuamus habentium aliquam fiduciã tolerabilis conscientiæ, statim cum uxoribus, cum liberis quos incolumes reseruauerant, in hæresim uel schisma diabolo inuitante rapiuntur. Et adscribetur nobis in die iudicij, nec ouem sauciam curasse, & propter unam sauciam multas integras perdidisse. Et cum dominus relictis sanis unam errantem & lapsam quæsierit, & inuentam in humeris suis ipse portauerit, nos in tantum non quæri-

Nõ cuiq; spiritui credendũ

Libellaticus.

Luc. 15. Matth. 18.

mus lapsos,sed & ueniẽtes arcemus, & cum pseudoprophetæ gregẽ CHRISTI nunc uastare & lacerare non desinant, occisionem canibus & lupis damus.Et quos persecutio infesta non perdidit,eos nos duritia nostra & inhumanitate perdimus.Et ubi erit frater charissime qđ Apostolus dicit:Omnibus per omnia placeo,non quærens quod mihi utile est,sed quod multis ut saluentur.Imitatores mei estote sicut & ego CHRISTI.& iterũ:Factus sum infirmus,ut infirmos lucrarer.& iterum:Si patitur unum membrum,compatiuntur & cætera membra,& si lætatur unum membrum,collætãtur & cætera membra. Alia est philosophorum & Stoicorum ratio frater charissime, qui dicunt omnia peccata paria esse,& uirum grauem nõ facile flecti oportere. Inter Christianos autem & philosophos plurimum distat.Et cũ Apostolus dicat: Videte ne quis uos deprædetur per philosophiam & inanem fallaciam,uitanda sunt quæ non de dei clementia ueniunt, sed de philosophiæ duriori præsumptione descendunt.De Moyse autem legis in scripturis dictum: Et fuit Moyses homo lenis nimis. Et dominus in euangelio suo dicit: Estote misericordes quomodo & pater uester misertus est uestri. Et iterum: Non est opus sanis medicus,sed male habentibus. Quam potest exercere medicinam, qui dicit eos solos curo, quibus medicus necessarius non est? Opem nostram, medelam nostram uulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos esse, sed magis semianimes iacere, quos persecutione funesta sauciatos uidemus,qui si in totum mortui essent,nunquàm de eisdem postmodum confessores & martyres fierent. Sed quoniam est in illis quod pœnitentia sequente reualescat ad fidem, ad uirtutem pœnitentiæ robur armetur, quod armari non poterit,si quis desperatione deficiat, si ab ecclesia dure & crudeliter segregatus ad gentiles se uias & seculania desyderia cõuertat,uel ad hæreticos & schismaticos reiectus ab ecclesia transeat. Vbi & si occisus propter nomen CHRISTI postmodum fuerit extra ecclesiam constitutus, & ab unitate atque à charitate diuisus, coronari in morte non poterit. Et ideo placuit frater charissime examinatis causis singulorum libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subuenire, quoniam exhomologesis apud inferos non est,nec ad pœnitentiam quis à nobis compelli potest,si fructus pœnitentiæ subtrahatur.Si prælium prius uenerit,corroboratus à nobis inuenietur ad prælium.Si uero ante prælium infirmitas urserit,consolatio pacis & communicationis abscedit.Neq; enim præiudicamus domino iudicaturo, quo minus si pœnitentiam plenam & iustam peccatoris inuenerit,tunc ratum faciat quod à nobis fuerit hic statutum.Si uero nos aliquis pœnitentiæ simulatione deluserit,deus qui nõ deridetur,& qui cor hominis intuetur,de his quæ nos minus perspeximus iudicet,& seruorum sententiam dominus emendet, dum tamen nos meminisse frater debeamus scriptum esse:Frater fratrem adiuuans exaltabitur.Et

1.Cor.9.
1.Cor.4.
1.Cor.9.
Philosophorũ rationes Christianorũ rationibus dissimiles.
Nume.12.
Luc.6.
Matth.9.
Prouerb.18.

Apostolum

Apostolum quoq; dixisse: In contemplatione habete unusquisq;, ne & uos Galat. 6.
tentemini, alterutrum onera sustinete, & sic adimplebitis legem CHRISTI.
Item quod superbos redarguens & arrogantiã frangens in epistola sua po
nat: Et qui se putat stare, uideat ne cadat. & alio in loco dicat: Tu quis es qui 1. Cor. 10.
iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit, stabit autem, potẽs est Roma. 14.
enim deus stabilire illum. Ioannes quoq; IESVM CHRISTVM dominũ
aduocatum & deprecatorem pro peccatis nostris probat dicens: Filioli mei 1. Ioan. 2.
ista scribo uobis ne delinquatis, & si quis deliquerit, aduocatum habemus
apud patrem, IESVM CHRISTVM iustum, & ipse est deprecatio pro deli
ctis nostris. & Paulus quoq; apostolus in epistola sua posuit: Si cum adhuc Roma. 5.
peccatores essemus, CHRISTVS pro nobis mortuus est, multo magis nunc
iustificati in sanguine illius liberabimur per illum ab ira: cuius pietatem &
clementiã cogitantes, non acerbi adeo, nec duri, nec in fouendis fratribus in
humani esse debemus, sed dolere cum dolẽtibus, & cũ flentibus flere, & eos
quantum possumus auxilio & solatio nostræ dilectionis erigere, nec adeo
immites & pertinaces ad eorum pœnitentiam retundendam, nec iterũ solu
ti & faciles ad cõmunicationem temere laxandam. Iacet enim saucius frater
ab aduersario in acie uulneratus. Inde diabolus conatur occidere quem uul
nerauit. Hinc CHRISTVS hortatur ne in totum pereat, quem redemit. Cui
de duobus assistimus, in cuius parte stamus, utrum ne diabolo fauemus ut
perimat, & semianimem fratrem iacentem, sicut in euangelio sacerdos & le
uites præterimus? an uero ut sacerdotes dei & CHRISTI, quod & CHRI
STVS docuit & fecit, imitãtes uulneratum de aduersarij faucibus rapimus,
ut curatum deo iudici reseruemus? Nec putes frater charissime hinc aut uir
tutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapsis laxata sit pœniten
tia, & quod pœnitentibus spes pacis oblata. Manet uero fidentiũ robur im
mobile, & apud timẽtes ac diligentes corde toto deum, stabilis & fortis per
seuerat integritas. Nam & mœchis à nobis pœnitentiæ tempus conceditur,
& pax datur, non tamen idcirco uirginitas in ecclesia deficit, aut continen
tiæ propositum glorioſum per aliena peccata langueſcit. Floret ecclesia tot
uirginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriæ suæ seruat, nec
quia adultero pœnitentia ac uenia laxatur, continentiæ uigor frangitur.
Aliud est ad ueniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in
carcere non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem, aliud sta
tim fidei & uirtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolo
re cruciatum emendari & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione
purgasse: aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam domini, ali
ud statim à domino coronari. Et quidem apud antecessores nostros qui
dam de episcopis istinc in prouincia nostra dandam pacem mœchis nõ pu
tauerunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clausserunt, non

tamen à coepiſcoporũ ſuorũ collegio receſſerunt, aut catholicæ eccleſiæ unitatem uel duritiæ, uel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt, ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui nõ dabat, de eccleſia ſepararetur, manẽte concordiæ uinculo, & perſeuerante catholicæ eccleſiæ indiuiduo ſacramẽto, actũ ſuum * diſponit & dirigit unuſquiſq; epiſcopus, rationem propoſiti ſui domino redditurus. Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe, ut dandam lapſis non putent pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment ueniam denegandam, cum ſcriptum ſit: Memento unde ceciderís, & age pœnitentiam, & fac priora opera. Quod utiq; ei dicitur, quem conſtat cecidiſſe, & quem dominus hortatur per opera rurſus exurgere, quia ſcriptum eſt: Eleemoſyna à morte liberat, & nõ utiq; ab illa morte, quam ſemel CHRISTI ſanguis extinxit, & à qua nos ſalutaris baptiſmi & redemptoris noſtri gratia liberauit, ſed ab ea, quæ per delicta poſtmodum ſerpit. Alio item loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agenti dominus comminatur: Habeo, inquit, aduerſus te multa, quod uxorem Ieſabel, quæ ſe dicit propheten, ſinis docere & ſeducere ſeruos meos, fornicari & mãducare de ſacrificio, & dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, & pœnitere noluit à fornicatione. Ecce mitto eum in lectum, & qui cum ea fornicati ſunt in maximam tribulationem, niſi pœnitentiam egerit ab operibus ſuis. Quos utiq; ad pœnitentiam dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in euangelio: Dico, inquit, uobis ſic erit gaudium in cœlo ſuper unum peccatorem pœnitentiam agentem, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos, quibus non eſt opus pœnitentia. Nam cum ſcriptum ſit: Deus nõ fecit mortem, nec delectatur in perditione uiuorum, utiq; qui neminem uult perire, cupit peccatores pœnitentiã agere, & per pœnitẽtiam denuo ad uitã redire. Ideo & per Iohel prophetam clamat & dicit: Et nunc hæc dicit dominus deus * noſter: Reuertimini ad me ex toto corde ueſtro, ſimulq; & ieiunio, & fletu, & planctu, & diſcindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra, & reuertimini ad dominum deum ueſtrũ, quia miſericors & pius eſt, & patiens, & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat aduerſus maliciam irrogatam. In pſalmis etiam legimus cenſuram pariter & clementiam dei cõminantis ſimul ac parcentis, punientis ut corrigat, & cũ correxerit reſeruantis. Viſitabo, inquit, in uirga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis. Dominus quoque in euangelio pietatem dei patris oſtendẽs ait: Quis eſt ex uobis homo, quem ſi petierit filius eius panem, lapidem porrigat illi? aut ſi piſcem poſtulauerit, ſerpentem illi porrigat? Si ergo uos, cum ſitis nequam, ſcitis bona data dare filijs ueſtris, quantomagis pater ueſter cœleſtis dabit bona poſcentibus ſe? Comparat hoc dominus carnalem patrem & dei patris æternam largamq; pietatem, quod ſi iſte in terris nequam pater offenſus grauiter

Aliàs * deponit.

Apoca. 2.

Tob. 4.

Apoca. 2.

Luc. 15.

Sapi. 1.

Iobel. 2.

Aliàs * ueſter

Pſal 88.

Matth. 7.

grauiter à filio peccatore & malo, si tamen eundem postmodũ uiderit reformatum, & depositis prioris uitæ delictis ad sobrios & bonos mores, & ad innocẽtiæ disciplinam pœnitentiæ dolore correctum gaudet & gratulatur, & susceptum, quem ante proiecerat cum uoto paternæ exultationis, complectit, quãto magis unus ille uerus pater bonus, misericors & pius, immo ipse bonitas & misericordia, & pietas lætatur in pœnitẽtia filiorum suorum? nec iram pœnitentibus, aut plangentibus & lamentãtibus pœnam cõminatur, sed ueniam magis & indulgentiam pollicetur. Vnde dominus in euãgelio beatos dicit plangentes, quia qui plangit, misericordiam prouocat, qui peruicax est & superbus, iram sibi & pœnam iudicij uenientis exaggerat. Et idcirco frater charissime pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus ab spe communicationis & pacis, si in infirmitate atq; in periculo cœperint deprecari, quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio cõpellit. Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturũ. Quod uero ad Nouatiani personam pertinet frater charissime, de quo desyderasti tibi scribi quam hæresim introduxisset, scias nos primo in loco nec curiosos esse debere quid ille doceat cum foris doceat. Quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, qui in CHRISTI ecclesia non est. Iactet se & philosophiam uel eloquentiam suam superbis uocibus prædicet, qui nec fraternam charitatem, nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit: nisi si episcopus tibi uidetur, qui episcopo in ecclesia à sedecim coëpiscopis facto, adulter atq; extraneus episcopus fieri à desertoribus per ambitũ nititur, & cum sit à CHRISTO una ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa: item episcopatus unus episcoporum multorum cõcordi numerositate diffusus, ille post dei traditionem, post connexam & ubicunque coniunctam catholicæ ecclesiæ unitatem, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas ciuitates nouos apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta cõstituat. Cumq; iam pridem per omnes prouincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in præssura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoëpiscopos audeat, quasi possit aut totum orbem noui conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici corporis compaginem discordiæ suæ semination̄e rescindere: nescien̄s schismaticos semper inter initia sua feruere, incrementa uero habere non posse, nec augere quod illicite cœperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere. Episcopatum autem tenere non posset, etiam si episcopus prius factus à coëpiscoporũ suorum corpore & ab ecclesiæ unitate descisceret, cum Apostolus admoneat, ut inuicem nosmetipsos sustineamus, nec ab unitate quam deus constituit

Matth. 5.

Christianꝰ nõ est q̃ in Christi ecclesia non est.

Nouatiano insultat Cyprianus.

Ecclesia una.

Episcopatus unus.

Ephe.4. constituit,recedamus,& dicat:Sustinentes inuicem in dilectione,satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. Qui ergo nec unitatem spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab ecclesiæ uinculo atque à sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere,nec honorem, qui episcopatus nec unitatem uoluit tenere, nec pacem. Tum deinde quantus arrogantiæ tumor est, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, arrogantiæ suæ quanta iactatio, ut quis aut audeat, aut facere posse se credat, quod nec apostolis concessit dominus, ut zizania à frumento putet se posse discernere, aut quasi ipsi paleam ferre & aream purgare concessum Matth.13. sit, paleas à tritico conetur separare, cumque apostolus dicat: In domo autem magna non solum uasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia, aurea & argentea uasa uideatur eligere, lignea uero & fictilia contemnere, abijcere, cum non nisi die domini uasa lignea diuini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo, cui data est ferrea uirga frangantur. Aut si se renis & cordis scrutatorem constituit & iudicem, per omnia Ioan.5. æqualiter iudicet, & cum sciat scriptum esse: Ecce sanus factus es,iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, fraudatores & mœchos à latere atque à comitatu suo separet,cum multo & grauior,& peior sit mœchi quàm libellatici causa, cum hic necessitate, ille uoluntate peccauerit. Hic existimans sibi satis esse quod non sacrificauerit, errore deceptus sit, ille matrimonij expugnator alieni, uel lupanar ingressus ad cloacam & cœnosam uoraginem uulgi,sanctificatum corpus & dei templum detestabili colluuione uiolaue- 1.Cor.6. rit, sicut Apostolus dicit:Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui autem mœchatur in corpus suum peccat. Quibus tamen & ipsis pœnitentia conceditur, & lamentandi ac satisfaciendi spes relinqui- 2.Cor.12. tur, secũdum ipsum Apostolum dicentem: Timeo ne forte ueniens ad uos lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam de immundicijs quas fecerunt & fornicationibus & libidinibus. Nec sibi in hoc noui hæretici blandiantur, quod se dicant idololatris non communicare,cum sint apud illos & adulteri & fraudatores, qui teneantur idolola- Ephe.5. triæ crimine, secundum Apostolum dicentem:Hoc enì scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immundus,aut fraudator, quod est idololatria, Coloss.3. nõ habet hæreditatẽ in regno CHRISTI & dei.& iterum:Mortificate itaq; membra uestra quæ in terra sunt,exponentes fornicationem,immundiciã, Galat.5. & concupiscẽtiam malam,& cupiditatem,quæ sunt idolorum seruitus,propter quæ uenit ira dei,nã cũ corpora nostra membra sint CHRISTI,& singuli simus templum dei,quisquis adulterio templũ dei uiolat,deũ uiolat,& qui in peccatis cõmittẽdis uoluntatẽ diaboli facit,dæmonijs & idolis seruit.

Mala à diabolo. Neq; em̃ mala facta de sancto spiritu ueniũt,sed de aduersarij instinctu,& de immundo spiritu natæ cõcupiscentiæ cõtra deũ facere,& diabolo seruire compellunt

cõpellunt Ita fit ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt, & idololatriã delinquentis ad non delinquentem transire sua asseueratione contendunt, excusari secundum suam uocem nõ possint ab idololatriæ crimine, cũ cõstet de apostolica probatione mœchos & fraudatores, quibus illi communicãt idololatras esse. Nobis autem secũdum fidem nostram, & diuinæ prædicationis datam formam competit ratio ueritatis, unumquenq; in peccato suo reum teneri, nec posse alterum pro altero reum fieri, cum deus præmoneat & dicat: Iustitia iusti super eum erit, & scelus scelerati super eum erit. & iterũ: Non morientur patres pro filijs, & filij non morientur pro patribus. Vnusquisq; in peccato suo morietur. Quod legentes scilicet & tenẽtes neminẽ putamus à fructu satisfactionis & spe pacis arcendum, cum sciamus iuxta scripturarum fidem, autore & hortatore ipso deo, & ad agendam pœnitẽtiam peccatores redigi, & ueniam atq; indulgentiam pœnitentibus non denegari. Atq; ò frustrandæ fraternitatis irrisio, ò miserorum lamentantium caduca deceptio. O hæreticæ institutionis inefficax & uana traditio, hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam, dicere fratribus nostris, plange & lachrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra ecclesiam post omnia ista morieris. Quæcunque ad pacem pertinent, facies, sed nullam pacem quam quæris, accipies. Quis non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animum suum à proposito lamentationis auertat? Operari tu putas rusticum posse, si dixeris, agrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste, sed nullam messem metes, nullam uindemiam premes, nullos oliueti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel si cui * dominum usum nauium suadens dicas: Materiam de excellentibus syluis mercare frater: carinam prævalidis & electis roboribus intexe clauo, funibus, uelis, ut fabricetur atque armetur nauis, operare, sed cum hoc feceris, fructum de actibus eius & cursibus non uidebis? Præcludere est atque abscindere iter doloris ad pœnitendi uiam, ut cum scripturis dominus deus reuertentibus ad se & pœnitentibus blandiatur, nostra duricia & crudelitate dum fructus pœnitẽtiæ intercipitur, pœnitẽtia ipsa tollatur. Quod si inuenimus à pœnitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecantibus atque exorantibus domini misericordiam secundum quod ille misericors & pius est, per sacerdotes eius pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos dum confessio non est, nec exhomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde pœnituerint & rogauerint, in ecclesiam debent interius suscipi, & in ipsa domino reseruari, qui ad ecclesiam suam uenturus de illis utique, quos in ea intus inuenerit, iudicabit. Apostatæ uero

1. Cor. 10.

Ezec. 18.

4. Reg. 14.

Pœnitentia agenda.

Similitudinibus ostẽdit ueniam pœnitẽtibus non denegandam.

Aliàs *dominiũ & usum.

Luc. 17.

Exhomologesis, id est. confessio à uerbo ἐξομολογέομαι, id est, cõfiteor.

tæ uero & desertores, uel aduersarij & hostes, & CHRISTI ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine eius foris fuerint, admitti secundum apostolum possunt ad ecclesiæ pacem, quando nec spiritus, nec ecclesiæ tenuerunt unitatem. Hæc interim frater charissime pauca de multis quantum potui breuiter decucurri, quibus & desyderio tuo satisfacerem, & te magis ac magis collegij & corporis nostri societati coniungerem. Si autem tibi ueniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit, plura in communione conferre, & uberius ac plenius quæ in salutarem concordiam faciant, tractare poterimus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Moysen & Maximum præsbyteros & cæteros confessores epistola, qui in persecutionibus fidem integram seruauerunt.

Epistola. III.

CYPRIANVS MOYSI ET MAXIMO PRAESBYTERIS ET CAETERIS CONFESSORIBVS DILECTISSIMIS FRATRIBVS SALVTEM.

Martyrum cõmendatio.

GLoriam fidei & uirtutis uestræ fortissimi ac beatissimi fratres iam pridem de opinione cognoueram, lætatus satis & plurimum gratulatus quod uos cõfessione sui nominis parauerit ad coronam domini nostri præcipua dignatio. Vos enim primores & duces ad nostri temporis prælium facti cœlestis militiæ signa mouistis. Vos spiritale certamen, qđ nunc geri deus uoluit, uestris uirtutibus imbuistis. Vos surgentis belli impetus primos immobili robore atq; inconcussa stabilitate fregistis. Inde initia felicia pugnandi orta sunt, unde uincendi auspicia cœperunt. Contigit hic per tormenta consũmari martyria, sed qui in congressione præcedens exemplum uirtutis fratribus factus est, cum martyribus in honore cõmunis est. Coronas uestras manu sertas inde huc tradidistis, & de poculo salutari fratribus propinastis. Accessit ad confessionis exordia gloriosa & militiæ uigentis auspicia, disciplinæ tenor, quem de epistolæ uestræ uigore perspeximus, quam modo ad collegas uestros in confessione uobiscum domino copulatos, solicita admonitione misistis, ut euangelij sancta præcepta, & tradita nobis semel mandata uitalia, forti & stabili obseruatione teneantur. Ecce alius gloriæ uestræ sublimis gradus, ecce iterum cum cõfessione geminatus promerendi dei titulus. Stare firmo gradu, & in hac acie quæ in euangelio coronatur irrumpere, & præceptis domini subruẽdis, manus impias inferentes fidei robore submouere, præbuisse ante initia uirtutum, nunc & morum magisteria præbere. Dominus post resurrectionem mittẽs apostolos

Matth. 28. mãdat & dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ite ergo & docete gẽtes omnes, tingentes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes

docentes eos obſeruare quæcunq; præcepi uobis. Et Ioannes apoſtolus huius mandati memor in epiſtola ſua poſtmodum dicit: In hoc, inquit, intelligimus quia cognouimus eum, ſi præcepta eius cuſtodiamus: Qui dicit quoniam cognouit eum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & ueritas in illo non eſt. Hæc præcepta cum cuſtodiēda ſuggeritis, diuina & cœleſtia mādata ſeruaſtis. Hoc eſt eſſe cōfeſſorē domini, hoc eſt eſſe martyrem CHRISTI, ſeruare uocis ſuæ inuiolatam circa omnia & ſolidam firmitatem, nec propter dominum martyrem fieri, & præcepta domini deſtruere conari, uti aduerſus illum dignatione, quam tibi dederit armis ab illo acceptis rebellē quodammodo fieri, hoc eſt CHRISTVM confiteri uelle, & euangelium CHRISTI negare. Lætor igitur ex uobis fortiſſimi ac fideliſſimi fratres, & quantum gratulor martyribus iſtic coronatis ob uirium gloriam, tantū gratulor pariter & uobis ob dominicæ etiam diſciplinæ coronam. Dignationē ſuam dominus multiplici genere largitatis infudit, bonorum militum laudes & glorias ſpiritales copioſa uarietate diſtribuit, honoris ueſtri participes & nos ſumus, gloriam ueſtram noſtram gloriam computamus, quorū tempora illuſtrauit tanta felicitas, ut ætate noſtra uidere contingeret probatos ſeruos dei, & CHRISTI milites coronatos. Opto uos fortiſſimi ac beatiſſimi fratres ſemper bene ualere, & noſtri meminiſſe.

1. Ioā. 2.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Epiſtola ad clerum quem docet aduerſa tunc imminentia propter nimia peccata uenisse. ideoq; inſtanter orandum, quoniam deus quem corripit diligit, & cum corripit ad hoc corripit ut emendet.

Epiſtola IIII.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS SALVTEM.

Vanq; ſentiam fratres chariſſimi pro timore, quem ſingu-
li debemus deo, uos quoq; illic aſſiduis orationibus & eni-
xis precibus inſtanter incumbere, admoneo tamen religio-
ſam ſolicitudinem ueſtram, ut ad placandum atq; exorā-
dum dominum nō uoce ſola, ſed & ieiuniſs, & lachrymis,
& omni genere deprecatiōis ingemiſcamus. Intelligendū
eſt enim & cōfitendum preſſuræ iſtius tam turbidam uaſtitatē, quæ gregē
noſtrum maxima ex parte populata eſt & adhuc uſq; populatur, ſecundū
peccata noſtra ueniſſe, dum uiam domini non tenemus, nec data nobis ad
ſalutē cœleſtia mandata ſeruamus. Fecit dñs noſter uoluntatē patris, & nos
non facimus domini uoluntatem, patrimonio & lucro ſtudentes, ſuperbiā
ſectantes, æmulationi ac diſſenſioni uacantes, ſimplicitatis & fidei negligentes, ſeculo uerbis ſolis & non factis renunciantes, unuſquiſq; ſibi placentes,
& omnibus diſplicentes. Vapulamus itaq; ut meremur, cum ſcriptum ſit:
Seruus autem ille qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non paruerit uo-

Deus placandus non uoce tantum, ſed lachrymis, ieiunijs &c.

Quicquid patimur peccata noſtra merentur.

Luc. 12.

luntati eius,uapulabit multis.Quas autem plagas,quæ uerbera non mere-
mur,quando nec confessores qui exemplo cæteris ad bonos mores esse de-
buerant,teneant disciplinam? Itaq; dum quosdam insolenter extollit con-
fessionis suæ tumida & inuerecunda iactatio, tormenta uenerunt,& torme
ta sine fine tortoris,sine exitu dānationis,sine solatio mortis, torměta quæ
ad coronam non facile dimittant, sed tādiu torqueant cp̄diu deiciant: nisi
si aliquis diuina dignatione subtractus inter ipsa cruciamēta profecerit,ad-
eptus gloriam non termino supplicij sed celeritate moriendi. Hæc patimur
Psal.88. delicto & merito nostro,sicut præmonuit diuina censura dicens:Si dereli-
querint legem meam & in iudicijs meis non ambulauerint,si iustificationes
meas profanauerint,& præcepta mea non obseruauerint, uisitabo in uirga
facinora eorum,& in flagellis delicta eorum. Virgas igitur & flagella senti
mus,qui deo nec bonis factis placemus,nec pro peccatis satisfacimus. Ro-
gemus de intimo corde & de tota mente misericordiam dei,quia & ipse ad
Io.16. didit dicens:Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Petamus
& accipiemus,& si in accipiendo mora & tarditas fuerit, quoniam grauiter
offendimus,pulsemus,quia & pulsanti aperitur, si modo pulsent hostium
præces & gemitus & lachrymæ nostræ,quibus insistere & immorari opor-
tet,si sit unanimis oratio.nam quod magis suasit & compulit,ut has ad uos
literas scriberem.Scire debetis(sicut dominus ostendere & reuelare digna-
Matthæi.7. tus est) dictum esse in uisione: Petite & impetrabitis: tunc deinde præce-
ptum plebi assistenti,ut pro quibusdam personis designatis sibi peterent:
In petendo autem fuisse dissonas uoces,& dispares uoluntates,& uehemē-
Lu.11. ter hoc displicuisse illi q dixerat: Petite & impetrabitis,q̄d plebis ineq̄litas
discreparet, nec esset fratrum cōsensio una & simplex & iuncta cōcordia.cū
Psal.67. scriptum sit:Deus qui inhabitare facit unanimes in domo.Et in Actis apo
Actuum.2. stolorum legamus. Turba autem eorum qui crediderant, animo ac mente
Ioan.15. unà agebant,& dominus sua uoce mandauerit dicens: Hoc est mandatum
Matthæi.18. meum,ut diligatis inuicem.Et iterum:Dico autem uobis,quoniam si duo-
bus ex uobis conuenerit in terra de omni re quamcunq; petieritis contin-
get uobis à patre meo qui in cœlis est.Quod si duo unanimes tantum pos
sunt,quid si unanimitas apud omnes esset? Quid si secundum pacem quā
nobis dominus dedit uniuersis fratribus conueniret? Iampridem de diui-
na misericordia impetrassemus quod petimus, non tamdiu in hoc salutis
& fidei nostræ periculo fluctuaremus, immo uero nec uenissent fratribus
hæc mala,si in unum fraternitas fuisset animata. Nam & illud ostensum
est, quod sederet paterfamilias sedente sibi ad dexteram iuuene,qui iuue-
nis anxius & cum quadam indignatione subtristis,maxillam manu tenēs,
mœsto uultu sedebat.Alius uero in sinistra parte consistens rete portabat,
quod se mittere, ut circūstantem populum caperet,minabatur.& cum mira

retur quid

retur quid hoc esset ille qui uidit, dictum est ei: Iuuenem qui ad dexteram sic sederet, contristari & dolere quod præcepta sua non seruarentur: Illū uero in sinistra exultare, quod sibi daretur occasio ut à patrefamilias potestatem sumeret sæuiendi. Hoc prius longe ostensum est quàm tempestas uastitatis huius oriret. Et uidemus impletū q̄d fuerat ostensum, ut dum domini præcepta contemnimus, dum datæ legis mandata salutaria non tenemus, facultatem nocendi inimicus acciperet, & minus armatos, & ad repugnandum minus cautos iactu retis operiret. Oremus instanter, & assiduis precibus ingemiscamus. Nam & hoc nobis iā olim per uisionē fratres charissimi exprobratū sciatis, quod dormitemus in precibus, nec uigilāter oremus, & deus utiq; qui quem corripit, diligit, quādo corripit ad hoc corripit ut emendet, ad hoc emendat ut seruet. Excutiamus itaq; & abrumpamus somni uincula, & instanter ac uigilāter oremus: sicut Paulus apostolus præcipit dicens: Instate orationi uigilantes in ea. Nam & apostoli orare diebus ac noctibus non destiterunt, & dominus quoq; ipse disciplinæ magister & exēpli nostri uia frequenter & uigilanter orauit, sicut in euangelio legimus: Exijt in montē orare: & fuit pernoctās in oratiōe dei, & utiq; quod orabat, orabat ille pro nobis, cū peccator nō ipse esset, sed nostra peccata portaret. Adeo autem pro nobis ille deprecabatur, ut legamus in alio loco: Dixit autem dominus ad Petrū: Ecce satanas postulauit ut uos uexaret quomodo triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua, quod si pro nobis ac pro delictis nostris ille laborat & uigilat & præcatur, quanto nos magis insistere precibus & orare, & primo ipsum dominum rogare, tum deinde per ipsum deo patri satisfacere debemus? Habemus aduocatum & deprecatorem pro peccatis nostris IESVM CHRISTVM dominum nostrum, si modo nos in præteritum peccasse pœniteat, & confitentes atq; intelligentes delicta nostra, quibus nūc deum offendimus, uel de cætero nos ambulare in uijs eius, & præcepta eius metuere spondeamus. Pater noster & corrigit & tuetur stantes tamen in fide & in pressuris atq; in angustijs licet CHRISTO eius firmirer adherentes, sicut scriptum est: Quis nos separabit à charitate CHRISTI? pressura an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Nihil horū potest separare credentes, nihil potest auellere corpori eius & sanguini cohærentes. Persecutio ista examinatio est atq; exploratio peccati nostri, excuti nos deus uoluit & probari, sicut suos semper probauit: nec tamē in ꝓbationibus eius aliquando auxilium credentibus defuit. Deniq; ad minimum famulum suum, & in delictis licet plurimis cōstitutū, & dignatione eius indignum, tamē pro sua circa nos bonitate mādare dignatus est. Dic illi, inquit, securus sit, quia pax uentura est. Sed quod interim morula est, superſunt aliqui q̄ ꝓbentur. Sed & de uictu parco, & sobrio potu diuinis dignationibus admonemur, scili-

Colos. 4.

Luc. 6.

Luc. 22.

Roma. 8.

Alꝫ illecebroso poculo se. cet ne uigore cœlesti sublime iam pectus illecebra secularis eneruet, uel ne largioribus epulis mens grauata minus ad preces orationis euigilet. Dissimulare hæc singula & apud conscientiam meam solus occultare non debui, quibus unusquisq; uestrum & instrui & regi possit. Ne ipsi utiq; apud uos hanc epistolã teneatis occultam, sed legendã fratribus suggeratis. Intercipere enim quibus nos dominus admonere & instruere dignatur, eius est qui admoneri & instrui dedignatur, eius est qui admoneri & instrui fratrẽ suũ nolit. Probari nos à domino nostro sciant, nec à fide, in qua in eum semel credidimus, præsentis pressuræ conflictatione deficiant. Delicta sua singuli recognoscentes, uel modo conuersationẽ ueteris hominis exponant. Nemo enim retro attendens, & superponens manũ suam super aratrũ, aptus est regno dei. Deniq; uxor Loth, quæ liberata contra præceptum retro respexit, q̃d euaserat p̃didit. Attẽdam⁹ nõ posteriora, quò diabolus reuocat, sed priora q̃ CHRISTVS uocat. Oculos erigamus ad cœlũ, ne oblectamẽtis & illecebris nos suis terra decipiat. Vnusquisq; oret dominum nõ pro se tantũ, sed & pro omnibus fratribus, sicut dñs IESVS orare nos docuit, ubi nõ singulis priuatam precem mandauit, sed cõmuni & cõcordi prece orare pro omnibus iussit. Si nos dñs humiles & quietos, si nos inuicem copulatos, si circa iram suam timidos, si præsenti tribulatione correctos emendatosq; conspexerit, tutos ab inimici infestationibus exhibebit. Præcessit disciplina, sequetur & uenia. Nos tãtum sine cessatione poscendi & cũ fide accipiendi simplices & unanimes dominũ deprecemur cũ gemitu pariter & fletu deprecantes, sicut deprecari oportet eos, qui sint positi inter plangentium ruinas, & timentium reliquias, inter numerosam languentium stragẽ, & exiguam stantium paucitatem. Rogemus pacem maturius reddi, citoꝫ lætebris nostris & periculis subueniri. In plerisq; famulis suis dominus dignatur ostendere redintegrationem ecclesiæ suæ, securitatẽ salutis nostræ, post pluuias serenitatem, post tenebras lucem, post procellas & turbines placidã lenitatem. Pia paternæ dilectionis auxilia, diuinæ maiestatis solita magnalia, quibus & persequentiũ blasphemia retondatur, & lapsorum pœnitẽtia reformetur, & fortis & stabilis perseuerantium fiducia glorietur. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

Luciæ. 9.

Gen. 19.

Orãndum pro omnibus.

Alꝫ illecebris

Sepe fit expulsa nube serena dies.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS,
Ad clerum & plebem de Celerino confessore lectore ordinato,

Epistola V.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIS ET PLEBI VNIVERSAE FRATRIBVS SALVTEM.

AGnoscenda & cõplectenda sunt fratres dilectissimi beneficia diuina, quibus ecclesiam suã dominus illustrare temporibus nostris & honestare dignatus est, cõmeatum dando nobis confessoribus

soribus suis & martyribus glorioſis,ut qui ſublimiter CHRISTVM cõfeſſi eſſent,clerum poſtmodum CHRSITI miniſterijs eccleſiaſticis adornarent. Exultate itaq; & gaudete nobiſcũ lectis literis noſtris, quibus ego & collegæ mei qui præſentes aderant,referimus ad uos Celerinũ fratrem noſtrum uirtutibus pariter & moribus glorioſum clero noſtro non humana ſuffragatione,ſed diuina dignatione coniunctũ.qui cũ conſentire dubitaret,eccleſiæ ipſius admonitu & hortatu in uiſione per noctem compulſus eſt ne negaret:nobis ſuadentibus,cui plus licuit & coëgit,quia nec fas fuerat nec decebat ſine honore eccleſiaſtico eſſe,quem ſic dominus honorauerit cœleſtis gloriæ dignitate.Hic ad temporis noſtri prælium primus, hic inter CHRISTI milites anteſignanus.hic inter perſecutionis initia feruentia cũ ipſo infeſtationis principe & autore congreſſus,dum inexpugnabili firmitate certaminis ſui aduerſarium uincit,uincendi cæteris uiam fecit,non breui compendio uulnerũ uictor,ſed hærentibus diu & permanentibus pœnis longe colluctationis miraculo triũphator. Per decem & nouẽ dies cuſtodia carceris ſeptus,in neruo ac ferro fuit. Sed poſito in uinculis corpore,ſolutus ac liber ſpiritus manſit.Caro famis ac ſitis diuturnitate cõtabuit,ſed animã fide & uirtute uiuentem nutrimentis ſpiritalibus deus pauit.Iacuit inter pœnas pœnis ſuis fortior,incluſus includentibus maior,iacẽs ſtantibus celſior,uincientibus firmior uinctus,ſublimior iudicantibus iudicatus. Et q̃uis ligati neruo pedes eſſent,calcatus ſerpens & obtritus & uictus eſt.Lucent in corpore glorioſo clara uulnerum ſigna,eminent & apparent in membris longa tabe conſumptis expreſſa ueſtigia.Sunt magna,ſunt mira,quæ de uirtutibus eius ac laudibus fraternitas audiat.Et ſi aliquis Thomæ ſimilis extiterit,qui minus auribus credat,nec oculorũ fides deeſt, ut quiſquis quod audit & uideat.In ſeruo dei uictoriam gloria uulnerum fecit, gloriam cicatricum memoria cuſtodit.Nec rudis iſte aut uouus eſt in Celerino chariſſimo noſtro titulus gloriarum,per ueſtigia cognationis ſuæ graditur,parentibus,ac propinquis ſuis honore conſimili diuinæ dignatiõis æquatur. Auia eius Celerina iam pridem martyrio coronata eſt.Item patruus eius & auũculus Laurentius & Ignatius in caſtris & ipſi quondam ſecularibus militantes,ſed ueri & ſpiritales dei milites,dum diabolum CHRISTI profeſſione proſternunt,palmas à domino & coronas illuſtri paſſione meruerunt. Sacrificia pro eis ſemper ut meminiſtis offerimus,quoties martyrum paſſiones & dies anniuerſaria commemoratione celebramus.Nec degener ergo eſſe nec minor poterat,quem ſic domeſticis exemplis uirtutis ac fidei ꝓuocabat familiæ dignitas & generoſa nobilitas.Quod ſi in familia ſeculari prædicationis & laudis eſt eſſe patriciũ,quãto maioris laudis & honoris eſt fieri in cœleſti prædicatione generoſum? Non inuenio quem beatiorẽ magis dicam,utrum ne illos de poſteritate tam clara,an hunc de origine glo-

Celerini martyrio ſuadet cõgratulandum.

Celerini commendatio.

Celerini conſtantia.

Thomæ ſimiles incredvli.

Celerina auia Celerini.

Laurentius Ignatius.

rioſa. Ita æqualiter apud eos recurrit & commeat diuina dignatio, ut illorũ coronam dignitas ſobolis illuſtret, & huius gloriam ſublimitas generis illu minet. Hunc ad nos fratres dilectiſſimi cũ tanta domini dignatione uenien tem teſtimonio & miraculo eius ipſius, qui ſe ꝓſecutus fuerat illuſtrem, qd aliud cẽꝫ ſupꝰ pulpitũ, id eſt, ſuper tribunal eccleſiæ oportebat imponi, ut lo ci altioris celſitate ſubnixus & plebi uniuerſæ pro honoris ſui claritate con ſpicuus, legat præcepta euãgelij domini, quæ fortiter ac fideliter ſequitur: uox dominũ cõfeſſa in his quotidie, quæ dominus locutus eſt, audiatur: uiderit an ſit ulterior gradus ad quẽ ꝓficiſci in eccleſia poſſit. Nihil eſt in q̃ magis cõfeſſor fratribus proſit, cẽꝫ ut dum euãgelica lectio de ore eius audi

Celerinus Aurelio par.

tur, lectoris fidẽ quiſquis audierit, imitetur. Iungendus in oratiõe Aurelio fuerat, cũ quo & diuini honoris ſocietate cõiunctus eſt, cũ quo omnibus uir

Celerini cum Aurelio collatio.

tutis & laudis inſignibus copulatus eſt. Pares ambo, & utercꝫ cõſimiles. In quantũ gloria ſublimes, in tantũ uerecũdia humiles. Quãtũ diuina digna tione promoti, tãtũ ſua quiete & tranquillitate ſũmiſſi, & uirtutũ pariter & morũ*ſingulis exemplis præbentes, & cõgreſſioni & paci cõgruẽtes. Illic ro

*Aꝑs.*ſingularia.*

bore, hic pudore laudabiles. In talibꝰ ſeruis lætatꝫ dñs. In eiuſmodi cõfeſſori bus gloriatur, quorũ ſecta & cõuerſatio ſic ꝓficit ad præconiũ gloriæ, ut ma giſteriũ cæteris præbeat diſciplinæ. Ad hoc eos CHRISTVS eſſe in eccleſia diu uoluit, ad hoc de media nocte ſubtractos, quadã dixerim reſurrectione circa eos facta, incolumes reſeruauit, ut dũ nihil in honore ſublimiꝰ, nihil in hũilitate ſubmiſſiꝰ à fratribus cernit, hos eoſdẽ fraternitas ſectata comitet.

*Aꝑs*autem Eccle. 26.*

Hos *tamẽ lectores interim cõſtitutos ſciatis, quia oportebat lucernã ſuper candelabrũ poni, unde oĩbus luceat, & glorioſos uultus in loco altiore cõſti tui, ubi ab omni fraternitate circũſtante cõſpecti incitamentũ gloriæ uiden tibus præbeant. Cæterum preſbyterij honorẽ deſignaſſe nos illis iam ſcia tis, ut & ſportulis ijdem cum preſbyteris honorentur, & diuiſiones menſu ræ æquatis quantitatibus partiantur, ſeſſuri nobiſcum proiectis & corro boratis annis ſuis, quamuis in nullo minor poſſit uideri ætatis indole, qui conſummauit ætatem gloriæ dignitate.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ad plebem Thibari conſiſtentem epiſtola hortatoria, ut mẽte incorrupta fide in tegra, uirtute deuota Chriſti confeſſionem ſeruet.

Epiſtola. VI.

CYPRIANVS PLEBI THIBARI CONSISTENTI SALVTEM.

Cogitaueram quidẽ fratres dilectiſſimi, atqꝫ in uotis habe bam, ſi rerũ ratio ac tẽporis cõditio permitteret, ſecundum quod frequẽter deſyderaſtis, ipſe ad uos uenire, & quãtula cũqꝫ mediocritas noſtra præualeret exhortationis noſtræ præſens illic fraternitatẽ corroborare. Sed quoniã ſic rebus urgẽtibus detinemur, ut longe iſtinc excurrere, & diu à ple

be (cui de

be(cui de diuina indulgentia præſumus)abeſſe non detur facultas, has interim pro me ad uos uicarias literas miſi. Nam cum domini inſtruentis dignatione inſtigemur ſepius & admoneamur, ad ueſtram quoq; conſcientiam admonitionis noſtræ ſolicitudinem perferre debemus. Scire enim de 1. Ioan. 2.
betis & & pro certo credere ac tenere, preſſuræ diem ſuper caput eſſe cœpiſſe, & occaſum ſeculi atq; antichriſti tẽpus appropinquaſſe, ut parati omnes ad prælium ſtemus, nec quicquàm niſi gloriam uitæ æternæ, & coronam cõfeſſionis dominicæ cogitemus. Nec putemus talia eſſe, quæ ueniunt, qualia fuerunt illa quæ tranſierunt. Grauior nunc & ferocior pugna imminet, ad quã fide incorrupta, & uirtute robuſta parare ſe debent milites CHRISTI, conſyderantes idcirco ſe quotidie calicẽ ſanguinis CHRISTI bibere, ut poſſint & ipſi propter CHRISTVM ſanguinem fũdere. Hoc eſt enim uelle cum CHRISTO inueniri, id quod CHRISTVS & docuit & fecit imitari 1. Io. 2.
ſecundũ Ioannem apoſtolũ dicentem: Qui dicit ſe in CHRISTO manere, debet quomodo ille ambulauit & ipſe ambulare. Itẽ beatus Paulus apoſtolus exhortatur & docet, dicẽs: Sumus filij dei. Si autem filij, & hæredes dei, Roma. 8.
cohæredes autẽ CHRISTI, ſiquidem cõpatimur ut & commagnificemur. Quæ nunc omnia cõſyderanda ſunt nobis, ut nemo quicq; de ſeculo iam moriente deſyderet, ſed ſequatur CHRISTVM, qui & uiuit in æternũ, & uiuificat ſeruos ſuos in fide ſui nominis cõſtitutos. Venit em̃ tẽpus fratres dilectiſſimi, quod iampridẽ dñs noſter prænũciauit, & docuit aduenire dicẽs: Ioan. 16.
Veniet hora, ut omnis qui uos occiderit, putet ſe officiũ deo facere. Sed hæc facient, quoniã nõ cognouerũt patrẽ neq; me. Hæc autẽ locutus ſum uobis, ut cũ uenerit hora eorũ memores ſitis, quia ego dixi uobis. Nec quiſq; miretur p̃ſecutoribus nos aſſiduis fatigari, & preſſuris angẽtibus frequẽter urgeri, cũ hæc futura in nouiſſimis tẽporibus dñs anteprædixerit, & militiam noſtrã magiſterio & hortamẽto ſui ſermonis inſtruxerit: Petrus q̃q; apoſtolus eius docuerit, ideo p̃ſecutiones fieri, ut probemur, & ut dilectioni dei iuſtorũ præcedentiũ exẽplo, nos etiã morte & paſſionibus copulemur. poſuit em̃ in epiſtola ſua dicẽs: Chariſſimi nolite mirari ardorem accidentẽ uo 1. Petri. 4.
bis, qui ad tentationẽ ueſtrã fit, nec excidatis tãq; nouũ uobis cõtingat, ſed q̃tiens cõmunicatis CHRISTI paſſionibus, p̃ omnia gaudete, ut & in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improperat̃ uobis in noĩe CHRISTI, beati eſtis, quia maieſtatis & uirtutis dñi nomẽ in uobis requieſcit. Quod quidẽ ſecundũ illos blaſphemat̃, ſecundũ nos aũt honorat̃. Docuerũt aũt nos apoſtoli ea quæ de præceptis dñicis & cœleſtibus mandatis ipſi q̃q; didicerũt, dño ip̃o ſcilicet corroborãte nos & dicẽte: Nemo eſt, inq̃t, Luc. 18. Matth. 19.
qui relinquat domũ, aut agrũ, aut parentes, aut fratres, aut ſorores, aut uxorem, aut filios propter regnũ dei, & nõ recipiat ſepties tantũ in iſto tẽpore, in ſeculo autem uenturo uitam æternam. & iterum: Beati, inquit, eritis, cum Luc. 6.

odio uos habuerint homines, & separauerint uos, & expulerint, & male dixerint nomini uestro, quasi nequam, propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces uestra multa est in cœlo. Gaudere nos & exultare uoluit in persecutionibus dominus, quia quãdo persecutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites dei, tunc martyribus patent cœli. Neq; enim sic nomen militiæ dedimus, ut pacem tantũ modo cogitare, & detrectare ac recusare militiam debeamus, cũ in ipsa militia primus ambulauerit dominus, humilitatis & tolerãtiæ & passionis magister, ut quod fieri docuit, prior faceret, & quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium à patre solus accepit, & qui uenturus est iudicaturus, iam iudicij sui & cognitionis futuræ sententiam prætulerit, prænuncians & contestans confessurum se coram patre suo confitentes, & negaturum negantes. Si mortẽ possemus euadere, merito mori timeremus. Porrò autem cum mortalẽ mori necesse sit, amplectamur occasionem de diuina promissione & dignatione uenientem, & fungamur exitu mortis cum præmio immortalitatis, nec uereamur occidi, quos constet quando occidimur, coronari: nec quisquam fratres dilectissimi, cum populum nostrum fugari conspexerit metu persecutionis & spargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non uideat, nec tractantes episcopos audiat. Simul tunc omnes esse nõ possumus, quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. Vbicunq; in illis diebus unusquisq; fratrum fuerit à grege interim hac necessitate temporis corpore non spiritu separatus, non moueatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens & latens solicitudine deserti loci terreatur. Solus non est, cui CHRISTVS in fuga comes est. Solus non est, qui templum dei seruans ubicũq; fuerit, sine deo non est. Et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuaserit, fames ac sitis aut frigus afflixerit, uel per maria præcipiti nauigatione properantem tempestas, aut procella submerserit, expectat militẽ suum CHRISTVS ubicunq; pugnantem, & persecutionis causa pro nominis sui honore morienti præminm reddit, quod daturum se in *surrectione promisit. Nec minor est martyrij gloria, non publice & inter multos perisse, cum pereundi causa sit propter CHRISTVM perire. Sufficit ad testimonium martyrij sui testis ille qui probat martyres & coronat. Imitemur fratres dilectissimi Abel iustum, qui initiauit martyria, dum propter iustiam primus occiditur. Imitemur Abraham dei amicum, qui non est contatus ut filium uictimam suis manibus offerret, dũ deo fide deuotionis ob sequitur. Imitemur tres pueros Ananiam, Azariam, & Misahelem, qui nec ætate territi, nec captiuitate fracti, Iudæa deuicta & Hierosolymis captis, in ipso regno suo regem fidei uirtute uicerunt, qui adorare statuam, quam Nabuchodonosor rex fecerat, iussi, & minis regis & flammis fortiores extiterunt

Persecutio fidelitũ coronatio.

Christi exemplo primũ facere postea docere oportet.

Mors omnib? æqua tardior aut citior.

Casus comes deus in omnes

*Alias * persecutione.*

Abel primus martyrij autor

Abrahami obedientia.

Ananias Azarias Misahel.

extiterunt,prodamantes & fidē ſuā per hæc uerba teſtantes:Nabuchodo- Daniel.3.
noſor rex nō opus eſt nobis de hoc uerbo reſpōdere tibi.Eſt enim deus cui
nos ſeruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus
tuis rex,liberabit nos(& ſi non notū ſit tibi)quia dīs tuis non deſeruimus,
& imaginem auream quā ſtatuiſti non adorabimus.Credebant ſe illi ſecū-
dum fidem poſſe euadere,ſed addiderūt,& ſi non,ut ſciret rex illos propter
deum quem colebāt & mori poſſe.Hoc eſt enim robur uirtutis & fidei, cre-
dere & ſcire quod deus à morte præſenti liberare poſſit, & tamen mortem Deus à morte liberare poteſt
non timere nec cedere ut probari potius fides poſſit.Erupit per os eorum
ſpiritus ſancti incorruptus & inuictus uigor ,ut appareat,uera eſſe quæ in
euangelio ſuo dominus edixit dicens:Cum autem uos apprehenderint,no Matth. 10.
lite cogitare quid loquamini.Dabitur enim uobis in illa hora quid loqua-
mini.Nō enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquit
in uobis.Dixit qd loq & reſpōdere poſſimus dari nobis in illa hora diuini-
tus & offerri, nec nos tunc eſſe qui loquimur,ſed ſpiritum dei patris, qui cū
à confitentibus non diſcedit neq; diuiditur,ipſe in nobis & loquitur, & co-
ronatur.Sic & Daniel cū cōpelleretur adorare idolum Bel, quē tunc & rex Daniel.14.
& populus colebant,in aſſerendo dei ſui honorē plena fidei libertate ,pru-
pit dicens:Nihil colo ego niſi dominū deū meū,qui condidit cœlum & ter-
ram.Quid in Machabæis beatorum martyrum grauia tormēta, & multi- Machabæi
formes ſeptem fratrum pœnæ,& confortans liberos ſuos mater in pœnis,
& moriens ipſa quoq; cū liberis? Nōne magnæ uirtutis & fidei documenta
teſtantur, & nos ad martyrij triumphum ſuis paſſionibus adhortantur?
Quid prophetæ quos ad præſciētiam futurorum ſpiritus animauit? Quid Prophetæ.
apoſtoli quos dominus elegit? Nónne cum iuſti occiduntur propter iuſti- Apli.
tiam mori nos quoq; docuerunt? CHRISTI natiuitas à martyrijs infan- Christi natiuitas.
tum ſtatim cœpit, ut ob nomen eius à bimatu & infra qui fuerant,necaren
tur.Aetas necdum abilis ad pugnam,idonea extitit ad coronam, ut appa-
rerent innocentes eſſe qui propter CHRISTVM necantur,infantia inno
cens ob nomen eius occiſa eſt.Oſtenſum eſt neminem eſſe à periculo perſe
cutionis immunem,quando & tales martyria fecerunt. Quàm uero grauis Christus paſſus ut nos redimeret.
cauſa ſit hominis Chriſtiani ſeruum pati nolle,cum paſſus ſit prior domi-
nus,& pro peccatis noſtris nos pati nolle cum peccatū ſuum proprium non
habens paſſus ſit ille pro nobis? Filius dei paſſus eſt,ut nos filios dei face-
ret,& filius hominis pati non uult,ut eſſe dei filius perſeueret? Si odio ſecu-
li laboramus,odium ſeculi ſuſtinuit prior CHRISTVS. Si contumelias in
hoc mūdo,ſi fugam,ſi tormenta toleramus,grauiora expertus eſt mūdi fa-
ctor & dīs,qui & admonet,dicēs:Si ſeculū (inquit)uos odit,memētote quo Ioan. 15.
niā me primo odit.Si de ſeculo eſſetis,ſeculū qd ſuū eſſet amaret,Sed quia
de ſeculo non eſtis , & ego elegi uos de ſeculo,propterea odit uos ſeculum.

Memento

Mementote sermonis quem dixi uobis, non est seruus maior domino suo
Discipulus ut discit faciat. Si me persecuti sunt, & uos persequētur. Dominus & deus noster quicquid
docuit & fecit, ut discipulus excusatus esse non possit, qui discit & non facit.
Neq; aliquis ex uobis fratres dilectissimi futuræ p̄secutionis metu, aut an-
tichristi imminentis aduentu sic terreatur, ut non euangelicis exhortationi-
bus & præceptis ac monitis cœlestibus ad omnia inueniatur armatus. Ve-
nit antichristus, sed superuenit & CHRISTVS. Grassatur & sæuit inimicus,
& statim sequitur dominus, passiones nostras & uulnera uindicaturus. Ira-
scitur aduersarius & minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare.
Ille metuendus est cuius iram nemo poterit euadere, ipso præmonente &
Matthæi.10. dicente: Ne timueritis eos qui occidūt corpus, animam autem non possunt
occidere. Magis autem metuite eum qui potest & animam & corpus per-
Ioan.12. dere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam, & qui
odit animam suam in isto seculo, in uitam æternam conseruabit illam. Et
Apocalyp.14 in Apocalypsi instruit & præmonet dicens: Si quis adorat bestiam & ima-
ginem eius, & accipit notam in fronte sua & in manu, bibet & ipse de uino
iræ dei mixto in poculo iræ eius, & punietur igne & sulphure sub oculis san-
ctorum angelorum, & sub oculis agni, & fumus de tormentis eorum ascen-
dit in secula seculorum, nec habebunt requiem die ac nocte, quicunq; ado-
rant bestiam & imaginem eius. Ad agonem secularem & exercentur homi-
nes & parantur, & magnam gloriam computant honoris sui, si illis spectā-
te populo, & imperatore præsente cōtigerit coronari. Ecce agon sublimis &
magnus, & coronæ cœlestis præmio glorioſus, ut spectet nos certantes
deus, & super eos quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens certa
minis nostri spectaculo perfruatur. Præliantes nos & fidei congressione pu-
gnantes spectat deus, spectant angeli eius, spectat & CHRISTVS. Quā
ta est gloriæ dignitas, quanta felicitas præside deo congredi, & CHRISTO
iudice coronari? Armemur fratres dilectissimi uiribus totis, & paremur ad
agonem mente incorrupta, fide integra, uirtute deuota. Ad aciem quæ no-
bis indicitur, dei castra procedant. Armentur integri, ne perdat integer
quod nuper stetit. Armentur & lapsi, ut & lapsus recipiat quod amisit. Inte-
gros honor, lapsos dolor ad prælium prouocet. Armat & præparat nos
Eph.6. beatus Apostolus dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem &
sanguinem, sed aduersus potestates & principes huius mundi harum
Arma Chri-stianorum. tenebrarum, aduersus spiritus nequitiæ in cœlestibus. Propter quod
induite tota arma dei, ut possitis resistere in die nequissimo: ut cum
omnia perfeceritis, stetis accincti lumbos uestros in ueritate, iuduti lo-
ricam iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, assumen-
tes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere,
& galeam salutis, & gladium spiritus qui est sermo dei. Hæc arma su-
mamus

mamus, his nos tutamentis ſpiritalibus & cœleſtibus muniamus, ut in die nequiſſimo reſiſtere diaboli minis & repugnare poſſimus. Induamur loricam iuſtitiæ, ut contra inimici iacula munitum ſit pectus & tutum. Calciati ſint euangelico magiſterio & armati pedes, ut cum ſerpens calcari à nobis & obteri cœperit, mordere & ſupplantare non poſſit. Portemus fortiter ſcutum fidei, quo protegente quicquid iaculatur inimicus, poſſit extingui. Accipiemus quoq; ad tegmentum capitis galeam ſalutarem, ut muniantur aures, ne audiant edicta feralia. Muniantur oculi, ne uideant deteſtanda ſimulachra. Muniatur frons, ut ſignum dei incolume ſeruetur. Muniatur os, ut dominum ſuum CHRISTVM uictrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio ſpiritali, ut ſacrificia funeſta fortiter reſpuat, ut euchariſtiæ memor, qui domini corpus accepit in ipſo dominum ſuum cõplectatur, poſtmodũ à domino ſuo ſumpturus præmium cœleſtium coronarum. O dies ille qualis & quantus adueniet fratres dilectiſſimi, cum cœperit populum ſuum dominus recenſere, & diuinæ cognitionis examine ſingulorum merita recognoſcere: mittere in gehennam nocentes, & perſecutores noſtros flammæ pœnalis perpetuo ardore damnare, nobis uero mercedem fidei & deuotionis exoluere. Quæ erit illa gloria & quanta lætitia admitti, ut deum uideas honorari, ut cum CHRISTO domino deo tuo ſalutis ac lucis æternæ gaudiũ capias? Abraham, & Iſaac, & Iacob, & patriarchas omnes, & prophetas, & apoſtolos, & martyres ſalutare, cum iuſtis & dei amicis in regno cœlorum datæ immortalitatis uoluptate gaudere, ſumere illic quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit? Maiora enim nos accipere, quàm quod hic aut operamur, aut patimur Apoſtolus prædicat dicens: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad ſuperuenturam claritatem quæ reuelabitur in nobis. Cum reuelatio illa uenerit, cum charitas ſuper nos dei fulſerit, iam beati erimus, & læti dignatione domini honorati. Quàm rei manebunt & miſeri, qui dei deſertores aut contra deum rebelles uoluntatem fecerunt diaboli, ut eos neceſſe ſit cum ipſo ſimul inextinguibili igne torqueri? Hæc fratres dilectiſſimi hæreant cordibus ueſtris. Hæc ſit armorum noſtrorũ præparatio, hæc diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere, & cogitatione ſemper ac ſenſibus uoluere iniquorum ſupplicia, & præmia ac merita iuſtorum: quid negantibus dominus comminetur ad pœnam, quid contra confitentibus promittat ad gloriam. Si hæc cogitantibus ac meditantibus nobis perſecutionis dies ſuperuenerint, miles CHRISTI præceptis eius & monitis eruditus non expaueſcit ad pugnam, ſed paratus eſt ad coronam. Opto uos fratres chariſſimi ſemper bene ualere.

Iudicij dies bonis gaudio, malis gehẽnæ futurus.

1. Cor. 2.

Roma. 8.

Argumentum

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Magnū epiſtola de his qui in lecto gratiā conſequūtur, ubi inſinuat quocūq; tēpore gratiam dei perfectione nō carere dum ab ægro fides non exulat.

Epiſtola. VII.

QVæſiſti etiam frater chariſſime, quid mihi de illis uidea-
tur, qui in infirmitate & languore gratiam dei conſequū-
tur, an habendi ſint legitimi Chriſtiani, eo quod aqua
ſalutari non loti ſint, ſed perfuſi. Qua in parte nemini ue-
recundia & modeſtia noſtra præiudicat, quo minus unuſ
quiſq; quod uoluerit ſentiat, & quod ſenſerit faciat. Nos
quantum concipit mediocritas noſtra, æſtimamus in nullo mutilari & debi
litari poſſe beneficia diuina, nec minus aliquid illic poſſe contingere, ubi ple
na & tota fide & dantis & ſumentis accipitur, quod diuinis muneribus hau
ritur. Neq; enim ſic in ſacramento ſalutari delictorum contagia, ut in laua-
cro carnali & ſeculari ſordes cutis & corporis abluunt, ut & ſapone & nitris
Als *lotio. & cæteris quoq; adiumētis, & *dolio & piſcina opus ſit, quibus ablui & mū
dari corpuſculum poſſit. Aliter pectus credentis abluitur, aliter mens homi
nis per fidei merita mundatur. In ſacramentis ſalutaribus neceſſitate cogen
te & deo indulgentiam ſuam largiente totum credentibus conferunt diui-
na compendia. Nec quenq; mouere debet, quod aſpergi uel perfundi ui-
dentur ægri, cum gratiam dominicam conſequuntur, quando ſcriptura ſan
Ezechiel. 36. cta per Ezechielē prophetā loquat & dicat: Et aſpergā ſup uos aquā mun
dā, & mūdabimini ab oīmibus immūdicijs ueſtris, & oībus ſimulachris ue-
ſtris & mundabo uos, & dabo uobis cor nouū, & ſpiritū nouū dabo in uo-
Numeri. 19. bis. Itē in Nūeris. Et homo qui fuerit immūdus uſq; ad ueſperā, hic purifi-
cabit die tertio & die ſeptimo, & mūdus erit. Si aūt nō fuerit purificat die
tertio & die ſeptimo, non erit mūdus, & exterminabit anima illa de Iſrael,
quoniam aqua aſperginis non eſt ſuper eum aſperſa. Et iterum: Et locutus
Numeri. 8. eſt dominus ad Moyſen dicens: Accipe Leuitas de medio filiorum Iſrael
& purificabis eos. Et ita facies eis puriſicationem eorum, circumſperges eos
aqua purificationis. Et iterum: Aqua aſperſionis purificatio eſt. Vnde ap-
paret aſperſionem quoq; aquæ inſtar lauacri ſalutaris obtinere, & quando
Als *poſſe do mini maieſta te, fidei ueritate. Porro autē qđ quidā eos ſalutari aqua & fide legiti ma chriſti gra tiam conſecu tos.
hæc in eccleſia fiunt, ubi ſit & dantis & accipientis fides integra, ſtare omnia
& conſummari ac perfici* eos ſalutari aqua & fide legitima CHRISTI gra
tiam conſecutos non poſſe maieſtate domini & fidei ueritate. Porrò autem
quod quidam non Chriſtianos ſed clinicos uocant, nō inuenio unde hoc
nomen aſſumant, niſi forte qui plura & ſecretiora legerunt apud Hippo-
craten uel Soranum clinicos iſtos deprehenderunt. Ego enim qui clinicū
de euāgelio noui, ſcio paralytico illi & debili per longa ætatis curricula in le
cto iacenti nihil infirmitatem ſuam obfuiſſe, quo minus ad firmitatem cœ

leſtem

lestem pleniſſime peruenire. Nec tantum indulgentia dominica excitatum de grabato eſſe, ſed ipſum grabatum ſuum reparatis & uegetatis uiribus ſuſtuliſſe. Et idcirco quantum fide concipere & ſentire nobis datur, mea ſentētia hæc eſt, ut Chriſtianus iudicetur legitimus, quiſquis fuerit in eccleſia lege & iure fidei diuinam gratiam conſecutus. Aut ſi aliquis exiſtimat eos nihil conſecutos, eo quod ab aqua ſalutari tantum perfuſi ſint, ſi inanes & uacui ſunt, non decipiantur ut ſi incommodum languoris euaſerint & conualuerint, baptizentur. Si autem baptizari non poſſunt, qui iam baptiſmo eccleſiaſtico ſanctificati ſunt, cur in fide ſua & domini indulgentia ſcandalizantur? An conſecuti ſunt quidem gratiam dominicam, ſed breuiore & minore menſura muneris diuini ac ſpiritus ſancti, ut habeātur quidē Chriſtiani, nō ſint tamen cæteris adæquandi? Quinimmo ſpiritus ſanctus non de menſura datur, ſed ſuper credētem totus infunditur. Nam ſi dies omnibus æqualiter naſcitur, & ſi ſol ſuper omnes pari & æquali luce diffunditur, quāto magis CHRISTVS ſol & dies uerus in eccleſia ſua lumē uitæ æternæ pari æqualitate largitur? Cuius æqualitatis ſacramentum uidemus in Exodo eſſe celebratum, cum de cœlo manna defluēret, & futurorum præfiguratione alimentum panis cœleſtis cibum CHRISTI uenientis oſtenderet. Illic enim ſine diſcrimine uel ſexus, uel ætatis gomor à ſingulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat CHRISTI indulgentiam & cœleſtem gratiam poſtmodū ſecuturam æqualiter oīibus diuidi ſine ſexus uarietate, ſine annorū diſcrimine, ſine acceptione perſonæ ſuper omnem dei populum ſpiritalis gratiam muneris infundi. Planè eadem gratia ſpiritalis, quæ æqualiter in baptiſmo à credentibus ſumitur, in conuerſatione atque actu noſtro poſtmodum uel minuitur, uel augetur, ut in euangelio dominicum ſemen æqualiter ſeminatur, ſed pro uarietate terræ aliud abſumitur, aliud in multiformem copiam uel triceſimi, uel ſexageſimi, uel centeſimi numeri fructu exuberante cumulatur. Adhuc uero cum ſinguli ad denarium uocentur, quid eſt ut quod à deo æqualiter diſtribuitur, humana interpretatione minuatur? Quod ſi aliquis in illo mouetur quod quidam de ijs qui ægri baptizantur, ſpiritibus adhuc immundis tentantur, ſciat diaboli nequitiam pertinacem uſque ad aquam ſalutarem ualere: in baptiſmo uero * omnes nequitiæ ſuæ uires amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, & in ſua perfidia demoratus, tam diu reſiſtere potuit & prævalere, donec ad aquam ueniret, quo cum ueniſſet, & uictus eſt & extinctus. Mare autem illud ſacramentum baptiſmi fuiſſe, declarat beatus apoſtolus Paulus dicens: Nolo enim uos ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & addidit dicens: Hæc autem omnia figuræ noſtræ fuerunt. Quod hodie etiam geritur, ut per exorciſtas uoce humana

Spiritus ſine mēſura datur. Ioan. 3.

Sol æqualiter radios diffundit.

Gratia dei æqualiter diſtribuitur. Exodi. 16.

Matth. 13.

Alias * omne uirus.

1. Cor. 10.

& poteſtate diuina flagelletur & uratur, ut torqueatur diabolus. Et cùm exire ſe & homines dei dimittere ſæpe dicat, & in eo tamen quod dixerit fallat, & id quod per Pharaonem prius geſtum eſt, eodem mendacio obſtinationis & fraudis exerceat: cum tamen ad aquam ſalutarem, atque ad baptiſmi ſanctificationem uenitur, ſcire debemus & fidere quia illic diabolus opprimitur, & homo dicatus diuina indulgentia liberatur. Nam ſicut ſcorpij & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati, præualere non poſſunt, aut ſua uenena retinere: ſic & ſpiritus nequam, qui ſcorpij & ſerpentes appellantur, & tamen per nos data à domino poteſtate calcantur, permanere ultra non poſſunt in hominis corpore, in quo baptizato & ſanctificato incipit ſpiritus ſanctus habitare. Hoc denique & rebus ipſis experimur, ut neceſſitate urgente in ægritudine baptizati & gratiam conſecuti careant immundo, quo antea mouebantur, & laudabiles ac probabiles in eccleſia uiuant, pluſque per dies ſingulos in augmentum cœleſtis gratiæ per fidei incrementa proficiant. Et contra ſæpe nonnulli de illis qui ſani baptizantur ſi poſtmodum peccare cœperint, ſpiritu immundo redeunte quatiuntur, ut manifeſtum ſit diabolum in baptiſmo fide credentis excludi, ſi fides poſtmodum defecerit, regredi: Niſi ſi iuſtum quibuſdam uidetur, ut illi qui extra eccleſiam apud aduerſarios & antichriſtos profana aqua polluuntur, baptizati iudicentur: Hi uero qui in eccleſia baptizantur, minus indulgentiæ & gratiæ diuinæ conſecuti eſſe uideantur, & tantus honor habeatur hæreticis, ut inde uenientes non interrogentur utrumne loti ſint an perfuſi, utrumne clinici ſint an Peripatetici: Apud nos autem de integra fidei ueritate detrahatur, & baptiſmo eccleſiaſtico maieſtas ſua & ſanctitas derogetur. Reſcripſi fili chariſſime ad literas tuas quantum parua noſtra mediocritas ualuit, & oſtendi quid nos quantum in nobis eſt ſentiamus: Nemini præſcribentes quo minus ſtatuat quod putat unuſquiſque præpoſitus actus ſui rationem domino redditurus, ſecundum quod beatus apoſtolus Paulus in epiſtola ſua ad Rhomanos ſcribit & dicit: Vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem dabit. Non ergo nos inuicem iudicemus. Opto te fili chariſſime ſemper bene ualere.

Diabolus baptiſmo opprimitur.

Roma. 14.

ARGVMENTVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

Ad Cornelium papam epiſtola, in qua de literis ad præſbyteros miſſis ſe purgat, & cuncta ad illius dignitatem feciſſe oſtendit.

Epiſtola

Epistola. VIII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SALVTEM.

Egi literas tuas frater chariſſime, quas per Primitiuum compræſbyterum noſtrũ miſiſti, in quibus te comperi motum, quod cum de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigerentur, poſteaquam nos ego & Liberalis in eundem locum uemiſſemus, cœpiſſent illuc ad præſbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod ſcire te uolumus & pro certo credere, nulla leuitate aut contumelia factum. Sed cum ſtatuiſſemus complures, qui in unum conueneramus, ut legatis ad uos coëpiſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis, omnia interim integra ſuſpenderentur, donec ad nos ĩjdem collegæ noſtri rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro ueritate compertis redirent, præſbyteri & diaconi in Adrumetina conſiſtentes, Polycarpo coëpiſcopo noſtro abſente, ignorabant quid nobis in commune placuiſſet. At ubi nos in præſenti uenimus, comperto conſilio noſtro, ipſi quoq; id quod & cæteri obſeruare cœperunt, ut in nullo eccleſiarum iſtic conſiſtentium conſenſio diſcreparet. Quidam tamen mentes nonnunquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam quàm ſe habet ueritas nunciant. Nos enim ſingulis nauigantibus, ne cum ſcandalo ullo nauigarent, rationem reddidiſſe nos ſcimus, & hortatos eſſe ut eccleſiæ catholicæ matricem & radicem agnoſcerent ac tenerent. Sed quoniam latius fuſa eſt noſtra prouincia, habet etiam Numidiam & Mauritaniam ſibi cohærentes, ne in urbe ſchiſma factum abſentium animos incerta opinione confunderet, placuit ut per epiſcopos, retenta à nobis rei ueritate, ad comprobãdam ordinationem tuam facta autoritate maiore, tum demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo, per omnes omnino in prouincia iſta poſitos literæ fierent, ſicut fiunt, ut te uniuerſi collegæ noſtri & communicationem tuam, id eſt, catholicæ eccleſiæ unitatem pariter & charitatem probarent firmiter ac tenerent. Quod diuinitus eueniſſe, & conſilium noſtrum prouidenter proceſſiſſe gaudemus. Sic enim nunc epiſcopatus tui & ueritas pariter & dignitas apertiſſima luce & manifeſtiſſima & firmiſſima eſt confirmatione fundata, ut & ex reſcriptis collegarum noſtrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, & ex relatione ac teſtimonijs coëpiſcoporum Pompeij, & Stephani, & Caldonij, ac Fortunati ordinationis tuæ & origo neceſſaria, & ratio iuſta, & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noſceretur. Quod ut ſimul cum cæteris quoque collegis noſtris ſtabiliter ac firmiter adminiſtremus, atque ut catholicæ eccleſiæ concordiam unanimitatem teneamus, perficiat diuina protectio, ut dominus qui ſacerdotes ſibi in eccleſia ſua eligere & conſtituere dignatur, electos quoq; & conſtitutos ſua uoluntate atque opitulatione tueatur, gubernanter inſpi-

rans ac subministrans, & ad improborum contumaciam frenandam uigorem, & ad lapsorum fouendam pœnitentiam, lenitatem. Opto te frater charissime semper bene ualere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad Florentium Pupianum epistola, ubi dolens quod temere de obtrectatoribus crediderit, se purgat, & animi illius lenitatem ostendit.

Epistola IX.

CYPRIANVS QVI ET THASCIVS FLORENTIO CVI ET PVPIANO FRATRI SALVTEM.

EGo te frater credideram tandem iam ad pœnitẽtiam conuerti, quod in præteritum tam infanda, tam turpia, tam etiam gentibus execranda, aut audisses de nobis temere, aut credidisses. Porrò autem etiam nunc in literis tuis animaduerto te adhuc esse, qui prius fueras, eadem te de nobis credere, & in eo quod credideras, perseuerare, & ne forte claritatis & martyrij tui dignitas, nostra communicatione maculetur, mores nostros diligenter inquirere, & post deum iudicem qui sacerdotes facit, te uelle, nõ dicam de me (quantus enim ego?) sed de dei & CHRISTI iudicio iudicare. hoc est in deum non credere, hoc est rebellem aduersus CHRI-
Matth. 10. STVM & aduersus euangelium eius existere. & cum ille dicat: Nónne duo passeres asse ueneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris uoluntate? & probet maiestas eius & ueritas sine consensu & permissu dei etiam minima non fieri, tu existimes sacerdotes dei sine consensu eius in ecclesia ordinari? Nam credere quod indigni & incerti sint qui ordinantur, quid aliud est quàm credere quod non à deo, nec per deum sacerdotes eius in ecclesia
Testis in propria causa nemo idoneus. constituantur? An putas esse maius de me meum, quàm dei testimonium? cum dominus ipse doceat & dicat testimonium non esse uerum, si quis ipse de se testis existat, eo quod unusquisque utique sibi faueat, nec contra se aliquis infesta & aduersa depromat, fides uero syncera sit ueritatis, si
Ioan. 5. in prædicationibus nostris alius sit prædicator ac testis? Si testimonium, inquit, dixero de me, testimonium meum non est uerum: alius est enim qui testis est de me. Quod si ipse dominus qui omnia postmodum iudicaturus sit, noluit de testimonio suo sibi credi, sed maluit de iudicio ac testimonio dei patris probari, quanto magis hoc seruos eius obseruare oportet, qui iudicio ac testimonio dei non probantur tantum, sed etiam gloriãtur? Præualuit autem apud te contra diuinam sententiam, & contra conscientiam nostram dei iuribus nixam inimicorum & malignorum commentum, quasi apud lapsos & profanos, & extra ecclesiam positos, de quorum pectoribus excesserit spiritus sanctus, esse aliud possit nisi mẽs praua, & fallax lingua, & odia uenenata, & sacrilega mẽdacia, quibus qui credit, cũ illis necesse est in-

ueniatur

ueniatur,cum dies iudicij uenerit. Quod uero dixisti sacerdotes humiles esse debere,quia & dominus & apostoli humiles fuerunt: Humilitatem meam & fratres omnes,& gentiles quoq; optime norunt & diligunt,& tu quoque noueras & diligebas,cum adhuc in ecclesia esses, & mecum communicares. Quis autem nostrum longe est ab humilitate, utrumne ego qui quotidie fratribus seruio, & uenientes ad ecclesiam singulos benigne & cum uoto & gaudio suscipio,an tu qui te episcopum episcopi, & iudicem iudicis ad tempus à deo dati cõstituis? cum dominus deus in Deuteronomio dicat:Et homo quicunq; fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicũq; fuerit in diebus illis,morietur homo ille, & omnis populus cum audierit timebit,& non agent impie etiam nunc? & iterum ad Samuelem loquitur & dicit:Non te spreuerunt,sed me spreuerunt. Et adhuc dominus in euangelio,cum ei dictum esset:Sic respondes pontifici? custodiens & docẽs sacerdotalem honorem seruari oportere,contra pontificem nihil dixerit,sed innocentiam suam tantummodo purgans responderit dicens:Si male locutus sum,exprobra de malo,si autem bene,quid me cædis? Item beatus apostolus,cum ei dictum esset: Sic insilis in sacerdotem dei maledicendo? nihil contumelioſe locutus sit aduersus sacerdotem:cum & potuerit se constanter exerere aduersus eos qui dominum crucifixissent,& qui iam deũ, & CHRISTVM,& templum, & sacerdotium perdidissent. Sed quamuis in falsis & spoliatis sacerdotibus umbram tamen ipsam inanem sacerdotalis nominis cogitãs dixerit: Nesciebam fratres quia pontifex est,scriptum est enim:Principem plebis tuæ non maledices,nisi si sacerdos tibi fui ante persecutionem, quando mecum communicabas,sed post persecutionem sacerdos esse desiui. Persecutio enim te uenientem ad summam martyrij sublimitatem prouexit: me autem proscriptionis onere depressit, cum publice legeretur: Si quis tenet uel possidet de bonis Cæcilij Cypriani episcopi Christianorum proscribatur, ut etiam qui non credebant deo episcopum constituenti, uel diabolo crederent episcopum proscribenti. Nec hoc iacto,sed dolens profero,cum te iudicem dei cõstituas & CHRISTI,qui dicit ad apostolos, ac per hoc ad omnes præpositos qui apostolis uicaria ordinatione succedũt: Qui audit uos, me audit, & qui me audit, audit eum qui me misit.Et qui reijcit uos,me reijcit,& eum qui me misit. Vnde enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriũtur,nisi dum episcopus qui unus est,& ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione dei honoratus,ab indignis hominibus iudicatur? Quis enim hic est superbiæ tumor,quæ arrogantia animi,quæ mẽtis inflatio,ad cognitionem suam præpositos & sacerdotes uocare? Ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluti,etiam sex annis nec fraternitas habuerit episcopum, nec plebs præpositum,nec grex pastorem,nec ecclesia gubernatorẽ, nec CHRISTVS

Sacerdotes humiles.

Deuter.17.

1.Reg.8.

Ioan.18.

Actuũ.23.

Exodi.22.

Luc.10.

antistitem, nec deus sacerdotem. Subueniat Pupianus & sententiam dicat: Iudicium dei & CHRISTI in apertum referat, ne tantus fidelium numerus qui sub nobis accersitus est, sine spe salutis & pacis exisse uideatur, ne nouus credentium populus nullam per nos consecutus esse baptismi gratiam & spiritus sancti iudicetur, ne tot lapsis & pœnitentibus pax data, & communicatio nostra examinatione concessa iudicij sui autoritate soluatur. Annue aliquando & dignare pronunciare de nobis, & episcopatum nostrum cognitionis tuæ autoritate firmare, ut deus & CHRISTVS eius agere tibi gratias possint, quod per te antistes & rector altari eorum pariter & plebi restitutus sit. Apes habent regem & iudicem, & ei fidem seruant. Latrones mancipi obsequio pleno humilitatis obtemperant. Quanto simpliciores & meliores uobis brutæ pecudes, & muta animalia, & cruenti licet ac furentes inter gladios atque inter arma prædones? Præpositus illic agnoscitur & timetur, quem non sententia diuina constituit, sed in quem factio perdita & nocens caterua consentit. Dixisti sanè scrupulum tibi esse tollendum de animo, in quem incidisti, sed tua mente & uoluntate sacrilega, dum incesta, dum impia, dum nefanda contra fratrem, contra sacerdotem facile audis, & libenter credis, aliena mendacia quasi propria & priuata defendis, nec recordaris scriptum esse: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. & iterum: Malus obaudit linguæ iniquorum, iustus autem non intendit labijs mendacibus. Quare in hunc scrupulum non inciderunt martyres spiritu sancto pleni, & ad conspectum dei & CHRISTI eius, passioni tam proximi, qui ad Cyprianum episcopum literas de carcere direxerunt, sacerdotem dei agnoscentes & contestantes ei? Quare in hunc scrupulum non inciderunt tot episcopi collegæ mei, qui uel cum de medio recesserunt proscripti sunt, uel apprehensi in carcere & in cathenis fuerunt, aut qui in exilium relegati, illustri itinere ad dominum profecti sunt, qui quibusdam locis animaduersi cœlestes coronas de domini clarificatione sumpserunt? Quare in hunc scrupulum non inciderunt de plebe ista nostra quæ apud nos est, & nobis de dei dignatione commissa est, tot confessores quæstionati & torti, & insignium uulnerum & cicatricum memoria gloriosi? tot uirgines integræ: tot laudabiles uiduæ? ecclesiæ denique uniuersæ per totum mundum nobiscum unitatis uinculo copulatæ? nisi si omnes isti communicantes mecum, secundum quod scripsisti: polluto ore nostro polluti sunt. Et si spem uitæ æternæ communicationis nostræ contagione perdiderunt, Pupianus solus integer, inuiolatus, sanctus, pudicus, qui nobis miscere se noluit, in paradiso atque in regno cœlorum solus habitabit. Scripsisti etiam quod ecclesia nunc propter me portionem sui in dispersо habeat, cum omnis ecclesiæ populus & collectus sit & adunatus, & individua concordia sibi uinctus, & soli illi foris remanserint, qui & si intus essent ejiciendi

Apes regem habent.

Præpositꝰ inter prædones.

Eccl. 28.

Prouerb. 17.

Pupiano insultat Cypriano.

endi fuerant, ne patiatur dominus populi sui protector & tutor triticum de area sua diripi, sed solæ possint paleæ de ecclesia separari, cum & Apostolus dicat: Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum, nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? absit. Est enim deus uerax, omnis autem homo mendax. & dominus quoque in euangelio, cum eum loquentem discipuli derelinquerent, conuersus ad duodecim dixerit: Nunquid & uos uultis ire? Respondit ei Petrus dicens: Domine ad quem ibimus? uerbum uitæ æternæ habes, & nos credidimus & cognouimus, quoniam tu es filius dei uiui. Loquitur illic Petrus, super quem ædificanda fuerat ecclesia, docens quia & si contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, ecclesia tamen Christianorum non recedit, & illi sunt ecclesia & plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vnde scire debes episcopum in ecclesia esse, & ecclesiam in episcopo, & si qui cum episcopo non sint, in ecclesia non esse, & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus dei non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt, cum ecclesia quæ catholica una est, scissa non sit neque diuisa, sed sit utique connnexa, & cohærentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata. Quamobrem frater si maiestatem dei, qui sacerdotes ordinat, & CHRISTI cogitaueris: si CHRISTVM qui arbitrio & nutu ac præsentia sua & præpositos ipsos & ecclesiam cum præpositis gubernat, aliquando respexeris, si de innocentia sacerdotum non humano odio, sed diuino iudicio credideris, si temeritatis & superbiæ atque insolentiæ tuæ agere uel sero pœnitentiam cœperis. Si deo & CHRISTO eius quibus seruio, & quibus puro & immaculato ore sacrificia & in persecutione pariter & in pace indesinenter offero, plenissime satisfeceris, communionis tuæ poterimus habere rationem, manente tamen apud nos diuinæ censuræ respectu & metu, ut prius dominum meum consulam an tibi pacem dari, & te ad communicationem ecclesiæ suæ admitti sua ostensione & admonitione permittat. Memini enim quid iam mihi sit ostensum, immo quid seruo obsequenti & timenti de dominica & diuina autoritate præceptum, qui inter cætera quæ ostendere & reuelare dignatus est, & hoc addidit: Itaque qui CHRISTO non credit sacerdotem facienti, postea credere incipiet sacerdotem uindicanti. Quanquam sciam omnia ridicula & uisiones ineptas quibusdam uideri, sed utique illis qui malunt contra sacerdotes credere quàm sacerdoti: Sed nihil mirum quando de Ioseph fratres sui dixerunt: Ecce somniator ille uenit. Nunc ergo uenite occidamus eum, & somniator postea quod somniauerat consecutus sit: & occisores ac uenditores confusi sint, ut qui uerbis non credidissent, factis postmodum crederent. De ijs autem quæ tu egisti uel in persecutione, uel in pace, stultum est ut uelim te iudicare, cum tu magis iudicem te nostri constitueris. Hæc pro

Rom. 3.

Ioan. 6.

Genes. 37.

animi mei pura conſcientia, & domini dei mei fiducia reſcripſi. Habes tu literas meas, & ego tuas: In diciudicij ante tribunal CHRISTI utrunque recitabitur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad clerum de Numidico confeſſore præſbytero ordinato,

Epiſtola. X.

CYPRIANVS PRAESBYTERIS ET DIACONIBVS ET PLEBI VNIVERSAE CHARISSIMIS AC DESYDERATISSIMIS FRATRIBVS SALVTEM.

Numidicus præſbyter.

NVnciandum uobis fratres chariſſimi, quod pertineat ad cõmunem læticiam, & ad eccleſiæ noſtræ maximam gloriam exiſtimaui. Nam admonitos uos & inſtructos ſciatis dignatione diuina, ut Numidicus præſbyter aſcribatur præſbyterorum Carthaginenſium numero, & nobiſcum ſedeat in clero luce clariſſima confeſſionis illuſtris, & uirtutis ac fidei honore ſublimis, qui hortatu ſuo copioſum martyrum numerũ lapidibus & flammis necatum ante ſe miſit. Quicp uxorem adhærentem lateri ſuo concrematam ſimul cum cæteris (uel conſeruatam magis dixerim) lætus aſpexit. Ipſe ſemuſtulatus, & lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus, dum poſtmodum filia ſolicito pietatis obſequio cadauer patris inquirit, ſemianimis inuentus, & refocillatus & extractus à comitibus, quos ipſe præmiſerat, remanſit inuitus. Sed remanendi (ut uidemus) hæc fuit cauſa, ut eum clero noſtro dominus adiungeret, & deſolatam quorundam præſbyterorum noſtrorum copiam glorioſis ſacerdotibus adornaret. Et promouebitur quidem dum tempus permiſerit ad ampliorem locum religionis ſuæ, cum in præſentia protegente domino, uenerimus. Interim quod oſtenditur fiat, ut cum gratiarum actione ſuſcipiamus hoc dei munus, ſperantes de miſericordia domini eiuſmodi ornamenta compleri, ut redintegrato eccleſiæ ſuæ robore, tam mites & humiles faciat confeſſus noſtri honore florere.

DIVI CAECILII CYPRIANI EPISTOLARVM LIBRI QVARTI FINIS.

Diui Cæcilij

DIVI CAECILII CY-
PRIANI EPISCOPI CARTHAGINEN/ SIS VARII TRACTATVS.

ARGVMENTVM TRACTATVS SEQVENTIS.

Cõtra Demetrianum tractatus dicentẽ Christianis imputari debere omnia quibus tunc mundus urgebatur quod ab ipsis dij non colerentur. In qua ab obiectis se purgans demonstrat mala multiplicari quod ab idololatris deus non coleretur.

TRACTATVS PRIMVS CONTRA DEMETRIANVM.

BLATRANTEM te & aduersũ deũ, qui unus & uerus est, ore sacrilego & uerbis impijs obstrepentem frequenter Demetriane cõtempseram, uerecundius ac melius existimans errãtis imperitiam silentio spernere, q̃ꝫ loquendo dementis insaniam prouocare. Nec hoc sine magisterij diuini autoritate faciebam, cum scriptum sit: In aures imprudẽtis noli quicq̃ꝫ dicere, ne cum audierit irrideat sensatos sermones tuos. & iterum: Noli respondere imprudenti ad imprudentiã eius, ne similis fias illi. & sanctum quoq̃ꝫ iubeamur intra conscientiam nostram tenere, nec conculcandum porcis & canibus exponere, loquente domino & dicente: Ne dederitis sanctum canibus, neq̃ꝫ miseritis margaritas uestras ante porcos, ne conculcent ea pedibus. & cõuersi elidant uos. Nam cum ad me sæpe studio magis contradicendi, q̃ꝫ uoto discendi uenires, & damosis uocibus personans malles tua impudenter ingerere, q̃ꝫ nostra patienter audire, ineptum uidebatur congredi tecum, cum facilius esset & leuius turbulẽti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quàm tuam rabiem tractatibus cohercere. Certe & labor irritus & nullus effectus, offerre lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: cum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Hæc consyderans sæpe conticui, & impatientem patientia uici, cũ nec docere indocilem possem, nec impium religione comprimere, nec furentẽ lenitate cohibere. Sed enim cum dicas plurimos conqueri, quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames sæuiant: quodq̃ꝫ hymbres & pluuias serena longa suspendant, nobis imputari, ultra tacere non oportet, ne iam

Proverb. 9.

Proverb. 23.

Matth. 7.

Cæco lumen, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre, labor irritus.

ne iam non uerecundiæ ſed diffidentiæ eſſe incipiat quod tacemus, & dum
Refellit Demetriani furros. criminationes falſas cõtemnimus refutare, uideamur crimen agnoſcere. Reſpondemus igitur & tibi Demetriane pariter & cæteris, quos tu forſitan cõcitaſti, & aduerſum nos odia tuis maledicis uocibus ſeminando, comites tibi plures radicis atque originis tuæ pullulatione feciſti, quos tamen ſermonis noſtri admittere credo rationem. Nam qui ad malum motus eſt mendacio fallente, multo magis ad bonum mouebitur, ueritate cogente. Dixiſti per nos fieri, & quod nobis debeant imputari omnia iſta, quibus nunc mundus quatitur & urgetur, quod dñ ueſtri à nobis non colantur. Qua in
Mundus ſenuit. parte (quia ignarus diuinæ cognitionis & ueritatis alienus es) illud primo in loco ſcire debes, ſenuiſſe iam mundum, non illis uiribus ſtare quibus prius ſteterat, nec uigore & robore eo ualere quo antea præualebat. Hoc etiã nobis tacentibus, & nulla de ſcripturis ſanctis prædicationibuſq; diuinis documenta promentibus, mundus ipſe iam loquitur, & occaſum ſui rerum labẽtium probatione teſtatur, non hyeme nutriendis ſeminibus tanta hymbrium copia eſt, non frugibus æſtate torrendis ſolita flagrãtia eſt, nec ſic *uer-
Aliàs *uernali na de temperie ſata læta ſunt, nec adeo arboreis fœtibus autumna fœcunda ſunt. Minus de effoſſis & fatigatis montibus eruuntur marmorum cruſtæ, minus argenti & auri opes ſuggerunt exhauſta iam metalla & paupe-
Aliàs *breuiantur. res uenæ. * Breuiatur in dies ſingulos & decreſcit ac deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in caſtris, innocentia in foro, iuſtitia in iudicio, in amicitijs concordia, in artibus peritia, in moribus diſciplina. Putaſne tu tanta poſſe ſubſtantiam rei ſeneſcentis exiſtere, quanta prius potuit nouella adhuc & uegeta iuuenta pollere? Minuatur neceſſe eſt quicquid fine iam proximo in occidua & in extrema deuergit. Sic ſol in occaſu ſuo radios minus claro & igneo ſplendore iaculatur. Sic declinante iam curſu exoletis cornibus luna tenuatur, & arbor quæ fuerat ante uiridis & fertilis, areſcentibus ramis fit poſtmodum ſterili ſenectute deformis. Et fons qui exundantibus prius uenis largiter profluebat, ſenectute deficiens uix modico ſu-
Omnia orta cadunt. dore diſtillat. Hæc ſententia mundo data eſt: hæc dei lex eſt, ut omnia orta occidant, & aucta ſeneſcant, ut infirmentur fortia, & magna minuantur, ut cum infirmata & diminuta fuerint, finiantur. Hæc Chriſtianis imputas, quod minuantur ſingula mundo ſenectute? Quid ſi & ſenes imputẽt Chriſtianis, quod minus ualeant in ſenectute? quod non perinde ut prius uigeant auditu aurium, curſu pedum, oculorum acie, uirium robore, ſucco
Vitæ breuitas. uiſcerum, mole membrorum? & cum olim ultra octingentos & nongentos annos uita hominum longæua procederet, uix nunc poſſit ad centenarium numerum peruenire? Canos uidemus in pueris, capilli deficiunt antequam creſcant, nec ætas in ſenectutem deſinit, ſed incipit à ſenectute: ſic in ortu adhuc ſuo ad finem natiuitas properat, ſic quodcunque nunc naſcitur

ſcitur mundi ipſius ſenectute degenerat, ut nemo mirari debeat ſingula in mundo cœpiſſe deficere, cum totus ipſe iam mundus in defectione ſit & in fine. Quod autem crebrius bella continuant, quod ſterilitas & fames ſolicitudinem cumulant, quod ſæuiẽtibus morbis ualitudo frangitur, quod humanum genus luis populatione uaſtatur, & hoc ſcias prædictum in nouiſſimis temporibus multiplicari mala, & aduerſa uariari, & appropinquante iam iudicij die, magis ac magis in plagas generis humani cenſurã dei indignantis accẽdi, non enim ſicut tua falſa querimonia & imperitia ueritatis ignara iactat & clamitat, iſta accidunt, quod dij ueſtri à nobis non colãtur, ſed quod à uobis non colatur deus. Nam cũ ipſe ſit mundi dominus cognitor & rector, & cuncta arbitrio eius & nutu gerantur, nec quicq̃ fieri poſſit, niſi quod aut fecerit, aut fieri ipſe permiſerit, utiq; quando ea fiunt quæ iram dei indignantis oſtẽdunt, non propter nos fiunt à quibus deus colitur, ſed delictis & meritis ueſtris irrogant, à quibus deus omnino nec quæritur, nec timetur, nec relictis uanis ſuperſtitiõibus religio uera cognoſcitur, ut qui deus unus eſt, omnibus unus, colatur ab oẽibus & rogetur. Ipſum deniq; audi loquentem, ipſum uoce diuina inſtruentem nos pariter ac monentẽ: Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & iterum: Non erũt tibi dij alieni abſq; me, & iterũ: Nolite ambulare poſt deos alienos, ut ſeruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in operibus manuũ ueſtrarũ ad diſperdendos uos. Propheta item ſpiritu ſancto plenus conteſtatur & denunciat iram dei dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: Eo quod domus mea deſerta eſt, uos autem ſectamini unuſquiſq; in domũ ſuã, propterea abſtinebit cœlũ à rore, & terra ſubtrahet procreationes ſuas, & inducam gladiũ ſuper terram, & ſuper frumentũ, & ſuper uinum, & ſuper oleum, & ſuper homines, & ſuper pecora, ſuper oẽs labores manuũ ueſtrarum. Itẽ propheta alius repetit & dicit: Et pluam ſuper unam ciuitatẽ, & ſuper aliã non pluam. Pars una compluetur, & pars ſuper quã non pluero, arefiet. Et congregabũtur duæ & tres ciuitates in unam ciuitatẽ potandæ aquæ cauſa, nec ſatiabuntur, & non conuertimini ad me dicit dominus. Indignatur ecce dominus & iraſcitur, & quod ad deũ nõ conuertamini cõminatur, & tu miraris aut quereris in hac obſtinatione & contemptu ueſtro, ſi rara deſuper pluuia deſcendat, ſi terra ſitu pulueris ſqualeat, ſi uix ieiunas & pallidas herbas ſterilis gleba producat, ſi uineam debilitet grando cadens, ſi oleam detruncet turbo ſubuertens, ſi fontẽ ſiccitas ſtatuat, aërem peſtilens aura corrũpat, homines morbida ualitudo conſumat, cum omnia iſta peccatis prouocantibus ueniant, & plus exacerbetur deus quando nihil talia & tanta proficiant? Fieri enim iſta uel ad diſciplinam contumacium, uel pœnam malorum, declarat in ſcripturis ſanctis idem deus dicens: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros, diſciplinam non exceperunt. Et propheta deuotus ac dicatus deo ad hæc eadem

Tempore multiplicantur mala. Luc. 4. Exod. 20. Hiere. 7. Aggei. 1. Amos 4. *Quicquid patimur, peccata noſtra meruerunt.* Hier. 2.

Hier. 5. eadem respondit & dicit: Verberasti eos, nec doluerunt, flagellasti eos, nec uoluerunt credere, nec accipere disciplinam. Ecce irrogantur diuinitus plagæ, & nullus dei metus est. Ecce uerbera desuper & flagella non desunt, & trepidatio nulla, nulla formido est. Quid si nō intercederet rebus humanis uel ista censura? quanto adhuc maior in omnibus esset audacia facinorum impunitate secura? Quereris quod minus nunc tibi uberes fontes, & auræ salubres, & frequens pluuia, & fertilis terra obsequium præbeant, quod non ita utilitatibus tuis & uoluptatibus elementa deseruiant. Tu enim deo seruis. per quem tibi cuncta deseruiunt? Tu famularis illi, cuius nutu tibi uniuersa famulātur? Ipse de seruo tuo exigis seruitium, & homo hominem parere tibi & obedire compellis, & cum sit uobis eadem sors nascendi, conditio una moriēdi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, æquali iure, & pari lege uel ueniatur in hunc mundum, uel de hoc mundo postmodum recedatur, tamen nisi pro arbitrio tuo tibi seruiatur, nisi ad uoluntatis imperium pareatur, imperiosus & nimius seruitutis exactor flagellis uerberas, fame, siti, nuditate, frequenter ferro & carcere affligis & crucias, & non agnoscis dominum deum tuum, cum sic exerceas ipse dominatum. Merito ergo incursantibus plagis non desunt dei flagella nec uerbera, quæ cum nihil istic promoueant, nec ad dominum singulos tanto cladium terrore conuertant, manet postmodum carcer æternus, & iugis flamma, & pœna perpetua, nec audietur illic rogantium gemitus, quia nec hic dei indignantis terror auditus est, qui per prophetam clamat & dicit: Audite sermonem domini filij Israël, quia iudicium domini est aduersum incolas terræ, eo quod neq; misericordia, neq; ueritas, neq; agnitio dei est super terram, sed execratio & mendacium, & cædes, & furtum, & adulterium diffusum est super terram, sanguinem sanguini supermiscent. Idcirco terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum bestijs agri, cum serpentibus terræ, cum uolucribus & uolatilibus cœli, & deficient pisces maris, ut nemo iudicet, & nemo reuincat. Indignari se deus dicit & irasci, eo quod agnitio dei non sit in terris, & deus non agnoscitur nec timetur. Delicta mendaciorum & libidinum, fraudum, crudelitatis, blasphemiarū, impietatis & furoris deus increpat & incusat, & ad innocentiā nemo conuertitur. Fiunt ecce quæ uerbis dei ante prædicta sunt, nec quisq; fide præsentium, ut in futurum consulat, admonetur. Inter ipsa aduersa, quibus uix coartata & conclusa anima respirat, uacat malos esse, & in periculis tantis non de se magis, sed de altero iudicare. Indignamini indignari deum, quasi aliquid boni male uiuendo mereamini, quasi non omnia ista quæ accidunt, minora adhuc sint & leuiora peccatis uestris. Qui alios iudicas, aliquando esto & tibi iudex, conscientiæ tuæ latebras intuere, immo (quia nullus iā delinquendi uel pudor est, & si peccat quasi magis pro ipsis peccatis placeatur) qui perspicuus & nudus uideris à cunctis, & ipse te respice

Demetrianū increpat Cyprianus.

Corporū materia similis. Animarū ratio communis.

Oſee. 4.

Inuehitur in Demetrianū.

ſpice. Aut enim ſuperbia inflatus es, aut auaricia rapax, aut iracũdia ſæuus, aut * alea prodigus, aut uiolentia temulentus, aut liuore inuidus, aut libidine inceſtus, aut crudelitate uiolentus, & miraris in pœnas generis humani iram dei creſcere, cũ creſcat quotidie quod puniatur? Hoſtem quereris exurgere, quaſi & ſi hoſtis deſit, eſſe pax inter ipſas togas poſſit. Hoſtem quereris exurgere, quaſi non & ſi externa de barbaris arma & pericula comprimantur ferocius intus & grauius de calumnijs & iniurijs potentium ciuium domeſticæ impugnationis tela graſſentur: De ſterilitate aut fame quereris, quaſi famem maiorem ſiccitas cꝫ rapacitas faciat, quaſi non de captatis annonarũ incrementis & preciorum cumulis flagrantior inopiæ excreſcat ardor. Quereris cludi hymbribus cœlum, cum ſic horrea cludantur in terris. Quereris minus naſci, quaſi quæ nata ſunt indigẽtibus præbeantur. Peſtem & luem criminaris, cum peſte ipſa & lue uel detecta ſint uel aucta crimina ſingulorũ, dum nec infirmis exhibetur miſericordia, & defũctis auaricia inhiat ac rapina, ijdem ad pietatis obſequium timidi, ad impia lucra temerarij: fugientes morientium funera, & appetentes ſpolia mortuorum, ut appareat in ægritudine ſua miſeros ad hoc forſitan derelictos eſſe, ne poſſint dum curantur, euadere. Nam perire ægrum uoluit, qui cenſum pereuntis inuadit. Tantus * cladium terror dare non poteſt innocentiæ diſciplinã, & inter populũ frequenti ſtrage morientem, nemo conſyderat ſe eſſe mortalem. Paſſim diſcurritur, rapitur, occupatur. Prædandi diſſimulatio nulla, nulla cunctatio eſt. Quaſi liceat, quaſi oporteat, quaſi ille qui non rapit, damnũ & diſpendium proprium ſentiat, ſic unuſquiſcꝫ rapere feſtinat. In latronibus eſt utcunqꝫ ſcelerum aliqua uerecundia, auias fauces & deſertas ſolitudines diligunt, & ſic illic delinquitur, ut tamen delinquentium facinus tenebris & nocte ueletur. Auaritia palàm ſæuit, & ipſa audacia ſua tuta in fori luce abruptæ cupiditatis arma proſtituit. Inde falſarij, inde uenefici, inde in media ciuitate ſicarij, tam ad peccandum præcipites quàm impune peccantes. A nocente crimen admittitur, nec innocens qui uindicet, inuenitur. De accuſatore uel iudice metus nullus. Impunitatem conſequũtur mali, dũ modeſti tacent, timent conſcij, ueneunt iudicaturi. Et idcirco per prophetã diuino ſpiritu & inſtinctu rei ueritas ꝓmitur, certa & manifeſta ratio monſtratur, dominum poſſe aduerſa prohibere, ſed ne ille ſubueniat merita peccantium facere. Nunquid ait, non ualet manus domini, ut ſaluos uos faciat, aut grauauit aurem, ut non exaudiat? Sed peccata ueſtra inter uos & deũ ſeparant. Et propter delicta ueſtra auertit faciem ſuam à uobis, ne miſereatur. Peccata itaqꝫ & delicta reputentur conſcientiæ, uulnera cogitentur, & deſinet unuſquiſcꝫ de domino & de nobis conqueri, ſi quod patitur, intelligat ſe mereri. Ecce idipſum quale eſt, unde nobiſcum maxime ſermo eſt, quod nos infeſtatis innoxios, quod in contumeliam dei impugnatis atqꝫ oppri-

Aliàs *elatiõe

Auaricia. ſacerdotũ.

Aliàs* gladiorũ.

Hier. 42.

Peccata ſepa-rant à deo.

mitis dei ſeruos. Parum eſt quod furentium uarietate uitiorum, quod iniquitate feralium criminum, quod cruentarum compendio rapinarum uita ueſtra maculatur, quod ſuperſtitionibus falſis religio uera ſubuertitur, quod deus omnino nec quæritur nec timetur, adhuc inſuper dei ſeruos & maieſtati ac*nomini eius dicatos iniuſtis perſecutionibus flagellatis? Satis non eſt quod tu ipſe dominum non colis, adhuc inſuper eos qui colunt ſacrilega infeſtatione perſequeris? Deum nec colis, nec colere omnino permittis, & cum cæteri, qui non tantum iſta inepta idola & manu hominis facta ſimulachra, ſed & portenta quædam & monſtra uenerantur, tibi placeant, ſolus diſplicet dei cultor. Fumant ubiq; in templis ueſtris hoſtiarum buſta & rogi pecorum, & dei altaria uel nulla ſunt uel occulta. Crocodili & cynocephali & lapides & ſerpentes colũtur, & deus ſolus in terris aut non colitur, aut non eſt impune quod colitur, innoxios, iuſtos, deo caros domo priuas, patrimonio ſpolias, cathenis premis, carcere includis, gladio, beſtijs, ignibus punis, ſaltem contentus eſto dolorum noſtrorum compendio ac ſimplici ac ueloci breuitate pœnarũ. Admoues laniandis corporibus lõga tormenta, multiplicas lacerandis uiſceribus nũeroſa ſupplicia, nec feritas atq; immanitas tua uſitatis poteſt contenta eſſe tormẽtis, excogitat nouas pœnas ingenioſa crudelitas. Quæ hæc eſt inſanabilis carnificinæ rabies, quæ inexplebilis libido ſæuitiæ? quin potius elige tibi alterum de duobus: Chriſtianum eſſe, aut eſt crimen, aut non eſt: Si crimen eſt, cur non interficis confitentem? ſi crimen non eſt, quid perſequeris innocentem? Torqueri enim debui ſi negarem. Si pœnam tuam metuens id quod prius fueram, & quod deos tuos non colueram mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuiſſem, tunc ad confeſſionem criminis ui doloris adigendus, ſicut in cæteris quæſtionibus torquentur rei, qui ſe negant crimine quo accuſantur teneri, ut facinoris ueritas, quæ indice uoce non promitur, dolore corporis exprimatur. Nunc uero cum ſponte confitear & clamem, & creberis ac repetitis identidem uocibus Chriſtianum me eſſe cõteſter, quid tormenta admoues confitenti, & deos tuos non in abditis & ſecretis locis, ſed palam, ſed publice, ſed in foro ipſo magiſtratibus & præſidibus audientibus deſtruenti, ut & ſi parum fuerat, quod in me prius criminaberis, creuerit quod & odiſſe & punire plus debeas, quod dũ me Chriſtianũ celebri loco & populo circũſtante pronuncio, & uos & deos ueſtros clara & publica præconatione confundo, quid te ad infirmitatem corporis uertis? quid cũ terrenæ carnis imbecillitate cõtendis? Cum animi uigore congredere, uirtutem mentis infringe, fidẽ deſtrue, diſceptatione ſi potes uince, uince ratione. Vel ſi quid diſs tuis numinis & poteſtatis eſt, ipſi in ultionem ſuam ſurgãt, ipſi ſe ſua maieſtate defendant. Aut quid præſtare colentibus poſſint, qui ſe de non colentibus uindicare non poſſunt? Nam ſi eo qui uindicatur pluris eſt ille

*Superſtitione ſubuertitur religio. aũs*numini.*

Crocodilus colitur.

Chriſtianorũ perſecutor Demetrianus.

ris est ille qui uindicat,tu dijs tuis maior es. Si autem ijs quos colis maior es,non tu illos colere,sed ab ipsis potius coli debes. Si illos læsos ultio nostra defendit,quomodo & clausos ne pereant tutela uestra custodit? Pudeat te eos colere,quos ipse defendis. Pudeat tutelam de ijs sperare, quos tu tueris. O si audire eos uelles & uidere,quando à nobis adiurantur & torquentur spiritalibus flagris,& uerborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur,quando eiulantes & gementes uoce humana & potestate diuina flagella & uerbera sentientes,uenturum iudicium confitentur. Veni & cognosce esse uera,quæ dicimus. Et quia sic deos colere te dicis, uel ipsis quos colis crede, aut si uolueris & tibi credere,de te ipso loquetur audiente te, qui nunc tuum pectus obsedit,qui nunc mentem tuam ignorantiæ nocte cæcauit. uidebis nos rogari ab eis,quos tu rogas, timeri ab eis, quos tu times,quos tu adoras: uidebis sub manus nostras stare uinctos & tremere captiuos,quos tu suspicis & ueneraris ut dominos. Certe uel sic confundi in istis erroribus tuis poteris,cum cõspexeris & audieris deos tuos quid sint ad interrogationes nostras statim procedere,& præsentibus licet uobis præstigias illas & fallacias suas non posse celare. Quæ ergo mentis ignauia est,immo quæ desipientium cæca & stulta dementia,ad lucem de tenebris non uenire, & mortis æternæ laqueis uinctos spem nolle immortalitatis excipere,non metuere deum comminantem & dicentem: Sacrificans dijs eradicabitur nisi domino soli? & iterum: Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum,& incuruatus est homo. & humiliatus est uir,& non laxabo illis. Quid te ad falsos deos humilias & inclinas? Quid ante inepta simulacra & figmenta terrena captiuum corpus incuruas? Rectum te deus fecit, & cum cætera animalia prona & ad terram situ uergente depressa sint, tibi sublimis status & ad cœlum atq; ad deum tuum uultus erectus est. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in supernis deum quære. Vt carere inferis possis, ad alta & cœlestia suspensum pectus attole. Quid te in lapsum mortis cum serpente quem colis, sternis? Quid in ruinã diaboli per ipsum & cum ipso cadis? Sublimitatem serua,qua natus es. Perseuera talis, qualis à deo factus es. Cum statu oris & corporis animum tuum statue. Vt cognoscere deum possis,te ante cognosce. Relinque idola, quæ humanus error inuenit. Ad deum conuertere,quem si imploraueris subuenit. CHRISTO crede,quem uiuificandis ac reparãdis nobis pater misit. Lædere seruos dei & CHRISTI persecutiõibus tuis desine,quos læsos ultio diuina defendit. Inde est quod nemo nostrum quando apprehẽditur, reluctatur,nec se aduersus iniustam uiolentiam uestram (quamuis nimius & copiosus noster populus) ulciscitur. Patientes facit de secutura ultione securitas. Innocentes nocentibus cedunt. Insontes pœnis & cruciatibus acquiescunt, certi & fidentes quod inultum non remaneat quodcunq; perpetimur,quantóq; maior fue-

Exo.22. Esa.2.

Os homini sublime dedit cœlũq; uidere Iussit.

rit persecutionis iniuria, tanto & iustior fiat & grauior pro persecutione uin-
Scelus uindicta sequitur. dicta. Nec unquam impiorum scelere in nostrum nomen exurgitur, ut non statim diuinitus uindicta comitetur. Vt memorias non teneamus antiquas, & ultiones pro cultoribus dei sæpe repetitas, nullo uocis præconio reuoluamus, documentum recentis rei satis est, quod sic celeriter, quodq; in tanta celeritate sic granditer nuper secuta defensio est, ruinis regum, iactu-
Deut. 32. ris opum, dispendio militum, diminutione castrorum. Nec hoc casu accidisse aliquis existimet aut fuisse fortuitum putet, cum iam pridem scriptura diuina posuerit & dixerit: Mihi uindictam, ego retribuã, dicit dominus. & iterum spiritus sanctus præmoneat & dicat: Ne dixeris: ulciscar me de inimico meo, sed expecta dominum, ut tibi auxilio sit. Vnde clarum est atq; manifestum, quia non per nos sed pro nobis accidunt cuncta ista, quæ de dei indignatione descendunt. Nec ideo quis putet Christianos ijs qui accidunt, non uindicari quod & ipsi uideantur incursione perstringi. Pœnam de aduersis mundi ille sentit, cui & lætitia & gloria omnis in mũdo est. Ille mœret & deflet, si sibi male sit in seculo, cui bene non potest esse post seculum, cuius uiuendi fructus omnis hic capitur, cuius hic solatium omne finitur: cuius caduca & breuis uita hic aliquã dulcedinem computat uoluptatum, cum istinc recesserit pœna iam sola super est ad dolorem. Cæterum nullus hic dolor est de incursione malorum præsentium, quibus fiducia est futurorũ bonorum. Deniq; nec consternimur aduersis, nec frangimur, nec dolemus, neq; in ulla aut rerum clade, aut corporum ualetudine mussitamus, spiritu magis quàm carne uiuentes, firmitate animi infirmitatem corporis uincimus. Per ipsa, quæ nos cruciant & fatigant, probari & corroborari nos sci-
Patientia aduersis probat. mus & confidimus. Putatis nos aduersa uobiscum æqualiter perpeti, cum eadem aduersa uideatis à nobis & uobis non æqualiter sustineri? Apud uos impatientia clamosa semper & querula est, apud nos fortis & religiosa patientia, quieta semper, & semper in deum grata est, nec quicquàm istinc lætum aut prosperum sibi uendicat, sed mitis & lenis, & contra omnes fluctuantis mundi turbines stabilis diuinæ pollicitationis tempus expectat. Quàmdiu enim corpus hic permanet commune cum cæteris, sit necesse est & corporalis conditio cõmunis, nec separari generi humano ab inuicem datur, nisi istinc de seculo recedatur. Intra unam domum boni & mali interim continemur. Quicquid intra domum euenerit pari sorte perpetimur,
Vna domus bonos & malos habet. donec æui temporalis fine completo, ad æternæ uel mortis uel immortalitatis hospitia diuidamur. Non ergo idcirco compares uobis & æquales sumus, quia in isto adhuc mundo & carne constituti mundi & carnis incommoda uobiscum pariter incurrimus. Nam cum in sensu doloris sit omne quod punit, manifestum est eum non esse participem pœnæ tuæ, quem uideas tecum æqualiter non dolere. Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, &

dei,& inter ipsas seculi labentis ruinas erecta mens, & immobilis uirtus,& nunq; nisi læta patientia & de deo suo semper anima secura,sicut per prophetam spiritus sanctus loquitur & hortatur, spei ac fidei nostræ firmitatẽ cœlesti uoce corroborans:Ficus,inquit,non afferet fructum, & non erit generatio in uineis.Mentietur opus oliuæ,& campi non præstabunt frumentum.Deficient à stabulo oues,& non erunt in præsepibus boues. Ego autẽ in domino exultabo,& gaudebo in deo salutari meo, dei hominem & cultorem dei subnixum spei ueritate,& fidei stabilitate fundatum, negat mundi huius & seculi infestationibus commoueri. Vinea licet fallat,& olea decipiat, & herbis siccitate morientibus æstuans campus aresçat: quid hoc ad Christianos,quid ad dei seruos,quos paradisus inuitat, quos gratia oẽs & copia regni cœlestis expectat? Exultant semper in domino & lætantur & gaudent in deo suo,& mala atq; aduersa mundi fortiter tolerant, dum bona & prospera futura prospectãt. Nam qui exposita natiuitate terrena spiritu recreati & renati sumus,nec iam mundo sed deo uiuimus,non nisi cum ad deum uenerimus dei munera & promissa capiemus.& tamen pro arcendis hostibus & hymbribus impetrandis,& uel auferendis uel temperandis aduersis rogamus semper,& preces fundimus. Et pro pace ac salute uestra propiciantes ac placantes dominum diebus ac noctibus iugiter atq; instanter oramus. Nemo igitur sibi blandiatur,quod nobis & prophanis dei cultoribus & deo aduersantibus sit interim per æqualitatem carnis & corporis laborum secularium conditio communis,ut ex hoc opinetur non omnia ista,quæ nunc accidunt,uobis irrogari,cum de ipsius prædicatione & prophetica contestatione ante prædictum sit uenturam super iniustos iram dei,persecutiones quæ nos humanitus læderent non defuturas, sed ultiones quæ læsos diuinitus defenderent secuturas. Et quanta sunt quæ istic ꝑ nobis interim fiunt? In exemplum aliquid datur ut dei uindicis ira noscatur. Cæterum retro est iudicij dies,quem scriptura sancta denunciat dicẽs: Vlulate,proximus est enim dies domini,& obtritio à deo aderit:Ecce enim dies domini uenit insanabilis indignationis & iræ,ponere orbem terræ desertum & peccatores perdere ex eo. Et iterum:Ecce dies domini uenit ardẽs uelut libanus ignis,eruntq; omnes alienigenæ,& omnes,inquit,ut stipula, & succendet illos aduenies dies dicit dominus. Succendi & cremari alienigenas præcinit dominus,id est alienos à diuino genere & prophanos spiritaliter non renatos,nec dei filios factos. Euadere enim eos solos posse,qu renati & signo CHRISTI signati fuerint,alio in loco dominus loquit̃,quã do ad uastationem mundi & interitum generis humani angelos suos mittens,grauius in ultimo cõminatur dicens: Ite & cædite & nolite parcere oculis uestris. Nolite misereri senioribus atq; iuuenibus,& uirgines & mulieres & paruulos interficite ut deleantur. Omnem autem super quem signum

Spe firmãtur Christiani.

Abac.3.

Paradisus Christianos inuitat.

Esa. 13.

Malach.4.

Ezech.9.

scriptum est,ne tetigeritis. Quod autem sit hoc signum, & qua in corporis parte positum,manifestat alio in loco dominus dicēs: Transi mediam Hierusalem & notabis signum super frontes uirorum,qui ingemunt & mœrēt propter iniquitates,quæ fiunt in medio ipsorum. Et quod ad passionem & sanguinē CHRISTI pertineat hoc signum, & ille saluus atq; incolumis reseruetur,quisquis in hoc signo inuenitur,item dei testimonio comproba-

Exo. 12. tur dicentis: Et erit sanguis in signum uobis super domos, in quibus eritis, & uidebo sanguinem & protegam uos,& non erit in uobis plaga diminutionis,cum percutiam & conteram terram Aegypti. Quod autem ante occiso agno,præcessit in imagine,impletur in CHRISTO,secuta postmodum ueritate: illic,percussa Aegypto, Iudaicus populus euadere nō nisi sanguine & signo agni potuit, ita & cum uastari cœperit mundus & percuti, quisquis in sanguine & signo CHRISTI inuentus fuerit, solus euadet.

Finis mūdi in proximo est. Respicite itaq; dum tempus est ad ueram & æternam salutem,& quia iam mundi finis in proximo est,ad dominum deum mentes uestras dei timore conuertite. Nec uos delectet in seculo inter iustos & mites impotens ista

Infelix lolium & steriles dominant auenæ & uana dominatio,cum & in agro inter cultas & fertiles segetes lolium & auena dominetur. Nec dicatis mala accidere,quia dij uestri à nobis non colantur,sed sciatis esse hanc iræ dei censuram,ut qui beneficijs non intelligitur,uel plagis intelligatur. Deum uel sero quærite,quia iam pridem per pro-

Amos. 5. phetam deus prænonens hortatur & dicit: Quærite dominū,& uiuet anima uestra. Deum uel sero cognoscite, quia CHRISTVS adueniens hoc

Io. 17. admonet docetq; dicens: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solū uerum deum,& quem misisti IESVM CHRISTVM. Credite illi qui omnino nō fallit. credite illi qui hæc omnia futura prædixit. Credite illi,qui credētibus præmium uitæ æternæ dabit. Credite illi, qui incredulis æterna supplicia gehennæ ardoribus irrogabit. Quæ tunc erit fidei gloria,quæ pœna perfidiæ,cum iudicij dies uenerit? quæ lætitia credentium,quæ mœstitia perfidorum,noluisse istic prius credere & ut credant iam redire non posse? Cremabit addictos ardens semper gehenna, & uiuacibus flammis uorax pœna,nec erit unde habere tormenta uel requiem possint aliquando uel finem. Seruantur cum corporibus suis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem,spectabitur illic à nobis semper,qui hic nos spectauit ad tempus, & in persecutionibus factis oculorum crudelium,breuis fructus perpetua uisione pensabitur,secundū scripturæ sanctæ fidē dicentis: Vermis eorū nō mo-

Marci. 9. rietur,& ignis eorum non extinguetur,& erunt ad uisionem uniuersæ carni. Et iterum: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se

Sap. 5. angustiauerunt,& qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,dicentes inter se,pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt

quos

quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinẽ improperij. Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam,& finem illorum ſine honore. Quomodo ergo computati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Ergo errauimus à uia ueritatis,& iuſtitiæ lumen nõ luxit nobis & ſol nõ ortus eſt nobis. Laſſati ſumus in iniquitatis uia & pditionis,& ambulauimus ſolitudines difficiles,uiam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanq; umbra. Erit tunc ſine fructu pœnitentia, & dolor pœnæ,& inanis ploratio,& inefficax deprecatio. In æternam pœnam ſero credunt,qui in uitam æternam credere noluerunt. Securitati igitur & uitæ dum licet,prouidete. Offerimus uobis animi & conſilij noſtri ſalutare munus. Et quia odiſſe non licet nobis, & ſic deo plus placemus,dum nullã pro iniuria uicem reddimus, hortamur dũ facultas adeſt,dum adhuc aliquid de ſeculo ſupereſt,deo ſatiſfacere,& ad ueræ religionis candidam lucem de profundo tenebroſæ ſuperſtitionis emergere. Non inuidemus cõmodis ueſtris,nec beneficia diuina celamus. O diſs ueſtris beneuolentiã reddimus,& p tormentis ac ſupplicijs,quæ nobis inferuntur, ſalutis iter demõſtramus: Credite & uiuite,& qui nos ad tempus perſequimini in æternũ gaudete nobiſcum. Quando iſtinc exceſſum fuerit, nullus iam locus pœnitentiæ eſt, nullus ſatiſfactionis effectus. Hic uita aut amittitur,aut tenetur, hic ſaluti æternæ cultu dei & fructu fidei prouidetur. Nec quiſquam aut peccatis retardetur,aut annis,quominus ueniat ad cõſequendam ſalutem. In iſto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla ſera eſt. Patet ad indulgentiam aditus: & quærentibus atq; intelligẽtibus ueritatem facilis acceſſus eſt. Tu ſub ipſo licet exitu & uitæ temporalis occaſu pro delictis roges deum qui unus & uerus eſt,confeſſionem & fidem eius agnitionis implores,uenia confiteti datur. & credenti indulgentia ſalutaris de diuina pietate conceditur, & ad immortalitatem ſub ipſa morte tranſitur. Hanc gratiam CHRISTVS impartit,hoc munus miſericordiæ ſuæ tribuit ſubigẽdo mortem trophæo crucis,redimendo credentem prædio ſanguinis ſui,reconciliando hominẽ deo patri,uiuificando mortalem regeneratione cœleſti. Hunc ſi fieri poteſt ſequamur omnes,huius ſacramento & ſigno cenſeamur,hic nobis uiam uitæ aperit,hic ad paradiſum reduces facit, hic ad cœlorum regna perducit. cum ipſo ſemper uiuemus, & facti per ipſum filij dei cum ipſo ſemper exultabimus,ipſius cruore reparati. Erimus Chriſtiani cum CHRSITO ſimul glorioſi,de deo patre beati,de perpetua uoluptate lætantes ſemper in conſpectu dei,& agentes deo gratias ſemper. Neq; enim poterit niſi & lætus ſemper eſſe & gratus,qui cũ morti fuiſſet obnoxius,factus eſt immortalitate ſecurus. Amen.

Securitati conſulendum.

Pœnitẽtiæ nullus poſt mortẽ locus.

Pœnitẽtia nulla ſera eſt.

ARGVMENTVM TRACTATVS SECVNDI.

Tractatus beati Cypriani de habitu uirginum, cæteras mulieres ad pudicitiam & mundi contemptum inuitans, docensq; quantum periculi sit uel in unius transgressione præcepti & culpæ leuioris: deinde uirginalem conuersationem instituens demonstrat quæ uirginibus meditanda, quæ concupiscenda sunt.

TRACTATVS SECVNDVS, DE HABITV VIRGINVM.

Disciplina. DIsciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra uirtutis facit in CHRISTO manere semper ac iugiter in deo uiuere ad promissa cœlestia & diuina præmia puenire. Hãc sectari salubre est, & aduersari ac negligere lethale. In psal-
Psal. 2. mis loquitur spiritus sanctus: Cõtinete disciplinam, ne forte iratscatur dominus, & pereatis à uia recta, cum exarserit cito ira eius super
Ibidem. 49. uos. & iterum: Peccatori autem dixit deus: Vt quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disci-
Sap. 3. plinam, & proiecisti sermones meos retro. Et denuo legimus: Disciplinam qui abiicit, infelix est. Et de Salomone mandata sapientiæ monentis accepi-
Proverb. 3. mus: Fili ne neglexeris disciplinam domini, ne defeceris ab eo correptus. Quem enim diligit deus corripit. Si autem quem diligit deus corripit, & sic corripit ut emendet. Fratres quoq; & maxime sacerdotes non oderunt sed diligunt eos quos corripiunt ut emendent, cum & deus per Hieremiam an-
Hiere. 3. te prædixerit, & tempora nostra significauerit dicens: Dabo uobis pastores secundum cor meum, & pascent uos pascentes cum disciplina. Quod si in scripturis sanctis, tam ueteribus quàm etiam nouis frequenter & ubiq; disciplina præcipitur, & fundamentum omne religionis ac fidei de obseruatione ac timore proficiscitur, quid cupidius appetere, quid magis uelle ac tenere nos conuenit, quàm ut radicibus fortius fixis, & domicilijs nostris super petram robusta mole solidatis, inconcussi ad procellas & turbines seculi stemus, ut ad CHRISTI munera per diuina præcepta ueniamus, consyderantes pariter ac scientes quod templa dei sunt membra nostra, ab omni fece contagionis antiquæ lauacri uitalis sanctificatione purgata, nec uiolari ea aut pollui fas sit, cum qui uiolat & ipse uioletur? Eorum nos templorum cultores & antistites sumus. Seruiamus illi, cuius esse iam cœpimus. Paulus
1. Corin. 6. in epistolis suis ponit & dicit, qbus nos ad curricula uiuendi per diuina magisteria formauit: Nõ estis uestri: empti em̃ estis magno præcio, glorificate & portate

& portate dñm in corpore uestro. Glorificemus & portemus dñm puro & mundo corde, & corpore & obseruatione meliori, ut qui p̃ sanguinẽ CHRISTI domini nostri redempti sumus, per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio pareamus, demúsq; operam ne quid immũdum & profanum templo dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat, derelinquat. Sospitantis domini uerba sunt & docentis, curantis pariter & monentis: Ecce, inquit, sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Dat uiuendi morem, dat innocentiæ legem. Postq̃ cõtulit sanitatem, nec habenis liberis & solutis uagari postmodũ patitur, sed ipsis potius sanatus quibus fuerat mancipato grauius comminatur, quod sit scilicet minor culpa deliquisse ante, cum necdum nosset disciplinam dei, nulla sit uenia ultra delinquere, postq̃ dominũ nosse cœpisti & quidem hoc tam uiri q̃ mulieres, tã pueri quàm puellæ, sexus omnis atq; omnis ætas obseruet, atq; procuret, p religione & fide, quam domino debet, ne quod sanctum & purum de domini dignatione percipitur, minus solicito timore teneatur. Nũc nobis ad uirgines sermo est, quarum quo sublimior gloria, maior & cura est. Flos est ille ecclesiastici germinis: decus atq; ornamentum gratiæ spiritalis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atq; incorruptum, dei imago respondens ad sanctimoniam domini, illustrior portio gregis CHRISTI. Gaudet per illas atque in illis largiter floret ecclesiæ matris gloriosa fœcunditas. Quantóque plus copiosa uirginitas numero suo addidit, tanto gaudium matris augescit. Ad has loquimur, has hortamur affectione potius q̃ potestate, non quod extremi & minimi & humilitatis nostræ conscij ali quid ad censuram licentiæ uindicemus, sed quod ad solicitudinem magis cauti plus de diaboli infestatione timeamus. Neque inanis cautio est & formido uana, quæ ad salutis uiam consulit, quæ dominica & uitalia præcepta custodit, ut qua se CHRISTO dicauerint, & à carnali concupiscentia recedentes tam carne quàm mente se deo deuouerint, opus suum consument magno præmio destinatum, nec ornari iam aut placere cuiquàm nisi domino suo studeant, à quo & mercedem uirginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt hoc uerbũ, sed illi quibus datũ est. Sunt em̃ spadones qui ex utero matris sunt nati: & sunt spadones qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorũ, & sunt spadones qui castrati sunt ab hominibus. Denuo quoq; per hanc angeli uocem continentiæ munus ostenditur, uirginitas prædicatur. Hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunq; ierit. Neq; enim masculis tantum continentiæ gratiã repromittit dominus, & fœminas præterit. sed quoniã fœmina uiri portio est, & ex eo sumpta atq; formata est, in scripturis ferè omnibus ad protoplastum deus loquit̃, quia sunt duo in carne una, & in masculo simul significat̃ & fœmina.

Io. 5.

Matth. 19.

Spadones.

Apocal. 14.

Fœmina uiri portio.

Quod

Quod si CHRISTVM continentia sequitur, & regno dei uirginitas de
stinatur, quid est illis cum terreno cultu & cum ornamẽtis, quibus dum ho
minibus placere gestiunt, dominum offendunt, non cogitantes esse prædi
ctum, qui hominibus placent confusi sunt, quoniam deus nihil fecit eos. Et
Gal. 1. Paulus quoq; gloriose & sublimiter prædicans dicit: Si hominibus place
re uellem, CHRISTI seruus non essem. Continentia uero & pudicitia nõ
in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus & ornatus honore pa
riter ac pudore, ut secundum Apostolum, quæ innupta est sancta sit & cor
1. Corin. 7. pore & spiritu. Instruit nos Paulus & dicit: Celebs cogitat ea quæ dei sunt,
quomodo placeat deo. Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quæ
sunt mundi, quomodo placeat uxori. Sic & uirgo & mulier innupta cogitat
ea quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & spiritu. Virgo non esse tãtum,
sed & intelligi debet & credi, ut nemo cum uirginem uiderit dubitet an uir
go sit. Parem se integritas in omnibus præstet, nec bonum corporis cultus
infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quasi maritum aut habeat,
aut quærat? Timeat potius placere, si uirgo est, nec periculum sui appetat,
quæ ad meliora & diuina se seruat. Quæ uirum non habent, cui placere se
simulant, integræ & puræ non tantum corpore, sed etiam spiritu perseue
rent. Neq; enim fas est nirginem ad speciem suæ formæ comi, aut de carne,
Virginib9 ad uersus carnem colluctatio. & de eius pulchritudine gloriari, cum nulla sit illis magis quàm aduersus
carnem colluctatio, & uincendi, aut domandi corporis obstinata certatio.
Gal. 6. Paulus quoq; forti ac sublimi uoce proclamat: Mihi autem absit gloriari
nisi in cruce domini mei IESV CHRISTI, per quem mihi mundus crucifi
xus est, & ego mundo: & uirgo in ecclesia de specie carnis atq; de corporis
Ibidem. 5. pulchritudine gloriatur? Addit Paulus & dicit: Qui enim sunt CHRISTI,
carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Et quæ se carnis cõ
cupiscentijs & uitijs renunciasse profitetur, in ijsdem quibus renunciauerat,
inuenitur? Deprehenderis uirgo, detegeris. Aliud te esse iactas, & aliud
affectas. Maculis te concupiscentiæ carnalis aspergis, cum integritatis candi
Esa. 40. data sis, & pudoris. Clama, inquit Esaiæ dominus: Omnis caro fœnum, &
omnis claritas eius ut flos fœni. Aruit fœnum & flos decidit, uerbum autẽ
domini manet in æternum. Neminem Christianum decet, & maxime uir
ginem non decet claritatem ullam computare carnis & honorem, sed solũ
appetere sermonem dei, bona in æternum mansura complecti. Aut si in car
ne sit gloriandum, tunc planè quando in nominis domini confessione cru
ciatur, quãdo fortior fœmina, uiris torquẽtibus inuenitur, quãdo ignes, aut
Carnis moni lia. cruces, aut ferrum, uel bestias patitur, ut coronetur. Illa sunt carnis præciosa
monilia, illa corporis ornamẽta meliora. Sed sunt aliquæ diuites, & faculta
tum ubertate locupletes, quæ opes suas præferãt, & se bonis suis uti debere
contendant. Sciant primo illam diuitem esse, quæ in deo dives est: Illã esse
locupletẽ

locupletem, quæ locuples in CHRISTO est. Bona illa esse, quæ sunt spiritalia, diuina, cœlestia, quæ nos ad dominum ducant, quæ nobiscum apud deum perpetua possessione permaneant. Cæterum quæcunq; terrena sunt in seculo accepta, & hic cum seculo remansura, tam contemni debent quàm mundus ipse contemnitur, cuius pompis & delitijs iam tũc renunciauimus cum meliore transgressu ad dominum uenimus. Hinc Ioannes nos excitat & hortatur spiritali & cœlesti uoce* corroborans. Nolite, ait, diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum non est charitas patris in illo, quoniam omne quod in mundo est, cõcupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum & ambitio seculi, quæ non est à patre, sed ex concupiscentia seculi. Et mundus transibit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem dei manet in æternum, quomodo & deus manet in æternum. Aeterna igitur & diuina sectanda sunt, & omnia de dei uoluntate facienda sunt, ut domini nostri uestigia & magisteria diuina sectemur, qui monuit & dixit: Non descendi de cœlo ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Quod si non est maior domino suo seruus, & liberatori debet obsequium liberatus. Qui esse cupimus Christiani, debemus quod CHRISTVS fecit & docuit, imitari. Scriptum est enim, & legitur, & auditur, & in exemplum nostræ ecclesiæ ore celebratur: Qui dicit se in CHRSITO manere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Ambulandum est uestigijs paribus, æmula ingressione nitendum est. Tũc respondet ad fidem nominis sectator ueritatis, & credenti præmium datur, si quod creditur, & geratur. Locupletem te dicis & diuitem, sed diuitijs tuis Paulus occurrit, & ad cultum atq; ornatum tuum iusto fine moderandum sua uoce præscribit. Sint, inquit, mulieres cum uerecundia & pudicitia componentes se, non in tortis crinibus, neq; auro, neq; margaritis, aut preciosa ueste, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. Item Petrus ad hæc eadem præcepta consentit & dicit: Sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut uestis cultus, sed cultus cordis. Quod si illi mulieres quoq; admonẽt cohercendas, & ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos soleant per maritum, quanto id magis obseruare uirginem fas est, cui nulla ornatus sui competat uenia, nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? Locupletem te dicis & diuitem, sed non omne quod potest debet & fieri, nec desyderia prolixa & de seculari ambitione nascentia ultra honorem ac pudorem uirginitatis extendi, cum scriptum sit: Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed nõ omnia ædificant. Cæterum si tu te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomẽta succendas

1. Ioan. 2. al's* contestãs

Ioan. 6.

1. Ioan. 2.

1. Tim. 2.

1. Petri. 3.

1. Corin. 6.

ſuccendas,ut & ſi ipſa non pereas,alios tamen perdas, & uelut gladium te & uenenum uidentibus præbeas,excuſari non potes quaſi mente caſta ſis & pudica.Redarguit te cultus improbus & impudicus ornatus, nec computari iã potes inter puellas & uirgines CHRISTI,quæ ſic uiuis ut poſſis adamari.Locupletem te dicis & diuitem,ſed iactare diuitias ſuas uirginem nõ
Sap.5. decet,cum dicat ſcriptura diuina:Quid nobis profuit ſuperbia,aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? tranſierunt illa omnia tanq̃ umbra,&
1.Cor.7. Apoſtolus rurſum moneat & dicat:Et qui emunt ſic ſint quaſi non poſſidẽtes,& qui hoc mundo utuntur quaſi nõ utantur.præterit enim habitus huius mundi.Petrus etiam,cui oues ſuas dominus paſcendas,tuendasq̃ commendat,ſuper quem poſuit & fundauit eccleſiam,aurum quidem ſibi eſſe
Actuũ.3. & argentum negat,ſed ſe dicit gratia diuitem eſſe,fide eius & uirtute locupletem,quibus multa magnalia cum miraculo faceret,quibus ad gratiã gloriæ bonis ſpiritalibus abundaret.Has opes,iſtas diuitias poſſidere non poteſt,qui ſe diuitem ſeculo magis uult eſſe quàm CHRISTO. Locupletem te eſſe dicis & diuitẽ,& utendũ putas ijs quæ poſſidere te deus uoluit. Vtere ſed ad res ſalutares, utere ſed ad bonas artes.utere ad illa,quæ deus præcepit,quæ dominus oſtendit.Diuitem te ſentiant pauperes,locupletem ſentiant indigentes.Patrimonia tua deo fœnera,CHRISTVM ciba,ut uiginitatis perferre gloriam liceat,ut ad domini præmia uenire cõtingat, multorum precibus exora.Commenda illic theſauros tuos,ubi nullus fur effodiat,quò nullus inſidians graſſator irrumpat.Poſſeſſiones tibi ſed cœleſtes magis cõpara, ubi fructus tuos iuges ac perennes & ab omni contactu iniuriæ ſecularis immunes,nec rubigo atterat,nec grando cædat,nec ſol urat, nec pluuia corrumpat.Nam delinquis & hoc ipſo in deũ, ſi ad hoc tibi ab illo diuitias datas credis,ut illis non ſalubriter perfruaris.Nam & uocẽ homini deus dedit,& tamen non ſunt idcirco amatoria cantanda nec turpia, & ferrum eſſe ad culturam terræ deus uoluit,nec homicidia ſunt idcirco facienda.Aut quia thura & myrrham & ignem deus inſtituit, ſacrificandum eſt inde idolis? Vel quia abundant pecudum greges in agris tuis,uictimas & hoſtias immolare debebis? Alioquin tentatio eſt patrimonium grande, niſi ad uſus bonos cenſus operetur,ut patrimonio ſuo unuſquiſq̃ locupletior magis redimere debeat quàm augere delicta. Ornamentorum ac ueſtium inſignia & lenocinia fucorum non niſi proſtitutis & impudicis fœminis congruunt,& nullarum ferè præcioſior cultus eſt,quàm quarum pudor
Apocal.17. uilis eſt. Sic in ſcripturis ſanctis quibus nos inſtrui dominus uoluit & moneri,deſcribitur ciuitas meretrix,compta pulchrius & ornata, & cum ornamentis ſuis ac propter ipſa potius ornamẽta peritura.Et uenit,inquit,unus ex ſeptem angelis habentibus phialas ſeptem & aggreſſus eſt me dicens: Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ ſedentis ſup aquas multas

multas,cũ qua fornicati sunt reges terræ.Et duxit me in spiritu: & uidi mulierem sedentem super bestiam, & mulier illa amicta erat pallio purpureo & coccino,& adornata erat auro & margaritis,& lapidibus preciosis, & ferens poculum aureum in manu sua plenum execrationis & immunditiæ,& fornicationis totius terræ.Fugiãt castæ uirgines, & mulieres pudicæ incesta rum cultus,habitus impudicarum,lupanarium insignia, ornamenta meretricum.Clamat etiam spiritu sancto plenus Esaias,& filias Sion auro & ueste corruptas increpat,& obiurgat pernicios opibus affluentes,& à domino per seculi delicias recedentes:Exaltatæ sunt,ait,filiæ Sion, & ambulauerunt alto collo,& nutu oculorum,& incessu pedum trahentes tunicas,& pedibus simul ludentes.Humiliabit dominus principales filias Sion,& reuelabit dominus habitum earum,& auferet dominus gloriam uestis illarum,& ornamenta earum & crines, & cincinnos, & lunulas, & discriminalia, & dextralia,& armillas, & batronatũ, & specula, & annulos,& inaureis, & serica contexta cum auro & hyacintho.Et erit pro odore suauitatis puluis, & pro cingulo reste præcingeris, & pro ornamento capitis aureo caluicium habebis.Hoc deus culpat & denotat: hinc corruptas esse uirgines,hinc à cultu uero & diuino desciuisse pronunciat. Exaltatæ ceciderunt: comptæ turpitudinem fœditatemq; meruerunt: serico & purpura indutæ, CHRISTVM induere non possunt: auro & margaritis & monilibus adornatæ,ornamenta corporis & pectoris perdiderunt.Quis non id execretur & fugiat,quod alis fuerit exitio? Quis id appetat & assumat,quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? Si hausto poculo moreretur ille qui biberat,uenenum scires esse quod ille potauit.Si accepto cibo qui acceperat interiret, scires esse lethale quod acceptum potuit occidere: nec ederes inde nec biberes,unde interisse alios ante conspiceres.Nunc quanta ignorantia ueri est animi,quanta animi dementia, id uelle quod & nocuerit semper & noceat? & putare quod inde ipsa non pereas, unde alios periisse cognoscas? Neq; enim deus purpureas aut coccinas oues fecit, aut herbarum succis,aut conchilijs tingere & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis & margaritis contexta serica,& numerosa compage digestis monilia instituit,quibus,ceruicem quam fecit absconderet, ut operiatur illud quod deus in homine formauit, & conspiciatur desuper id quod diabolus adinuenit.An uulnera inferri auribus deus uoluit, quibus innocens adhuc infantia & mali secularis ignara crucietur,ut postea de aurium cicatricibus & cauernis preciosa grana dependeant,& si non suo pondere mercium quantitate? Quæ omnia peccatores & apostatæ angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti,à cœlesti uigore recesserunt. Illi & oculos circunducto nigrore fucare,& genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem,& expugnare omnem oris & capitis ueritatem corruptelæ suæ impu- Esa.3.

gnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro timore, quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, nõ uirgines tantum aut uiduas, sed & nuptas puto, & omnes omnino fœminas ammonendas, quod opus dei & factura eius & * plastica adulterari nullo modo debeat, adhibito flauo colore, uel nigro puluere, uel rubore, aut quolibet denique liniamẽta natiua corrumpẽte medicamine. Dicit deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. & audet quisquam mutare & conuertere quod deus fecit? Manus deo inferunt, quando illud quod ille formauit, reformare & transfigurare contendunt, nescientes quia opus dei est omne quod nascitur, diaboli quodcunque mutatur. Si quis pingendi artifex uultum alicuius & speciem, & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam consummatoq; simulachro, manus alius afferret ut iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria & iusta indignatio uideret. Tu te existimas impune laturam tam improbæ temeritatis audaciam, dei artificis offensam? Vt enim impudica circa homines & incesta fucis lenocinantibus nõ sis, corruptis uiolatisq; quæ dei sunt, peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est ueritatis. monentis Apostoli uox est: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio sicut estis azymi. Nam & pascha nostrum immolatus est CHRISTVS. Itaque festa celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento maliciæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Num syncerita perseuerat & ueritas, quando quæ syncera sunt polluuntur colorum adulteriis, medicaminum fucis, immendacium uera mutantur? Dominus tuus dicit: Non potes facere capillum unum album aut nigrum, & tu ad uincendam domini tui uocem uis tu esse potiorem? Audaci conatu & sacrilego contemptu crines tuos inficis, malo præsagio futurorũ capillos iam tibi flammeos auspicaris, & peccas proh nefas, capite, id est, corporis parte meliore. & cum scriptum sit de domino: Caput autem eius & capilli erant albi uelut lana aut nix, tu execraris canicie m, detestaris alborem, qui sit ad domini caput similis, non metuis oro quæ talis es, ne cum resurrectionis dies uenerit, artifex tuus te non recognoscat? ad sua præmia & promissa uenientem remoueat & excludat? increpans uigore censoris & iudicis dicat: Opus hoc meum non est, nec hæc imago nostra est, cutem falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, uultus alienus est, deum uidere non poteris, cum oculi tibi non sint, quos deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Hæc oro non cogitanda sunt dei seruis? non die semper ac nocte * metuenda? Viderint quid sibi nuptæ per placendi studium de coniugum solatio blandiantur, quos dum

Als * plasma.

Genes. 1.

Hic locus citatur ab Augustino libro de doct. Chr. 4. cap. 21.

1. Cor. 5.

Matth. 5.

Apoca. 1.

Homo creatoris sui oblitus.

Aids * meditanda.

dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosæ consensionis asciscunt. Virgines certe quibus iste sermo nunc consulit, quæ se eiusmodi artibus compserint, inter uirgines non putem debere numerari. sed tanquàm contactas oues & morbidas pecudes à sancto & puro grege uirginitatis arceri, ne contagio suo cæteras polluant, dum simul degunt, ne perdant alias, quæcunque perierunt. Et quoniam continentiæ bonum quærimus, pernicioſa quæq; & infesta uitemus. Nec illa prætereo, quæ dum negligentia in usum ueniunt, contra pudicos & sobrios mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Quasdam non pudet nubentibus interesse, & inter illam lasciuientium libertatem sermonum colloquia incesta miscere, audire quod non decet, quod non licet dicere, obseruare, & esse præsentes inter uerba turpia & temulenta conuiuia, quibus libidinum fomes accenditur, sponsa ad patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur. Quis illi in nuptijs locus est, cui animus ad nuptias non est? Aut uoluntariæ illic & lætæ esse quæ possunt, ubi & studia & uota diuersa sunt? Quid illic discitur, quid uidetur? quantum à proposito suo uirgo deficit, quando pudica quæ uenerat, impudicior discedit? Corpore licet uirgo ac mente permaneat, oculis, auribus, lingua minuit illa quæ habebat. Quid uero quæ promiscuas balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curiosis pudori ac pudicitiæ corpora dicata prostituunt, quæ cum uiros atque à uiris nudæ uident turpiter, ac uidentur, nónne ipsæ illecebram uitijs præstant? nónne ad corruptelam & iniuriam suam desyderia præsentium solicitant & inuitant? Viderit, inquis, qua illuc mente quis ueniat, mihi tantum reficiendi corpusculi cura est & lauandi. Non te purgat ista defensio, nec lasciuiæ & petulantiæ crimen excusat. Sordidat lauatio ista, non abluit, nec emundat membra, sed maculat. Impudice tu neminem conspicis, sed ipsa conspiceris impudice. Oculos tuos turpi oblectatione non polluis, sed dum oblectas alios, ipsa polluetis: spectaculum de lauacro facis: theatra sunt fœdiora quò conuenis: uerecundia illic omnis exuitur. Simul cum amictu uestis honor corporis ac pudor ponitur, denotanda & contrectanda uirginitas reuelatur. Iam nunc consydera an cum uestita est, uerecunda sit inter uiros talis, quæ ad inuerecundiam proficit audacia nuditatis. Sic ergo ecclesia frequenter uirgines suas plangit, sic ad infames earum ac detestabiles fabulas ingemiscit, sic flos uirginum extinguitur, honor continentiæ ac pudor ponitur, gloria omnis ac dignitas profanatur, sic se expugnatus inimicus per artes suas inserit: sic insidijs per occulta fallentibus diabolus obrepit: sic dum ornari cultius, dum liberius euagari uirgines uolunt, esse uirgines desinunt, furtiuo decore corruptæ, uiduæ antequam nuptæ, non mariti sed CHRISTI adulteræ, quàm fuerant præmijs ingentibus uirgines destinatæ, tam magna supplicia pro amissa uirginitate sensuræ. Audite igitur uirgines ut parentem, *Virgines exhortatur.*

audite quæso uobis timentem pariter ac monentem, audite utilitatibus & commodis ueſtris fideliter conſulentem: Eſtote tales quales uos artifex deus fecit. Eſtote tales quales uos manus patris inſtituit. Maneat in uobis facies incorrupta, ceruix pura, forma ſyncera. Non inferantur auribus uulnera, nec brachia includat aut colla de armillis & monilibus precioſa cathena: ſint à compedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conſpiciendo deo digni. Celebrentur lauacra cum fœminis, quarum in uos pudica lauatio eſt. Nuptiarum feſta improba & conuiuia laſciua uitentur, quorũ periculoſa contagio eſt. Vince ueſtem, quæ uirgo es, quæ deo ſeruis: uince aurum, quæ carnem uincis & ſeculum. Non eſt eiuſdem non poſſe à maioribus uinci, & imparem minoribus inueniri. Arcta & anguſta eſt uia, quæ ducit ad uitam: durus & arduus limes qui tendit ad gloriam. Per hunc uiæ limitem martyres pergunt, eunt uirgines, iuſti quiq; gradiuntur. Lata & ſpacioſa itinera uitæ lehtalis: illic illecebræ & mortiferæ uoluptates, illic diabolus blanditur, ut fallat: arridet, ut noceat: illicit, ut occidat. Primus cum centeno martyrum fructus eſt, ſecundus ſexagenarius ueſter eſt. Vt apud martyres non eſt carnis & ſeculi contagio, nec parua & leuis & delicata congreſſio, ſic & in uobis, quarum ad gratiam merces ſecunda eſt, ſit & uirtus ad tolerantiam proxima. Non eſt ad magna facilis aſcenſus. Quem ſudorem perpetimur, quem laborem, cum conamur aſcendere colles & uertices montium? quid ut aſcendamus ad cœlum? Si præmium pollicitationis attendas, minus eſt quod laboras. Immortalitas perſeueranti datur, perpetua uita promittitur, regnum dominus pollicetur. Seruate uirgines, ſeruate quod eſſe cœpiſtis, ſeruate quod eritis. Magna uos merces manet, præmium grande uirtutis, munus maximum caſtitatis. Vultis ſcire quo malo careat, & quid boni teneat continentiæ uirtus? Multiplicabo, inquit mulieri deus, triſtitias tuas, & gemitus tuos, & in triſtitia paries filios, & conuerſio tua ad uirum tuum, & ipſe tui dominabitur. Vos ab hac ſententia liberæ eſtis, uos mulierum triſtitias & gemitus non timetis: nullus uobis de partu circa filios metus, nec maritus eſt dominus. Dominus ueſter & caput CHRISTVS eſt, ad inſtar & uicem maſculi: ſors uobis & conditio communis eſt. Domini uox eſt illa dicentis: Filij ſeculi huius generant & generantur. Qui autem habuerit dignationem ſeculi illius & reſurrectionis à mortuis, non nubunt, neque matrimonium faciunt, neque enim incipient mori, æquales enim ſunt angelis dei, cum ſint filij reſurrectionis. Quod futuri ſumus, iam uos eſſe cœpiſtis: uos reſurrectionis gloriam in iſto ſeculo iam tenetis: per ſeculum ſine ſeculi contagione tranſitis. Cum caſte perſeueratis & uirgines, angelis dei eſtis æquales, tantum maneat & duret ſolita & illæſa uirginitas, & ut cœpit, fortiter, iugiter perſeueret. Nec monilium aut ueſtium quærat ornatum, ſed morum. Deũ ſpectet

Vitæ uia arta.

Præmia beatorum.

Immortalitas perſeueranti datur.

Geneſ. 3.

Luc. 20.

Matth. 22.

ſpectet & cœlum, neque oculos ad ſublime porrectos ad carnis & mundi concupiſcentiam deprimat, & ad terrena deponat. Prima ſententia creſcere & generare præcepit. ſecunda ad continentiam ſuaſit. Cum adhuc rudis mundus & inanis eſt, copia fœcunditatis generante propagamur & creſcimus ad humani generis augmentum. Cum iam refertus eſt orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt ſpadonum more uiuentes caſtrantur ad regnum. Nec hoc iubet dominus, ſed hortatur, nec iugum neceſſitatis imponit, quando manet uolũtatis arbitrium liberum. Sed cum habitationes multas apud patrem ſuum eſſe dicat, melioris habitaculi hoſpitia demonſtrat, habitacula iſta meliora uos petitis, carnis deſyderia caſtrantes maioris gratiæ præmium in cœleſtibus obtinetis. Omnes quidem qui ad diuinum munus & patrimonium baptiſmi ſanctificatione perueniunt, hominem illic ueterem gratia lauacri ſalutaris exponunt, & innouati ſpiritu ſancto à ſordibus contagionis antiquæ, iterata natiuitate purgantur. Sed natiuitatis iteratæ uobis maior ſanctitas & ueritas competit, quibus deſyderia iam carnis & corporis nulla ſunt. Sola in uobis quæ ſunt uirtutis & ſpiritus ad gloriam remanſerunt. Apoſtoli uox eſt, quem dominus uas electionis ſuæ dixit, quem ad promenda mandata cœleſtia deus miſit: Primus homo, inquit, de terræ limo, ſecundus de cœlo. Qualis ille è limo, tales & qui de limo: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo eſt, portemus & imaginem eius qui de cœlo eſt. Hanc imaginem uirginitas portat, portat integritas, portat ſanctitas, portat & ueritas. Portant diſciplinæ dei memores, iuſtitiam cum religione retinentes, ſtabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad ſuſtinendam iniuriam mites, ad faciendam miſericordiam faciles, fraterna pace unanimes atque concordes. Quæ uos ſingula ò bonæ uirgines obſeruare, diligere, implere debetis, quæ deo & CHRISTO uacantes ad dominum, cui uos dicaſtis, & maiore & meliore parte præceditis. Prouectæ annis, iunioribus facite magiſterium: minores natu præbete comparibus incitamentum: hortamentis uos mutuis excitate, æmulis de uirtute documentis ad gloriam prouocate. Durate fortiter, ſpiritualiter pergite, peruenite feliciter, tantum mementote tunc noſtri, cum incipiet in uobis uirgini/tas honorari.

Continẽtiam ſuadet deus, non iubet.

1. Cor. 15.

Imaginis dei portatores.

SECVNDI TRACTATVS DE HABITV VIRGINVM FINIS.

ARGVMENTVM TRACTATVS SEQVENTIS.

Tractatus beati Cypriani aduersus Nouatianum schismaticum, ostendens præpositos ecclesiæ ad innocentiam simplices esse oportere, & cum simplicitate prudentes in præceptorum obseruatione aduersus occultam hostis luctã, qui plus metuendus est & cauendus cum latenter obrepit, ꝙ cum se aduersarium profitetur.

TRACTATVS TERTIVS DE SIMPLICITATE PRAELATORVM.

Matth. 5. CVm moneat dominus & dicat: Vos estis sal terræ, cumq; esse nos iubeat ad innocentiam simplices, & tamen cum simplicitate prudẽtes, quid aliud fratres dilectissimi quàm prouidere nos conuenit, & solicito corde uigilantes subdoli hostis insidias intelligere pariter & cauere, ne qui CHRISTVM sapientiam dei patris induimur, minus sapere in tuenda salute uideamur? Neque enim persecutio sola metuenda est, & ea quæ subruendis ac deijciendis dei seruis aperta impugnatione grassantur. Facilior cautio est ubi manifesta formido est. Et ad certamen animus antè præstruitur, quando se aduersarius confitetur. Plus metuendus est & cauendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit: unde & nomen serpentis accepit. Ea est eius semper astutia, ea est circunueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi fefellit, & uerbis mendacibus blandiens rudes animas incauta credulitate decepit. Sic dominum ipsum tentare conatus, quasi obreperet rursus & falleret, latenter accessit: intellectus tamen est & retrusus, & ideo prostratus quia agnitus atque detectus. Vnde nobis exemplum datum est ueteris hominis uiam fugere, uestigijs CHRISTI uincentis insistere, ne denuo incauti in mortis laqueum reuoluamur, sed ad periculum prouidi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo possumus, nisi ea à quibus mors expugnatur & uincitur, CHRISTI mandata seruemus? ipso monente & dicente: Si uis ad uitam uenire, seruа mandata. & iterum: Si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos, sed amicos. Hos denique fortes dicit & stabiles, hos super petram robusta mole fundatos, hos contra omnes tempestates & turbines seculi immobili & inconcussa firmitate solidatos. Qui audit (inquit) uerba mea & facit ea, similabo eum uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Descendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim fuit super petram. Verbis igitur eius insistere, quæcunque & docuit & fecit, discere & facere debemus. Cæterum credere se in CHRISTVM quomodo dicit, qui non facit quod CHRISTVS facere præcepit? aut unde perueniet ad præmium fidei

Serpẽs dictus diabolus.

Matth. 19. Ioan. 15.

Matth. 7.

dei, qui fidem non uult seruare mandati? Nutet necesse est & uagetur, & spiritu erroris arreptus, uelut puluis quem uentus excutit, uentiletur. Nec ambulando proficiet ad salutem, qui salutaris uiæ non tenet ueritatem. Cauenda sunt autem non solum quæ sunt aperte manifesta, sed & astutæ fraudis subtilitate fallentia. Quid uero astutius, quidue subtilius, quàm ut CHRISTI aduentu detectus ac prostratus inimicus (postquam lux gentibus uenit, & sospitandis hominibus salutare lumen effulsit, ut surdi auditum spiritalis gratiæ admitterent, aperirent ad deum oculos suos cæci, infirmi æterna sanitate reualescerent, claudi ad ecclesiam currerent, muti claris uocibus & precibus orarent) uidens idola derelicta, & per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitauerit nouam fraudem, ut sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos? Hæreses inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, ueritatem corrumperet, scinderet unitatem. Quos detinere non potest in uiæ ueteris cæcitate, circunscribit & decipit noui itineris errore. Rapit de ipsa ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse iam lumini, atque euasisse seculi noctem uidentur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, ut cum euangelio CHRISTI, & cum obseruatione eius & lege non stantes, Christianos se uocent, & ambulantes in tenebris, habere se lumen existiment, blandiente aduersario atque fallente, qui secundum Apostoli uocem transfigurat se uelut angelum lucis, & ministros subornat suos uelut ministros iustitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, antichristum sub uocabulo CHRISTI, ut dum uerisimilia mentiuntur, ueritatem subtilitate frustrentur. Hoc eo fit fratres dilectissimi, dum ad ueritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magistri cœlestis doctrina seruatur. Quæ si quis consyderet & examinat, tractatu longo atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio ueritatis. Loquitur dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non uincent eam. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, accipite spiritum sanctum: Si cui remiseritis peccata, remittentur illi: Si cui tenueritis, tenebuntur. tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate dispossuit. Hoc erant utiq; & cæteri apostoli, quod fuit Petrus, pari cõsortio prædíti & honoris & potestatis, sed exordiũ ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Quam unã ecclesiam etiam in cantico canticorũ

Insidiæ diaboli.

Matth. 16.

primatu petro dat. filio. & hoc. addit.

Cant. 6. spiritus sanctus ex persona domini designat & dicit: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ electa genitrici suæ. Hanc ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiæ renititur & resistit, in ecclesia se esse confidit? quando & beatus Paulus apostolus hoc doceat, & Ephe. 4. sacramentum unitatis ostendat dicens: Vnum corpus & unus spiritus, una Concordia. spes uocationis uestræ, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus? Quam unitatem firmiter tenere & uindicare debemus, maxime episcopi qui in ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fi- Episcopatus unus. dei ueritatem perfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudi- Radij multi sol unus. nem latius incremento fœcunditatis extenditur: Quomodo solis multi radij, sed lumen unum, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radi- Similitudinibus unitatem ecclesiæ probat. ce fundatum. Et cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuum, præcisus arescet: Sic & ecclesia domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extendit: profluentes largiter riuos latius expandit, unum tamen caput est, & origo una, & una mater fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur: illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa CHRISTI: incorrupta est & pudica. Vnam domum nouit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos deo seruat, hæc filios regno quos generauit, assignat. Quisquis ab ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis ecclesiæ separatur. Nec pertinet ad CHRISTI præmia, qui relinquit ecclesiam CHRISTI, alienus est, prophanus est, hostis est. Habere iam non potest deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit euadere, qui extra arcam Noë fuit, & qui extra ecclesiam foris fuerit, euadit. Monet dominus Archa Noe. Matth. 12. & dicit: Qui non est mecum aduersus me est, & qui non mecum colligit, spargit. Qui pacem CHRISTI & concordiam rumpit, aduersus CHRISTVM facit. Qui alibi præter ecclesiam colligit, CHRISTI ecclesiam spar- Ioan. 10. git. dicit dominus: Ego & pater unum sumus. & iterum de patre & filio & spiritu sancto scriptum est: & tres unum sunt, & quisquam credit hanc unitatem de diuina firmitate uenientem, sacramentis cœlestibus cohærentem scindi in ecclesia posse, & uoluntatum collidentium diuortio separari? Hanc unitatem, qui non tenet, dei legem non tenet, non tenet patris & filij fidem, uitam non tenet & salutem. Hoc unitatis sacramentum

tum, hoc uinculum concordiæ inseparabiliter cohærentis ostenditur, quando in euangelio tunica domini IESV CHRISTI non diuiditur omnino nec scinditur, sed sortientibus de ueste CHRISTI, quis CHRISTVM potius indueret, integra uestis accipitur, incorrupta atque indiuidua tunica possidetur. Loquitur ac dicit scriptura diuidua. De tunica autem, quia de superiore parte non consutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt adinuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Vnitatem ille portabat de superiore parte uenientem, id est, de cœlo & à patre uenientem, quæ ab accipiente & possidente scindi omnino non poterat, sed totam simul & solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum CHRISTI, qui scindit & diuidit ecclesiam CHRISTI. Contra denique, cum Salomone moriente, regnum eius & populus scinderetur, Achias propheta Ieroboam regi obuius factus in campo, in duodecim scissuras uestimentum suum discidit dicens: Sume tibi decem scissuras, quia hæc dicit dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptra, & duo sceptra erunt ei propter seruum meum Dauid, & propter Hierusalem ciuitatem quam elegi, ut ponam nomẽ meum illic. Cum duodecim tribus Israël scinderentur, uestimẽtum suum propheta Achias scidit. At uero quia CHRISTI populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis & cohærens, diuisa à possidentibus nõ est. Indiuidua, copulata, connexa ostendit populi nostri (qui CHRISTVM induimus) concordiam cohærentem. Sacramento uestis declarauit ecclesiæ unitatem. Quis ergo sic est sceleratus & perfidus, quis sic discordiæ furore uesanus, ut credat scindi posse, aut audeat scindere unitatem dei? uestem domini? ecclesiam CHRISTI? Monet ipse in euangelio suo, & docet dicens: Et erit unus grex & unus pastor. Et esse posse uno in loco aliquis existimat, aut multos pastores, aut plures greges? Apostolus item Paulus hanc eandem nobis insinuans unitatem, obsecrat & hortatur dicens: Obsecro uos, inquit, fratres per nomen domini nostri IESV CHRISTI, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in nobis schismata. Sitis autem compositi in eodem sensu, & in eadem sententia. & iterum dicit: Sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. Stare tu & uiuere putas posse de ecclesia recedentem? sedes sibi alias & diuersa domicilia condentem? cum dictum sit ad Raab, in qua præformabatur ecclesia: Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, & erit, omnis qui exierit hostium domus tuæ foras, reus erit: Item sacramentum paschæ non aliud Exodi lege contineat, quàm ut agnus, qui in figura CHRISTI occiditur, in domo una edatur. Loquitur deus dicens: In domo una comedetur, non eijcietis de domo carnem foras. Caro CHRISTI & sanctum domini eijci foras non potest,

Ioan. 19.

3. Regũ. 11.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

Ephes. 4.

Ioſu. 2.

nec

nec alia ulla credentibus præter unam ecclesiam domus est. Hanc domum hoc unanimitatis hospitium designat & denunciat spiritus sanctus in psal-
Psal. 67. mis dicens: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. In domo dei, in ecclesia CHRISTI unanimes habitant, concordes & simplices perseuerant. Idcirco & in columba uenit spiritus sanctus, simplex animal & lætum, non felle amarum, non morsibus sæuum, non unguium laceratione uiolentum: hospitia humana diligere, unius domus consortium nosse, cum generant simul filios edere, cum commeant uolatibus inuicem cohærere, communi conuersatione uitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia unanimitatis implere. Hæc est in ecclesia noscenda simplicitas, hæc charitas obtinenda, ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut mansuetudo & lenitas agnis & ouibus æquetur. Quid facit in pectore Christiano luporum feritas? & canum rabies? & uenenum lethale serpentum? & cruenta sæuitia bestiarum? Gratulandum est, cum tales de ecclesia separantur, ne columbas, ne oues CHRISTI sæua sua & uenenata contagione prædentur. Cohærere & coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo æstimet bonos de ecclesia posse discedere. Triticum non rapit uentus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes paleæ tempestate iactantur, inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur. Hos execratur, & percutit Ioannes apostolus dicens: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. Hinc hæreses & factæ sunt frequenter, & fiunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. Fieri uero hæc dominus permittit & patitur, manente propriæ libertatis arbitrio, ut dum corda & mentes nostras ueritatis discrimen examinat, probatorum fides integra, manifesta luce daresçat. Per Apostolum præmonet spiritus sanctus & dicit: Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti sint in uobis. Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur, sic & ante iudicij diem hic quoque iam iustorum atque iniustorum animæ diuiduntur, & à frumento paleæ separantur. Hi sunt qui se ultro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assu-
Psal. 1. munt. Quos designat in psalmis spiritus sanctus, sedentes in pestilentiæ cathedra pestes & lues fidei, serpentis ore fallentes, & corrumpendæ ueritatis artifices, uenena lethalia linguis pestiferis euomentes. Quorum sermo ut cancer serpit, quorum tactus pectoribus & cordibus singulorum mortale uirus infundit. Contra eiusmodi clamat dominus, ab his refrenat & reuocat errantem plebem suam dicens: Nolite audire sermones pseudoprophetarum

doprophetarum, quoniam uisiones cordis eorum fruſtrantur eos. Loquuntur, ſed non ab ore domini. Dicunt eis, qui abiciunt uerbum dei: Pax erit uobis, & omnibus ambulantibus in uoluntatibus ſuis. Omnis qui ambulat in errore cordis ſui, non uenient ſuper eum mala. Non loquutus ſum ad eos, & ipſi prophetauerunt. Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent uerba mea, & ſic docuiſſent populum meum, conuertiſſem eos à malis cogitationibus eorũ. Hos eoſdem denuo dominus deſignat & denotat dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt aquam portare. Quando aliud baptiſma præter unum eſſe non poſſit, baptizare poſſe ſe opinantur. Vitæ fonte deſerto, uitalis & ſalutaris aquæ gratiam pollicentur: non abluuntur illic homines, ſed potius ſordidantur: nec purgantur delicta, ſed immo cumulantur: non deo natiuitas illa, ſed diabolo filios generat. Per mendacium nati, ueritatis promiſſa non capiunt. De perfidia procreati, fidei gratiam perdunt. Ad pacis præmium uenire non poſſunt, qui pacem domini diſcordiæ furore ruperunt. Nec ſe quidam uana interpretatione decipiant, quod dixerit dominus: Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum illis ſum. Corruptores euangelij atque interpretes falſi extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partim memores, & partim ſubdole corrumpentes. Vt ipſi ab eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli unius ſententiam ſcindunt. Dominus enim cum diſcipulis ſuis unanimitatem ſuaderet & pacem: dico, inquit, uobis: quoniam ſi duobus ex uobis conuenerit in terra de omni re quamcunque petieritis, continget uobis à patre meo qui in cœlis eſt. Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum. oſtendens non multitudini, ſed unanimitati deprecãtium plurimum tribui: Si duobus, inquit, ex uobis conuenerit in terra, unanimitatem prius poſuit, concordiam pacis ante præmiſit, ut conueniat nobis fideliter & firmiter docuit. Quomodo autem poteſt ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipſius eccleſiæ & cum uniuerſa fraternitate non conuenit? Quomodo poſſunt duo aut tres in nomine CHRISTI colligi, quos conſtat à CHRISTO & ab eius euangelio ſeparari? non enim nos ab illis, ſed illi à nobis receſſerunt. Et cum hæreſes & ſchiſmata poſtmodum nata ſint, dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, ueritatis caput atque originem reliquerunt. Dominus autem de eccleſia ſua loquitur, ad hos qui ſunt in eccleſia loquitur, ut ſi ipſi concordes fuerint, ſi ſecundum quod mandauit & monuit, duo aut tres, licet collecti unanimiter orauerint, duo aut tres licet ſint, impetrare poſſint de dei maieſtate quod poſtulant: Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego, inquit, cum eis ſum, cum ſimplicibus ſcilicet atque pacatis, cum deum timentibus, & dei præcepta ſeruantibus. Cum his duobus uel tribus licet eſſe ſe dixit: Quomodo & cum tribus pueris

Baptiſma unum. Epheſ. 4.

Matth. 18.

Vnanimitati plurimum tribuendum.

Matth. 18.

Dani. 3.

pueris in camino ignis fuit, & quia in deum simplices, atque inter se unanimes permanebant, flammis ambientibus medios spiritu roris animauit.
Actū.5. quomodo apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia unanimes erant, ipse affuit. Ipse resolutis carceris claustris, ut uerbum quod fideliter prædicabant, multitudini traderent, ad forū rursus imposuit. Quando ergo in præceptis suis ponit & dicit: Vbi fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum, non homines ab ecclesia diuidit, qui instituit & fecit ecclesiam. Sed exprobrans discordiam perfidis, & fidelibus pacem sua uoce commendās, ostendit magis esse securum duobus aut tribus unanimiter orantibus, quàm cum dissidētibus plurimis, plusq; impetrari posse
Mar.11. paucorum concordi prece, quàm discordi oratione multorum. Ideo & cum orandi legem daret, addidit dicens: Et cum steteritis ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, remittat uobis peccata. Et ad sacrificium cum dissensione uenientem reuocat ab altari, & iubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntem domino munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit deus. Neq; em̄ habere pacatum deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credūt æmuli sacerdotum? an secum esse CHRISTVM cum collecti fuerint opinantur, qui extra CHRISTI ecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordiæ nec passione purgat. Esse martyr non potest, qui in ecclesia non est: ad regnum peruenire nō poterit, qui eam quæ regnatura est derelinquit. Pacem nobis CHRISTVS dedit: concordes atq; unanimes esse præcepit: dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atq; inuiolata seruari mandauit: exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. Docet hoc & contestatur Paulus apo
1.Cor.13. stolus dicens: Et si habuero fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperū distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil proficio. Charitas magnanima est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, non inflatur, non irritatur, non agit perperam, non cogitat malū. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: charitas nun-
Ibidem. q̄ excidit. Nunquā, inquit, charitas excidit: hæc enim semper in regno erit, hæc in æternum fraternitatis sibi cohærentis unitate durabit. Ad regnū cœlorum non potest peruenire discordia, nec ad præmia CHRISTI, qui dixit:
Ioan.15. Hoc est mādatum meum, ut diligatis inuicem quemadmodum dilexi uos: Pertingere non poterit ad præmium CHRISTI, qui dilectionem CHRISTI perfida dissensione uiolauit. Qui charitatem non habet, deum non ha-
1.Ioan.4 bet. Ioannis beati apostoli uox est: Deus, inquit, dilectio est, & qui in dile-

ctione

ctione manet,manet in deo,& deus in illo manet.Cũ deo manere nõ poſ-
ſunt, qui eſſe in eccleſia dei unanimes noluerunt, ardeant licet flammis,&
ignibus traditi,uel obiecti beſtijs animas ſuas ponant,non erit illa fidei co
rona,ſed pœna perfidiæ,nec religioſæ uirtutis exitus glorioſus,ſed deſpera-
tionis interitus.Occidi talis poteſt,coronari non poteſt.Sic ſe Chriſtianum
eſſe profitetur,quomodo & CHRISTVM diabolus ſæpe mentitur, ipſo
domino præmonente & dicente: Multi uenient in nomine meo dicentes: Marci.13.
ego ſum CHRISTVS.& multos fallent.Sicut ille CHRISTVS non eſt, q̃-
uis fallat in nomine illius:Ita nec Chriſtianus uideri poteſt,qui non perma
net in euangelij eius & fidei ueritate.Nam & prophetare, & dæmonia ex-
cludere,& uirtutes magnas in terris facere, ſublimis utiq; & admirabilis res
eſt.Non tamen regnum cœleſte conſequitur,quiſqs in ijs omnibus inueni-
tur,niſi recti & iuſti itineris obſeruatione gradiatur. Denũciat dominus &
dicit:Multi dicent mihi in illo die:Domine domine,nõne in tuo nomine ꝓ Matth.7.
phetauimus? & in tuo nomine dæmonia excluſimus? & in nomine tuo uir-
tutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquàm uos cognoui, recedi-
te à me,qui operamini iniquitatem.Iuſtitia opus eſt,ut promereri quis poſ
ſit deum iudicem.Præceptis eius & monitis obtemperandũ eſt, ut accipiãt
merita noſtra mercedem.Dominus in euangelio, cum ſpei & fidei noſtræ
uiam compendio breuiante dirigeret:dominus deus tuus,inquit, unus eſt:
Et diliges dominum deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, Matth.22.
& de tota uirtute tua.Hoc primum & ſecundum ſimile huic, diliges proxi-
mum tuum tanq̃ te.In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.
Vnitatem ſimul & dilectionem magiſterio ſuo docuit, prophetas omnes
& legem præceptis duobus incluſit.Quam uero unitatem ſeruat,quam di-
lectionem cuſtodit,aut cogitat,qui diſcordiæ furore ueſanus eccleſiam ſcin-
dit,fidem deſtruit,pacem turbat,charitatem diſſipat,ſacramentum propha
nat? Malum hoc fideliſſimi fratres iam pridem cœperat,ſed nunc creuit eiuſ
dem mali infeſta clades,& ſurgere & pullulare plus cœpit hæreticæ peruerſi
tatis & ſchiſmatum uenenata pernicies: quia & ſic in occaſum mũdi opor-
tebat,prænunciante per apoſtolum nobis & præmonente ſpiritu ſancto:
In nouiſſimis,inquit,diebus aderunt tempora moleſta, & erunt homines 2. Tim.3.
ſibi placentes,ſuperbi,tumidi,cupidi,blaſphemi, parentibus inobedientes,
ingrati,impij,ſine affectione,ſine fœdere, delatores, incontinentes, immi-
tes,bonum non amantes,proditores,procaces, ſtupore inflati, uoluptates
magis q̃ deum diligentes, habentes deformationem religionis, uirtutem
autem eius abnegantes.Ex ijs ſunt qui repunt in domos uiduarum, & præ
dantur mulierculas oneratas peccatis,quæ ducuntur uarijs deſyderijs, ſem-
per diſcentes & nunq̃ ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Et quomodo
Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi,ſic & hi reſiſtunt ueritati, ſed ultra

non proficient plurimum. Imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Adimplētur quæcunq; prædicta sunt, & appropinquãte seculi fine hominum pariter ac temporum probatione uenerunt. Magis ac magis aduersario sæuiente error fallit, extollit stupor, liuor incendit, cupiditas excæcat, deprauat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira præcipitat. Non tamẽ nos moueat aut turbet multorum nimia & abrupta perfidia, sed potius fidem nostram prænũciante rei ueritate corroboret. Vt quidam tales esse cœperunt, quia hæc ante prædicta sunt, ita cæteri fratres ab eiusmodi caueant, quia & hæc ante prædicta sunt instruente domino & Marci. 13. dicente: Vos autẽ cauete, ecce prædixi uobis omnia. Vitate quæso uos eiusmodi homines, & à latere, atq; auribus uestris pernicioſa colloquia uelut cõ Eccl. 28. tagium mortis arcete, sicut scriptum est: Sepi aures tuas spinis, & noli audi- 1. Corin. 15. re linguam nequam. & iterum: Corrumpunt ingenia bona confubulationes pessimæ. Docet dominus & admonet à talibus recedendum. Cæci sunt, Matth. 15. inquit, & duces cæcorum. Cæcus autem cæcum ducens ambo in foueam cadent. Auersandus talis atq; fugiendus quisquis fuerit ab ecclesia separatus. Peruersus est huiusmodi, & peccat, & à semetipso damnatus. An esse sibi cũ CHRISTO uidetur, qui aduersus sacerdotes CHRISTI facit? qui se à clori eius uel plebis societate secernit? Arma ille contra ecclesiam portat, cõtra dei dispositionem repugnat: hostis altaris, aduersus sacrificium CHRISTI rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequẽs seruus, filius impius, frater inimicus: contemptis episcopis & dei sacerdotibus derelictis constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis uocibus facere, dominicæ hostiæ ueritatem per falsa sacrificia ꝓphanare, nec scire quoniam qui contra ordinationem dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animad- Nume. 16. uersione punitur? Sic Chore & Dathan & Abiron, qui sibi cõtra Moysem & Aaron sacerdotem sacrificantes licentiam uendicare conati sunt, pœnas statim pro suis conatibus penderunt. Terra compagibus ruptis in profundum suum patuit, stantes atq; uiuentes recedentis soli hiatus absorbuit. Nec tantum eos qui autores fuerant, dei indignantis ira percussit, sed & cæteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris & comites: qui coagulati cum ipsis simul ad audaciam fuerant, exiẽs à domino ignis properata ultione consumpsit, admonens scilicet & ostendens contra deum fieri, quicquid improbi fuerint ad destruendam ordinationem dei humana Ozias. uoluntate conati. Sic & Ozias rex, cum turibulum ferens, & contra legẽ dei 2. Paralip. 26. sacrificium sibi uiolenter assumens, resistente sibi Azaria sacerdote, obtem- 4. Reg. 5. perare nollet & cedere, diuina indignatione confusus, & lepræ uarietate in fronte maculatus est, ea parte corporis notatus, offenso domino, ubi signãAaron filij extincti. tur qui dominum promerentur. Et filij Aaron, qui imposuerunt altari ignẽ Leui. 10. alienum, quem non præceperat dominus, in conspectu statim domini uindicantis

dicantis extincti sunt: quos imitantur scilicet atq; sectantur, qui dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt,& magisteria humanæ institutionis inducunt,quos increpat dominus & obiurgat in euangelio suo dicens:Reiscitis mandatum dei,ut traditionem uestram statuatis: peius hoc crimen est, quàm quod admisisse lapsi uidentur, qui tamen in pœnitentiã criminis constituti,deum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic ecclesia quæritur & rogatur: illic ecclesia repugnatur. Hic potest necessitas fuisse: Illic uoluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est sibi tantum nocuit: Illic qui hæresim uel schisma facere conatus est, multos secum trahendo decepit. Hic animæ unius est damnum, illic periculum plurimorum. Certe peccasse se,& hic intelligit & lamentatur & plangit. Ille tumens in peccato suo,& in ipsis suis delictis placens,à matre filios segregat, oues à pastore solicitat, dei sacramenta disturbat. Et cum lapsus semel peccauerit,ille quoti die peccat. Postremo lapsus,martyrium*primitionem consecutus potest regni promissa percipere,ille si extra ecclesiam fuerit occisus,ad ecclesiæ nõ potest præmia peruenire. Nec quisq; miretur dilectissimi fratres etiã de confessoribus quosdam ad ista procedere,inde quoq; aliquos tam nefanda q̃q; grauia peccare. Necq; enim cõfessio immunẽ facit ab insidijs diaboli: aut cõtra tentationes,& pericula,& incursus,atq; impetus seculares ad hoc in seculo positum,perpetua securitate defendit:cæterũ nunc̃q; in cõfessoribus fraudes & stupra,& adulteria postmodum uideremus,quæ nunc in quibusdã uidentes ingemiscimus & dolemus. Quisquis ille confessor est,Salomone maior,aut melior,aut charior non est,qui tamen q̃diu in uijs domini ambulauit,tamdiu gratiam,quã de domino fuerat consecutus,obtinuit. Postq̃ dereliquit domini uiam,perdidit & gratiam domini. Et ideo scriptũ est: Tene quod habes,ne alius accipiat coronam tuam. Quod utiq; dominus non minaretur auferri posse coronam iustitiæ, nisi quia recedente iustitia recedat necesse est & corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum coronæ,nec perficit laudem,sed initiat dignitatem,cumq; scriptum sit: Qui perseuerauerit usq; in finẽ,is saluus erit,quicquid ante finem fuerit gradus est,quo ad fastigiũ salutis ascenditur,non terminus,quo iam culminis summa teneatur. Confessor est,sed post confessionem periculũ maius est, quia plus aduersarius prouocatus est. Confessor est,hoc magis stare debet cum domini euangelio,per euangelium gloriam consecutus à domino. Cui multum datur, multũ quæretur ab eo,& cui plus dignitatis ascribitur,plus de illo exigitur seruitutis. Nemo per confessoris exemplum pereat. Nemo in iustitiam,nemo insolentiam,nemo perfidiam de cõfessoris moribus discat. Confessor est,sit humilis & quietus,sit in actu suo cũ disciplina modestus, ut qui CHRISTI confessor dicitur,CHRISTVM quem confitetur imitetur. Nam cum dicat ille:Qui se extollit humiliabitur,& qui humiliat se exaltabitur,&

Marci.17.

al.*postmodũ

Apoc.3.

Confessio gloriæ exordium.

Matth.10.

Confessor.

Luc.18.

bitur,& ipſe à patre exaltatus ſit,quia ſe in terris ſermo & uirtus, & ſapientia dei patris humiliauit,quomodo poteſt extollentiam diligere,qui & nobis humilitatem ſua lege mandauit,& ipſe à patre ampliſſimum nomẽ præmio humilitatis accepit? Confeſſor eſt CHRISTI, ſed ſi non poſtea blaſphemetur maieſtas & dignitas CHRISTI. Lingua CHRISTVM confeſſa nõ ſit maledica,non ſit turbulenta,non conuicijs & litibus perſtrepens audiatur: nõ cõtra fratres & dei ſacerdotes poſt uerba laudis ſerpentis uenena iaculetur. Cæterum ſi culpabilis & deteſtabilis poſtmodum fuerit,ſi confeſſionẽ ſuã mala conuerſatione prodiderit,ſi uitã ſuam turpi fœditate maculauerit,ſi eccleſiam deniq;, ubi confeſſor factus eſt,derelinquens & unitatis concordiam ſcindens,fidem primã perfidia poſteriore mutauerit,blãdiri ſibi per confeſſionem non poteſt quaſi electus ad gloriæ præmiũ, quãdo ex hoc ipſo magis creuerint merita pœnarum. Nam & Iudã inter apoſtolos dominus elegit,& tamen Iudas dominũ poſtmodũ prodidit. Non tamẽ idcirco apoſtolorum fides & firmitas cecidit, quia proditor Iudas ab eorum ſocietate defecit,ſic & hic non ſtatim confeſſorum ſanctitas,& dignitas comminuta eſt,quia quorundam fides fracta eſt. Beatus Apoſtolus loquitur in epiſtola ſua dicens: Quid enim ſi exciderunt à fide quidam illorũ, nũquid infidelitas illorũ fidẽ euacuauit? abſit. Eſt enim deus uerax,omnis autem homo mendax. Stat confeſſorum pars maior & melior in fidei ſuæ robore,& in legis ac diſciplinæ dñicæ ueritate. Nec ab eccleſiæ pace diſcedunt,qui ſe in eccleſia gratiam conſecutos de dei dignatione meminerunt, atqui hoc ipſo ampliorem conſequuntur fidei ſuæ laudem,quod ab eorum perfidia ſegregati,qui iuncti confeſſionis conſortio fuerunt, à contagio criminis receſſerunt,uero illuminati euangelij lumine,pura & candida domini luce radiati,tam ſunt in cõſeruanda CHRISTI pace laudabiles,cũ fuerunt in diaboli congreſſione uictores. Opto æquidem dilectiſſimi fratres & conſulo pariter & ſuadeo,ut ſi fieri poteſt,nemo de fratribus pereat,& cõſentientis populi corpus unum gremio ſuo gaudens mater includat. Si tamen quoſdam ſchiſmatum duces,& diſſenſionis autores,in cæca & obſtinata dementia permanentes,non potuerit ad ſalutis uiam conſilium ſalubre reuocare: cæteri tamen uel ſimplicitate capti,uel errore inducti, uel aliqua fallentis aſtutiæ calliditate decepti,à fallaciæ uos laqueis ſoluite, uagantes greſſus ab erroribus liberate,iter rectum uiæ cœleſtis agnoſcite. Conteſtantis apoſtoli uox eſt: Præcipimus uobis, inquit, in nomine domini IESV CHRISTI,ut recedatis ab omnibus fratribus ambulãtibus inordinate & nõ ſecũdũ traditionem quam acceperunt à nobis. Et iterũ dicit: Nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propterea enim uenit ira dei ſuper filios contumaciæ. Nolite ergo eſſe participes eorum. Recedendum eſt à delinquentibus, uel immo fugiendum,ne dum quis male ambulantibus iungitur,& per itinera erro

Iudas proditor.

Roma. 3.

2. Theſſ. 3.

Epheſ. 5.

nera erroris & criminis graditur, à uia ueri itineris exerrans, pari crimine & ipse teneat. Vnus deus est & CHRISTVS unus, ecclesia eius una, fides una Vnitas.
& plebs in solidā corporis unitatē concordiæ glutino copulata. Scindi unitas nō potest, nec corpus unum discidio cōpaginis separari, diuulsis laceratione uisceribus in frusta discerpi. Quicquid à matrice discesserit seorsum uiuere & spirare non poterit: substantiā salutis amittit. Monet nos spiritus sanctus & dicit: Quis est homo q uult uitā, & amat uidere dies optimos? Psal. 33.
Contine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquātur insidiose. Declina à malo & fac bonū, quære pacē & sequere eam. Pacē quærere debet & sequi Pax quærēda
filius pacis, à dissensionis malo cōtinere linguam suā debet, qui nouit & diligit uinculū charitatis. Inter sua diuina mandata & magisteria salutaria pas sioni iam proximus dns addidit dicens: Pacem dimitto uobis, pacem meā Io. 14.
do uobis. Hanc nobis hæreditatē dedit, dona omnia suæ pollicitationis & præmia in pacis conseruatione promisit. Si cohæredes CHRISTI sumus, in CHRISTI pace maneamus. Si filij dei sumus, pacifici esse debemus. Bea Matth. 5.
ti, inquit, pacifici, quoniā ipsi filij dei uocabūtur. Pacificos esse oportet dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordes, fideliter sibi unanimitatis nexibus cohærentes. Hæc unanimitas sub apostolis olim fuit. Sic nouus credentiū populus domini mandata custodiēs charitatē suā tenuit, probat scriptura quæ dicit: Turba autē eorū qui crediderāt, anima & mente Actuū. 4.
una agebant. Et iterū: Et erant perseuerantes unanimes in oratione cū mu Actuū. 1.
lieribus, & Maria quæ fuerat mater IESV, & fratribus eius. Et ideo efficacibus precibus orabāt, ideo impetrare cū fiducia poterant quodcūq; de domini misericordia postulabant. In nobis uero sic unanimitas diminuta est, ut & largitas operationis infracta est. Domos tunc & fundos uenundabāt, Taxat auariciam.
& thesauros sibi in cœlo reponētes, distribuēda in usus indigentium precia apostolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas damus, & cū uēdere iubeat dominus, emimus potius & augemus. Sic in nobis emarcuit uigor fidei, sic credentium robur elanguit. Et idcirco dominus tempora nostra respiciens in euāgelio suo dicit: Filius hominis cū uenerit, putas inueniet fidem in terra? Videmus fieri quod ille prædixit. In dei timore, in lege iu Lu. 18.
stitiæ, in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo futurorum metum cogitat, diem dñi, & iram dei, & incredulis uentura supplicia, & statuta perfidis Fides rara.
æterna tormenta nemo consyderat. Quod metueret cōscientia nostra si crederet, quia non credit omnino, nec metuit. Si autem crederet, & caueret. Si caueret, euaderet. Excitemus nos quantum possumus dilectissimi fratres, Vigilādū est.
& somno inertiæ ueteris abrupto ad obseruanda & gerenda dñi præcepta uigilemus. Simus tales quales esse nos ipse præcepit dicens: Sint lumbi ue- Lu. 12.
stri accincti, & lucernæ ardentes, & uos similes hoibus expectantibus dominū suū quando ueniat à nuptijs, ut cū uenerit & pulsauerit, aperiant ei.

Beati ſerui illi,quos adueniens dominus inuenerit uigilãtes.Accinctos nos eſſe oportet,ne cum expeditionis dies uenerit,impeditos & implicitos apprehendat.Luceat in bonis operibus noſtrum lumen & fulgeat, ut ipſum nos ad lucẽ claritatis æternæ de hac ſeculi nocte pducat. Expectemus ſolici ti ſemper & cauti aduentũ domini repentinum,ut quãdo ille pulſauerit,eui gilet fides noſtra uigilãtiæ præmiũ de domino receptura. Si hæc mandata ſeruentur,ſi hæc monita & præcepta teneantur,opprimi dormientes diabo lo fallente nõ poſſumus.Serui uigiles CHRISTO dominãte regnabimus.

ARGVMENTVM TRACTATVS QVARTVS.

Tractatus quartus beati Cypriani,quod Idola dij non ſint,nec ab his regna defẽdi,quæ acceptum tempus certo fine cuſtodiunt,& unum uerum deum eſſe & dominum omnium,quem Chriſtiani colunt.

TRACTATVS QVARTVS DE IDOLORVM VANITATE.

Idololatriæ origo.

QVod idola dij non ſint,& quod unus deus ſit,& quod credẽtibus datũ ſit deos nõ eſſe,quos colit uulgus, hinc notũ eſt.Reges olim fuerunt qui ob regalem memoriam coli apud ſuos poſtmodũ etiam in morte cœperunt:Inde illis inſtituta templa:Inde ad defunctorum uultus per imagínem detinendos expreſſa ſimulacra. Nam & immolabãt hoſtias,& dies feſtos dando honores celebrabant:Inde poſteris facta ſunt ſacra,quæ primitus fuerãt aſſumpta ſolatia.Nam ut uideamus an ſtet hæc

Melicertes. Leucothea. Caſtor. Pollux. Aeſculapius. Hercules. Apollo. Neptunus. Saturnus falcifer. Iupiter. Latium

apud ſingulos ueritas,Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & fiũt poſtmodum maris numina.Caſtor & Pollux alternis moriuntur,ut uiuant.Aeſculapius ut in deũ reſurgat,fulminat'.Hercules ut hominẽ exuat, Oeteis ignibus cõcremat'. Apollo Admeti pecora pauit. Laomedonti muros Neptunus inſtituit,nec mercedẽ operis infelix ſtructor accepit. Antrũ Iouis in Creta uiſitur,& ſepulchrũ eius oſtẽditur,& ab eo Saturnũ fugatũ eſſe manifeſtũ eſt: Inde Latiũ de latebra eius nomen accepit.Hic literas imprimere, hic ſignare nummos in Italia primus inſtituit,unde ærariũ Saturni uocitatur.Nam & ruſticitatis hic cultor fuit,inde ferens falcem pingitur:

Ianus bifrons

hunc fugatum hoſpitio Ianus excepit,de cuius nomine Ianiculum dictũ eſt,& mẽſis Ianuarius inſtitutus eſt:Ipſe bifrons exprimitur, quod in medio cõſtitutus annũ incipientẽ pariter & recedentẽ ſpectare uideatur. Mau

Mauri regum ſuorũ cultores

ri uero manifeſte reges colunt,nec ullo uelamento hoc nomẽ obtexunt: Inde per gentes & prouincias ſingulas uaria deorum religio mutatur, dum non unus ab omnibus deus colitur,ſed propria cuiq; maiorum ſuorum cultura ſeruatur: hoc ita eſſe Alexander magnus inſigni uolumine ad matrẽ

Alexander aũs*dijs.

ſuam ſcribit,metu ſuæ poteſtatis proditũ ſibi à*pijs hominibus,à ſacerdote ſecretũ,quod maiorũ regũ memoria ſeruata ſit,inde colendi & ſacrificandi ritus inoleuerit.Si aũt aliquãdo dij nati ſunt,cur nõ hodie q̃q; naſcũtur? niſi

nisi forte Iupiter senuit, aut partus in Iunone defecit. Cur uero deos putas pro Romanis posse, quos sæpius uideas nihil pro suis aduersus eorum arma ualuisse? Romanorũ autem uernaculos deos nouimus: est Romulus peierante Proculo deus factus & Picus, & Tyberinus, & Pilumnus, & Consus, quem deum fraudis, uelut cõsiliorum deum coli Romulus uoluit, postq; in raptum Sabinarũ perfidia peruenit. Deam quoq; Clocinã Tatius ad inuenit & coluit, Pauorẽ Hostilius atq; Pallorẽ, mox à nescio q̃ Febris dedicata, & Acca, & Flora meretrices. hi dij Romani. Cæterum Mars Thracius, & Iuppiter Creticus & Iuno uel Argiua, uel Samia, uel Pœna, & Diana Taurica, & deorum mater Idea, & Aegyptia portenta nõ numina, quæ utiq; si qd potestatis habuissent, sua ac suorũ regna seruassent. Planè sunt apud Romanos & uicti penates, quos Aeneas profugus aduexit. Est & Venus calua, multo hic turpius calua, q̃q; apud Homerum uulnerata. Regna autem non merito accidunt, sed forte uariantur. Cæterũ imperium ante tenuerunt & Assyrij, & Persæ: & Græcos, & Aegyptios regnasse cognouimus. Ita uicibus potestatum Romanis quoq; ut & cæteris imperandi tempus obuenit. Cæterum si ad originem redeas, erubescas. Populus de scelera tis & nocentibus congregatur, & asilo constituto facit numerum impunitas criminum. Nunc ut rex ipse principatum habeat ad crimina, fit Romulus parricida. Atq; ut matrimonium faciat, rem concordiæ per discordiam auspicatur. Rapiunt, ferociunt, fallunt ad copiam ciuitatis augendam. Nuptiæ sunt illis rupta hospitij fœdera, & cum soceris bella *crudelia. Est & gradus summus in Romanis honoribus consulatus. Sic consulatum cœpisse uidemus ut regnum. Filios interficit Brutus, ut crescat de suffragio sceleris commendatio dignitatis. Non ergo de religionibus sanctis, nec de auspicijs, aut augurijs Romana regna creuerunt, sed acceptum tempus certo fine custodiunt. Cæterum & Regulus auspicia seruauit, & captus est, & Mancinus religionẽ tenuit, & sub iugũ missus est. Pullos edaces habuit Paulus, & tamen apud Cannas cæsus est. C. Cæsar ne ante brumam in Africam nauigia transmitteret, augurijs & auspicijs retinentibus spreuit, eo facilius & nauigauit & uicit. Horum autẽ omniũ ratio est illa quæ fallit & decipit, & præstigijs cæcantibus ueritatem, stultum & prodigum uulgus inducit. Spiritus insynceri & uagi, qui postea q̃q; terrenis uitijs immersi sunt & à uigore cœlesti terreno contagio recesserunt, non desinunt perditi perdere, & deprauati errorem prauitatis infundere: hos & poetæ dæmonas norunt, & Socrates instrui se & regi ad arbitrium dæmonijs prædicabat, & magis inde est ad pernicioſa uel ludicra potentatus, quorũ tamen præcipuus Sosthenes formam ueri dei negat conspici posse, & angelos ueros sedi eius dicit assistere. In quo & Plato pari ratione consentit, & unum deum seruans, cæteros angelos uel dæmonas dicit. Hermes quoq; Trismegistus unũ deũ loquit̃,

Dij Romanorum. Romulus. Picus. Tyberinus. Consus. Clocina. Pauor. Febris. Acca. Flora. Mars. Iuppiter. Iuno. Diana. Idea. Imperij uicissitudo. Asilum. als *ciuilia. Consulatus. Regulus. Mancinus. Paulus. Cæsar. Socrates dæmone usus. Sosthenes. Plato. Trismegistus

eumq; incõprehensibilem atq; inæstimabilem cõfitet. Hi ergo spũs sub sta
als. *cõseruati. tuis atq; imaginibus*consecratis delitescũt. Hi afflatu suo uatũ pectora in-
spirant, extorum fibras animant, auium uolatus gubernant, sortes regunt,
oracula efficiunt, falsa ueris semper inuoluunt. Nam & falluntur & fallunt,
uitam turbant, somnos inquietant, irrepentes etiam spiritus corporibus oc-
culta mentis terrent, membra distorquent, ualitudinem frangunt, morbos
lacessunt, ut ad cultũ sui cogãt, ut nidore altarium & rogis pecorũ saginati,
remissis, quæ cõstrinxerant, curasse uideantur. Hæc est de illis medela, cum
ipsorũ cessat iniuria, nec aliud his studiũ est, cq; à deo homines auocare, &
ad superstitionem sui ab intellectu ueræ religionis auertere, & cum sint ipsi
pœnales, quærere sibi ad pœnã comites, quos ad crimen suum fecerũt erro-
re participes. Hi tamen adiurati per deum uerũ nobis statim cedunt & fatẽ
tur, & de obsessis corporibus exire cogunt. Videas illos nostra uoce & ora
tione occulte flagellis cedi, igni torqueri, incremento pœnæ propagantis ex
tendi, eiulare, gemere, deprecari unde ueniant, & quãdo discedãt, ipsis etiã
qui se colunt audientibus cõfiteri, & uel exiliunt statim, uel euanescunt gra-
Odiũ ante no ticiam. datim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curãtis aspirat. Hinc uulgus
in odium nostri nominis cogunt, ut nos odisse incipiant homines anteq;
Deus unus. nosse, ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint. Vnus igit
omniũ dominus deus. Neq; enim illa sublimitas potest habere cõsortem,
cum sola omnem teneat potestatẽ. Ad diuinum imperium etiam de terris
Regnum socij impatiens. mutuemur exemplum. Quando unq; regni societas aut cũ fide cœpit, aut
sine cruore desijt? Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis
dissidentibus etiam in morte discordia, & Romanos geminos unum non
capit regnum, quos unum uteri cepit hospitium. Pompeius & Cæsar affi-
nes fuerunt, nec tamen necessitudinis fœdus in æmula potestate tenuerũt.
Nec hic tu de homine mireris, cum in hoc omnis natura consentiat. Rex
Apib9 rex un9 Gregibus dux unus. unus est apibus, & dux unus in gregibus, & in armẽtis rector unus, multo
magis mundi unus est rector, qui uniuersa quæcunq; sunt uerbo iubet, ra-
tione dispensat, uirtute consummat. Hic enim uideri non potest, uisu clari-
or est. Nec comprehendi, tactu purior est. Nec æstimari, sensu maior est.
Et ideo sic deum digne eũ æstimamus, dũ inæstimabilem dicimus. Quod
uero templum habere possit deus, cuius templum totus est mundus, &
cum homo latius maneat intra unam ediculam, uim tantæ maiestatis indu
dat? In nostra dedicandus est mente, in nostro consecrandus est pectore.
Nec nomen dei quæras, deus nomen est illi. Illic uocabulis opus est, ubi
Deus unus ubiq; proprijs appellationum insignibus multitudo dirimenda est. Deo qui
solus est, dei uocabulum totum est. Ergo unus est, & ubiq; totus diffusus
est. Nam & uulgus in multis deũ naturaliter cõfitet, cũ mens & anima sui
autoris & principis admonetur. Dici frequẽter audimus, ô deus, & deus ui-

det, &

det,& deo cõmendo,& deus mihi reddet,& quod deus uult,& si deus dede rit. At quæ est hæc summa delicti, nolle agnoscere quem ignorare non pos sis? Quod uero & CHRISTVS sit,& quomodo per ipsum nobis salus ue- nerit, sic est ordo, sic ratio. Iudæis primũ erat apud deũ gratia, sic olim iusti erant, sic maiores eorũ religionibus obediebant. Inde illis & regni sublimi- tas floruit,& generis magnitudo prouenit. Sed illi negligentes disciplinæ, superbi postmodum facti,& fiducia patrum inflati,dũ diuina præcepta cõ temnunt, datam sibi gratiam perdiderunt. Quàm fuerit illis profana uita, quæ contracta sit uiolatæ religionis offensa, ipsi quoq; testãtur, qui & si uo- ce tacent, exitu confitentur. Dispersi & palabundi uagantur soli. Et cœli sui profugi per hospitia aliena iactantur. Necnon deus ante prædixerat fore, ut uergente seculo,& mũdi fine iam ꝓximo, ex omni gente & populo & lo co cultores sibi allegeret deus multo fideliores, qui indulgentiam de diuinis muneribus haurirent, quam acceptam Iudæi contemptis religionibus per- didissent. Indulgentiæ igitur huius & gratiæ arbiter & magister sermo & fi lius dei mittitur, qui per prophetas omnes illuminator & doctor humani generis prædicabatur. Hic est uirtus dei, hic ratio, hic sapientia eius & glo- ria, hic in uirginem illabitur*carnem spiritu sancto cooperante induitur. Deus semper cum homine miscetur, hic deus noster, hic CHRISTVS est. qui mediator duorum hominẽ induit, quẽ perducat ad patrẽ. Quod homo est, esse CHRISTVS uoluit, ut & homo possit esse quod CHRI- STVS est. Sciebãt & Iudæi CHRISTVM esse uenturũ. Nã hoc illis semper prophetis monentibus annũciabatur. Sed significato duplici eius aduẽtu, unũ, qui exercitio & exẽplo hominis fungeretur, alterum, qui deũ fateretur, nõ intelligẽdo primũ aduentũ, qui in passiõe præcessit occultus, unũ tantũ credunt qui erit in potestate manifestus. Quod aũt hoc Iudæorũ populus intelligere nõ potuit, delictorũ meritũ fuit. Sic erant sapientiæ & intelligen- tiæ cæcitate mulctati, ut qui uita indigni essent, haberent uitam ante ocu- los, nec uiderẽt. Itaq; cum CHRISTVS secundũ à prophetis prædicta, uerbo & uocis imperio dæmonia de hominibus excuteret, paralyticos re- stringeret, leprosos purgaret, illuminaret cæcos, claudis gressum daret, mor- tuos rursus animaret, cogeret sibi elementa famulari, seruire uentos, maria obedire, inferos cedere, unũ qui exercitio & exemplo hominis fũgeretur, al terũ qui dominũ fateretur nõ intelligẽdo. Iudæi qui illũ crediderant homi- nẽ tantũ de humilitate carnis & corporis existimabãt, magnũ diligẽtia po- testatis. Hũc magistri eoꝝ atq; primores, hoc est, quos & doctrina ille & sa pientia reuincebat, accensa ira & indignatione ꝓuocata, postremo detentũ Pontio Pilato, q tũc ex parte Romana Syriã procurabat, tradiderũt, crucẽ eius & mortẽ suffragijs uiolẽtis ac ꝓtinacibus flagitãtes. Hoc eos facturos & ipse ꝓdixerat, & ꝓphetarũ omniũ testimoniũ sic ante ꝓcesserat, oportere illũ

Christus quõ salutis autor.

Iudæi uagabũdi.

als*carne spũs sanctus induit Deus homo.

Christus præ- nunciatus.

Miracla Chri sti prædicta.

tere illum pati, non ut ſentiret mortem, ſed ut uinceret: & cum paſſus eſſet denuo ad ſuperos regredi, ut uim diuinæ maieſtatis oſtẽderet. Fidem itaq; rerum curſus impleuit. Nam & crucifixus, præuento carnificis officio, ſpiritũ ſponte dimiſit, & die tertio rurſus à mortuis ſponte ſurrexit. Apparuit diſcipulis ſuis talis ut ante fuerat, & agnoſcendum ſe uidentibus præbuit, ſimul uictus & ſubſtantiæ corporalis firmitate cõſpicuus ad dies quadraginta remoratus eſt, ut denuo ad præcepta uitalia inſtrui poſſent & diſcerent quæ docerent. Tunc in cœlum circũfuſa nube ſublatus eſt, ut hominem quẽ dilexit, quem induit, quem à morte protexit, ad patrem uictor imponeret: Iam uenturus è cœlo ad pœnam diaboli, & cenſuram generis humani, ultoris uigore & iudicis poteſtate: per orbem uero diſcipuli magiſtro & deo monente diffuſi præcepta dei in ſalutem darent, ab errore tenebrarum ad uiam lucis adducerent: cæcos & ignaros ad agnitionem ueritatis ocularẽt. Ac ne eſſet probatio minus ſolida, & de CHRISTO delicata confeſſio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur. Dolor qui ueritatis teſtis eſt admouetur, ut CHRISTVS dei filius qui hominibus ad uitam datus creditur, non tantum præconio uocis, ſed & paſſionis teſtimonio prædicaretur. Hunc igitur comitamur, hunc ſequimur, hunc habemus itineris ducem, lucis principem, ſalutis autorem, cœlum pariter & patrem quærentibus & credẽtibus pollicentem. Quod eſt CHRISTVS erimus Chriſtiani, ſi CHRISTVM fuerimus ſecuti.

Reſurrectio.

Aſcenſio.

DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CHARTHAGINENSIS VARII SERMONES.

ARGVMENTVM SERMONIS SEQVENTIS.

Sermo primus de eleemoſyna ad pietatis & miſericordiæ opera inuitans, aſſeuerans iuſtitiæ & miſericordiæ operibus pietatẽ diuinam mortalibus ſubuenire.

SERMO PRIMVS DE ELEEMOSYNA.

Chriſti immortalis beneficia

MVLTA ET MAGNA ſunt fratres chariſſimi beneficia diuina, quibus in ſalutẽ noſtram dei patris & CHRISTI larga & copioſa clementia & operata ſit, & ſemper operetur, quod conſeruandis ac uiuificandis nobis pater filium miſit, ut reparare nos poſſet, quodq; filius miſſus eſſe & hominis filius uoluit ut nos filios dei faceret. Humiliauit ſe, ut populũ qui prius iacebat, erigeret. Vulneratus eſt, ut uulnera noſtra ſanaret: Seruiuit

Seruiuit,ut ad libertatē seruiētes extraheret.Mori sustinuit,ut moriēs imortalitatē mortalibꝰ exhiberet.Multa hæc sunt & magna diuinæ misericordiæ munera.Sed adhuc qualis ,puidentia illa & quāta demētia CHRISTI est, quod nobis salutari ratione prospicitur,ut homini qui redemptus est reseruando plenius consulatur? Nam cum dominus aduenies sanasset illa quæ Adam portasset uulnera,& uenena serpentis antiqua curasset,legem dedit sano,& præcepit ne ultra peccaret,ne quid peccanti grauius eueniret. Coarctati eramus,& in angustum innocentiæ præscriptione concluſi, nec habebat quid fragilitatis humanæ infirmitas atq; imbecillitas faceret, nisi iterum pietas diuina subueniens,iustitiæ & misericordiæ operibus ostensis, uiam quandam tuendæ salutis aperiret,ut sordes postmodum quascunq; contrahimus eleemosynis abluamus. Loquitur in scripturis spiritus sanctus & dicit:Eleemosynis & fide delicta purgantur, non utiq; illa delicta Tob.4.
quæ fuerant ante contracta: nam illa CHRISTI sanguine & sanctificatione purgantur.Item denuo dicit:Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemo- Eccl.3.
syna extinguit peccatum.Hic ostēditur quoq; & probatur, quia sicut lauacro aquæ salutaris gehennæ ignis extinguitur,ita eleemosynis atque operationibus iustis delictorum flamma sopitur.Et quia semel in baptismo remissa peccatorum datur,assidua & iugis operatio,baptismi instar imitata, dei rursus indulgentiam largitur.Hoc & in euangelio dominus docet: nam cum denotarentur discipuli eius quod ederent,nec prius manus lauissent,respondit,& dixit:Qui fecit quod intus est,fecit & quod foris est: uerum da- Luc.11.
te eleemosynam,& ecce munda sunt omnia uobis. docens scilicet & ostendens non manus lauandas esse, sed pectus & sordes intrinsecus potius q̄ extrinsecus diluendas: uerum qui purgauerit quod est intus, eum quoq; id quod est foris,repurgasse,& emundata mente,cute quoq; mundum esse cœpisse & corpore.Porrò autem monens & ostendens unde mundi & purgati esse possimus,addidit eleemosynas esse faciendas. Misericors docet ac monet misericordiam fieri. Et quia seruare quærit, quos magno redemit, post baptismi gratiā sordidatos docet denuo posse purgari. Agnoscamus itaq; fratres chariſſimi diuinæ indulgētiæ munus salubre,& emūdādis purgandisq; peccatis nostris,qui sine aliquo conscientiæ uulnere esse non possumus,medelis spiritalibus uulnera nostra curemus.Nec quisq̄ sic sibi blandiatur de puro atq; immaculato corde,ut innocentia sua fretus medicinam non putet esse adhibendam uulneribus,cum scriptum sit:Quis gloriabitur castum se habere cor,aut quis gloriabitur mundū se esse à peccatis? Et iterū in epistola sua Ioannes ponat & dicat:Si dixerimus quia peccatū non ha- 1.Ioan.1.
bemus,nosmetipsos decipimus,& ueritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra,fidelis & iustus est dominus, q nobis peccata dimittat. Si autē nemo esse sine peccato potest,& qsqs se inculpatū dixerit,

aut super

aut ſuperbus aut ſtultus eſt,quàm neceſſaria q̄ benigna eſt clementia diui
na? quæ cum ſciat non deeſſe ſanatis quædam poſtmodum uulnera, dedit
curandis denuo ſanandiſq̄ uulneribus remedia ſalutaria. Nunq̄ denique
fratres chariſſimi admonitio diuina ceſſauit, nunq̄ tacuit,quominus in ſcri
pturis ſanctis tam ueteribus q̄ nouis ſemper & ubiq̄ ad miſericordiæ ope
ra dei populus prouocaretur, & canente atque exhortante ſpiritu ſancto
quiſquis ad ſpem regni cœleſtis inſtruitur,facere eleemoſynas iuberetur.
Eſa.58. Mandat & præcipit Eſaiæ deus:Exclama,inquit,in fortitudine & noli par
cere,ſicut tuba exalta uocem tuam,& nuncia plebi meæ peccata eorũ,& do
mui Iacob facinora eorum. Et cum peccata eis ſua exprobrari præcepiſſet,
cumq̄ eorum facinora pleno indignationis impetu protuliſſet, dixiſſetq̄
eos nec,ſi orationibus & precibus & ieiunijs uterentur,ſatiſfacere pro deli
ctis poſſe, nec ſi in cilicio & cinere uoluerẽtur, iram dei poſſe lenire:in nouiſ
ſima tamen parte demonſtrans ſolis deum eleemoſynis poſſe placari,addi
Ibidem. dit dicens:Frange eſurienti panem tuum,& egenos ſine tecto induc in do
mum tuam.Si uideris nudum,ueſti eum,& domeſticos ſeminis tui nõ de
ſpicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & ueſtimenta tua cito
Peccatorũ re/ orientur,& præibit ante te iuſtitia,& claritas dei circũdabit te. Tunc excla
media. mabis & deus exaudiet te,dũ adhuc loqueris dicet tibi: ecce adſum.Reme
dia propiciando deo ipſius dei uerbis data ſunt.quid deberent facere peccã
tes,magiſteria diuina docuerunt.Operationibus iuſtis deo ſatiſſieri,miſeri
Eccl.29. cordiæ meritis peccata purgari,& apud Salomonẽ legimus:Condude elee
moſynam in ſinu pauperis,& hic pro te exorabit ab omni malo.Et iterum:
Proverb.21. Qui obturat aures ne audiat imbecillum,& ipſe inuocabit dominum,& nõ
erit qui exaudiat eum.Neq̄ enim promereri miſericordiam domini pote
rit,qui miſericors ipſe nõ fuerit,aut impetrabit de diuina pietate aliquid in
precibus qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod item in pſal
Pſal.40. mis ſpiritus ſanctus declarat & probat dicẽs:Beatus qui intelligit ſuper ege
num & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Quorum præ
Danielis.4. ceptorum memor Daniel,cum rex Nabuchodonoſor aduerſo ſomnio ter
ritus æſtuaret,pro auertendis malis ac mitigandis diuina ope impetranda
remedium dedit dicens:Propterea rex conſilium meum placeat tibi, & pec
cata tua eleemoſynis redime,& iniuſtitias tuas miſerationibus pauperum,
& erit deus parcens peccatis tuis.Cui rex non obtemperans,aduerſa quæ ui
derat & infeſta perpeſſus eſt,quæ euadere & uitare potuiſſet, ſi peccata ſua
Raphael an/ eleemoſynis redemiſſet.Raphael quoq̄ angelus paria teſtat,& ut eleemo
gelus. ſyna libenter ac largiter fiat hortatur dicens:Bona eſt oratio cum ieiunio &
eleemoſyna,quia eleemoſyna à morte liberat,& ipſa purgat peccata.Oſten
dit orationes noſtras ac ieiunia minus poſſe,niſi eleemoſynis adiuuentur.
Deprecatiões Deprecationes ſolas parum ad impetrandum ualere,niſi factorum & ope
ſine ope parui rum accel/
ſunt momenti

rum acceſſione ſatientur. Reuelat angelus & manifeſtat, & firmat eleemoſy
nis petiones noſtras efficaces fieri, eleemoſynis uitã de periculo redimi, elee
moſynis animas à morte liberari. Nec ſic fratres chariſſimi iſta proferimus,
ut non quod Raphaël angelus dixit, ueritatis teſtimonio comprobemus.
Sic in Actibus apoſtolorum facti fides poſita eſt, & quòd eleemoſynis nõ Actuũ. 9.
tantum à ſecunda, ſed à prima morte animæ liberentur, geſtæ & impletæ rei
probatione compertũ eſt. Tabita operationibus iuſtis & eleemoſynis præ-
ſtandis plurimum dedita, cum infirmata eſſet & mortua, ad cadauer exani
me Petrus accitus eſt: qui cum impigre pro apoſtolica humanitate ueniſ-
ſet, circunſteterunt eum uiduæ flẽtes & rogantes, pallia & tunicas, & omnia
illa quæ prius ſumpſerant indumenta monſtrantes, nec pro defuncta ſuis
uocibus, ſed ipſius operibus deprecantes. Senſit Petrus impetrari poſſe, qd'
ſic petebatur, nec defuturum CHRISTI auxiliũ uiduis deprecantibus, quan
do eſſet in uiduis ipſe ueſtitus. Cum itaq; genibus nixus oraſſet, & uidua-
rum ac pauperum idoneus aduocatus, legatas ſibi preces ad deum pertuliſ-
ſet, conuerſus ad corpus, quod in tabula iam lotum iacebat: Tabita, inquit,
exurge in nomine IESV CHRISTI, nec defuit Petro quo minus ſtatim fer
ret auxilium, qui in euangelio dari dixerat quicquid fuiſſet eius nomine po Ioan. 14.
ſtulatum. Mors itaq; ſuſpenditur, & ſpiritus redditur, & mirantibus ac ſtu-
pentibus cunctis, ad hanc denuo lucem rediuiuum corpus animatur. Tan-
tum potuerunt miſericordiæ merita, tantum opera iuſta ualuerunt. Quæ la
borantibus uiduis largita fuerat ſubſidia uiuendi, meruit ad uitam uidua-
rum petitione reuocari. Itaq; in euangelio dominus doctor uitæ noſtræ, &
magiſter ſalutis æternæ uiuificans credentium populum, & uiuificatis con-
ſulens in æternum, inter ſua diuina mandata & præcepta cœleſtia nihil cre-
brius mandat & præcipit, quàm ut inſiſtamus eleemoſynis dandis, nec ter-
renis poſſeſſionibus incumbamus, ſed cœleſtes theſauros potius reconda-
mus. Vendite, inquit, res ueſtras & date eleemoſynam. & iterum: Nolite uo Luc. 12.
bis theſauros condere ſuper terram, ubi tinea & comeſtura exterminat, &
ubi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem uobis theſauros in cœ
lo, ubi neque tinea, neq; comeſtura exterminat, & ubi fures non effodiunt,
nec furantur. Vbi enim fuerit theſaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Et cum ob-
ſeruata lege perfectum & conſummatũ uellet oſtendere: Si uis, inquit, per- Matth. 19.
fectus eſſe, uade & uende omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſau-
rum in cœlo, & ueni ſequere me. Item alio loco negociatorem cœleſtis gra-
tiæ, & comparatorem ſalutis æternæ, diſtractis omnibus rebus ſuis precio-
ſam margaritam, hoc eſt, uitam æternam CHRISTI cruore precioſam, de
quantitate patrimonij ſui dicit debere mercari. Simile eſt, inquit, regnum Ibidem.
cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Vbi autem inue
nit precioſam margaritã, abijt & uendidit omnia quæcunq; habuit, & emit

eam. Eos deniq; & Abrahæ filios dicit, quos in iuuandis, alendisq; paupe-
Luc. 19. ribus operarios cernit Nam cum Zachæus dixisset: Ecce dimidium ex sub-
stantia mea do ægenis, & si cui quid fraudaui, quadruplum reddo, respon-
dit IESVS & dixit: Quia salus hodie huic domui facta est, quoniam & hic
filius est Abrahæ. Nam si Abraham credidit deo, & reputatum est ei ad iu-
sticiam: utiq; qui secundum præceptum dei eleemosynam facit, deo credit:
& qui habet fidei ueritatem, seruat dei timorem: qui autem dei timorem ser-
uat, in miserationibus pauperum deum cogitat. Operatur enim ideo quia
credit, quia scit uera esse, quæ prædicta sunt uerbis dei, nec scripturam sacrā
posse mētiri: Arbores infructuosas, id est, steriles homines, excidi & in ignē
mitti, misericordes autem ad regnum uocari. Quia & in alio loco operarios
& fructuosos fideles appellat, infructuosis uero & sterilibus fidem derogat
Ibidem. 16. dicens: Si in iniusto mammona fideles nō fuistis, quod est uerū quis credet
uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod est uestrum quis dabit uobis?
Si uereris & metuis, ne si operari plurimum cœperis, patrimonio tuo larga
operatione finito ad penuriam forte redigaris, esto in hac parte intrepidus,
esto securus. Finiri nō potest unde in usus CHRISTI impēditur, unde opus
cœleste celebratur. Nec hoc tibi de meo spōdeo, sed de scripturarum sancta-
rum fide, & diuinæ pollicitationis autoritate promitto. Loquitur per Salo-
Prouer. 28. monem spiritus sanctus & dicit: Qui dat pauperibus, nunq; ægebit, qui au
tem auertit oculos suos, in magna penuria erit. ostendens misericordes at-
q; operantes ægere non posse, magis parcos & steriles ad inopiam postmo
dum deuenire. Item beatus apostolus Paulus dominicæ inspirationis gra-
2. Cor. 9. tia plenus: Qui administrat, inquit, semen seminanti, & panem ad edēdum
præstabit, & multiplicabit seminationem uestrā, & augebit incrementa fru-
gum iusticiæ uestræ, ut in omnibus locupletemini. Et iterum, administratio
huius officij non tantū supplebit ea quæ sanctis desunt, fide, sed & abunda-
bit per multas gratiarum actiones in dominum. Quoniam dum gratiarū
actio ad deum pro eleemosynis atq; orationibus nostris pauperum orati-
one dirigitur, census operantis dei retributione cumulatur. Et dominus in
euangelio iam tunc eiusmodi hominum corda consyderans, & perfidis atq;
Matth. 6. incredulis præscia uoce denuncians contestatur, & dicit: Nolite cogitare di-
centes: quid edemus, aut quid bibemus, aut quid uestiemur? hæc enim na-
tiones quærunt. Scit autem pater uester quia omnium horum indigetis.
Ibidem. Quærite primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur
uobis. Eis omnia apponi dicit & tradi, qui regnum & iustitiam dei quærūt.
Eos enim dominus cum iudicij dies uenerit ad percipiendum regnum dicit
admitti, qui fuerint in ecclesia eius operati. Metuis ne patrimonium tuum
forte deficiat, si operari ex eo largiter cœperis: & nescis miser quia dum ti-
mes ne res familiaris forte deficiat, uita ipsa & salus deficit, & dum ne quid
de rebus

de rebus tuis minuatur attendis,nõ respicis quod ipse minuaris amator magis mammonæ quàm animæ tuæ, ut dum times ne pro te patrimonium tuum perdas,ipse pro patrimonio tuo pereas.Et ideo bene Apostolus clamat & dicit: Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus: habentes autem exhibitionem & tegumentum, his contenti simus. 1.Timo.6.
Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in muscipulas,& in desyderia multa & nociua,quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum: Radix enim omnium malorum cupiditas est,quam quidam ap petentes naufragauerunt à fide,& inseruerunt se doloribus multis. Cupiditas radix malorum.
Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat,si operari ex eo largiter cœperis? quando enim factum est ut iusto possent deesse subsidia,cum scriptum sit: Non occidet fame dominus animam iustam? Helias in solitudine coruis ministrantibus pascitur. & Danieli in lacu ad leonum prædam iussu regis inclu/ so,prandium diuinitus apparatur,& tu metuis ne operanti & deum prementi desit alimentum? quando ipse in euangelio ad exprobrationem eorum,quibus mens dubia est & fides parua contestetur,& dicat: Aspicite uolatilia cœli,quoniam non seminant neq; metunt,neque colligunt in horrea, & pater uester cœlestis alit illa. nónne uos pluris estis illis? Volucres deus pascit,& passeribus alimenta diurna præstãtur, & quibus nullus diuinæ rei sensus est, eis nec potus, nec cibus deest. Tu Christiano,tu dei seruo,tu operibus bonis dedito,tu domino suo charo aliquid putas defuturum? Nisi si putas quia qui CHRISTVM pascit,à CHRISTO ipse non pascitur: aut eis terrena deerunt, quibus cœlestia & diuina tribuuntur: unde hæc incredula cogitatio? & unde impia & sacrilega ista meditatio? quid facit in domo fidei perfidum pectus? quid qui CHRISTO omnino non credit, appellatur & dicitur Christianus? Pharisæi tibi magis congruit nomen. Nam cum dominus in euangelio de eleemosynis disputaret,& ut nobis amicos de terrestribus lucris prouida operatione faceremus, qui nos postmodum in tabernacula æterna susciperent,fideliter & salubriter præmoneret,addidit post hæc scriptura dicens: Audiebant autem hæc omnia Pharisæi qui erant cupidissimi & irridebant. Quales nunc quosdam in ecclesia uidemus,quorum præclusæ aures & corda cæcata nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non oportet, quod contemnant in tractatibus seruum,quando à talibus ipsum dominum uideamus esse contemptum. Quid tibi istis ineptis & stultis cogitationibus plaudis,quasi metu & solicitudine futurorum ab operibus retarderis? quid umbras & præstigias quasdam uanæ excusationis obtendis? Cõfitere immo quæ uera sunt, & quia scientes non potes fallere,secreta & abdita mentis exprome. Obsederunt animum tuum sterilitatis tenebræ, & recedente inde lumine ueritatis carnale pectus alta & profunda auaritiæ caligo cæcauit: pecuniæ tuæ captiuus

Prouer. 10.
3.Reg.17.
Dani. 14.
Matth. 6.
Christianꝰ dici nõ meretur, qui Christo non credit.
Luc. 16.
Ibidem.

Pecuniæ seruus. ptiuus & seruus es: cathenis cupiditatis & uinculis alligatus es, & quem iam soluerat CHRISTVS, denuo uinctus es: seruas pecuniam, quæ te seruata non seruat: patrimonium cumulas, quod te pondere suo onerat, nec memi nisti quid deus responderit diuiti exuberantium fructuum copiam stulta Luc. 12. exultatione iactanti: Stulte, inquit, hac nocte expostulatur anima tua à te: quæ ergo præparasti, cui erunt? quid diuitijs tuis solus incubas? quid in pœ nam tuam patrimonij tui pondus exaggeras, ut quo locupletior seculo fue ris, pauperior deo fias? Reditus tuos diuide cum domino deo tuo: fructus tuos partire cum CHRISTO: fac tibi ex possessionum terrestrium prouen tu CHRISTVM participem, ut & ille te sibi faciat regnorum cœlestium co hæredem. Erras & falleris quisquis te in seculo diuitem credis. Audi in Apo calypsi domini tui uocem, eiusmodi homines iustis obiurgationibus increpantem: Apocal. 3. Dicis, inquit, diues sum, & ditatus sum, & nullius rei egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus es. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum de igne, ut sis diues, & uestiaris uestem albam, & non appareat in te fœditas nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut uideas. Qui ergo locuples ac diues es, eme tibi à CHRISTO aurum igni tum, ut sordibus tuis tanquam igne decoctis, esse aurum mundum possis, si eleemosynis & iusta operatione purgeris. Eme tibi albam uestem, ut qui secundum Adã nudus fueras, & horrebas ante deformis, indumẽto CHRI STI candido uestiaris. Et quæ matrona locuples & diues es, unge oculos tu os non stibio diaboli, sed collyrio CHRISTI, ut peruenire ad uidendum de um possis, dum dominum & operibus bonis & moribus promereris. Cæte rum quæ talis es, nec operari in ecclesia potes. Egentem enim & pauperem non respexerunt oculi tui superfusi nigroris tenebris & nocte cæcati. Locu ples & diues dominicum celebrare te credis, quæ corbanam omnino non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio uenis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis. Intuere in euangelio uiduam præceptorum cœ lestium memorem, inter ipsas pressuras & angustias egestatis operan tem, in gazophylacium duo, quæ sola sibi minuta fuerant, mittentem. Quã cum animaduerteret dominus & uideret, non de patrimonio, sed de ani mo opus eius examinans & consyderans, non quantum, sed ex quanto de Luc. 21. disset, respondit & dixit: Amen dico uobis, quoniam uidua ista plus omni bus misit in dona dei. Omnes enim isti ex eo quod abundabat illis, mise runt in dona dei, hæc autem de inopia sua omnem quemcunque habuit ui ctum, misit. Multum beata mulier & glorioſa, quæ etiam ante diem iudi Diuitum exprobratio. cij meruit iudicis uoce laudari. Pudeat diuites sterilitatis atque infelicitatis suæ: uidua & inops, uidua in opere inuenitur. Cumq; uniuersa quæ dan tur, pupillis & uiduis conferantur, dat illa quam oportebat accipere, ut sci amus quæ pœna diuitem sterilem maneat, cum hoc ipso documento ope rari

rari etiam pauperes debeant. Atq; ut intelligamus hæc omnia deo dari, & cum quisq; hæc facit, deum promereri, CHRISTVS illud dei dona appellat, & in dona dei uiduam duos quadrãtes misisse significat, ut magis ac magis possit esse manifestum, quia qui miseretur pauperis, deo fœnerat. Sed nec illa res fratres charissimi à bonis operibus & iustis refrenet & reuocet Christianum, quod excusari se posse aliquis existimet beneficio filiorum, quando impensis spiritalibus CHRISTVM cogitare, qui accipere se profe/ sus est, debeamus, nec conseruos liberis nostris, sed dominum præferamus, ipso instruẽte & monente: Qui diligit, inquit, patrem aut matrem super me, Matth. 10. non est me dignus: & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus. Item in Deuteronomio ad corroborationem fidei & dilectionem dei paria conscripta sunt: Qui dicũt, inquit, patri aut matri, non noui te, & filios Deuter. 33. suos non cognouerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testamẽtum tuum seruauerunt. Nam si deum toto corde diligimus, nec parentes nec filios deo præferre debemus. Quod & Ioannes in epistola sua ponit, charitatem dei apud eos non esse, quos uidemus operari in pauperes nolle: Qui habuerit, 1. Ioan. 3. inquit, substantiam mundi, & uidit fratrẽ suum desyderantem, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Si em̃ deus eleemosy nis pauperum fœneratur, & cum datur minimis, CHRISTO datur, non est quod quis terrena cœlestibus præferat, nec diuinis humana præponat. Sic uidua illa in tertio Regnorũ libro, cum in siccitate & fame cõsumptis omnibus de modico farinæ & oleo, quod superfuerat, feciſſet subcinericium pa- 3. Reg. 17. nem, quo assumpto, moritura cum liberis esset, superuenit Helias, & petit si bi prius ad edendum dari, tunc quod superfuisset inde illam cum filijs suis ueſci. Nec obtemperare illa dubitauit, aut Heliæ filios mater in fame & egestate præposuit. Fit immo in conspectu dei, quod deo placeat, prompte ac li benter quod petebatur, offertur, nec de abundantia portio, sed de modico totum datur, & esurientibus liberis alter prius pascitur, neq; in penuria & fame cibus anteq; misericordia cogitatur, ut dum in opere salutari carnaliter uita contemnitur, spiritaliter anima reseruetur. Helias itaq; typum CHRI- *Helias typus* STI gerens, & quod illa pro misericordia uicem singulis reddat ostendens, *Christi.* respondit & dixit: Hæc dicit dominus, fidelia farris non deficiet, & capsaces *Ibidem.* olei non minuetur, usq; in diem quo dabit dominus hymbrem super terram. Secundum diuinæ pollicitationis fidem multiplicata sunt uiduæ & cumulata quæ præstitit, & operibus iustis ac misericordiæ meritis augmenta & incrementa sumentibus, farris & olei uasa completa sunt. Nec filijs abstulit mater quod Heliæ dedit, sed magis contulit filijs quod benigne & pie fecit. Et illa nondum CHRISTVM sciebat, nondum præcepta eius audierat, non cruce & passione eius redempta, cibum & potum pro sanguine re/ pendebat, ut ex hoc appareat, quantũ in ecclesia peccet qui se & filios CHRI

STO anteponens diuitias suas seruat, nec patrimonium copiosum cum indigentium paupertate communicat. Sed enim multi sunt in domo liberi, &

Filiorũ numerus liberalitatẽ & eleemosynas minuit.

retardat te numerositas filiorum, quo minus largiter bonis operibus insistas, atq; hoc ipso operari amplius debes, quo multorum pignorum pater es, plures sunt pro quibus deum depreceris. Multorum delicta redimenda sunt, multorum precandæ conscientiæ, multorum animæ redimendæ. Vt in hac uita seculari alendis sustinendisq; pignoribus quo maior est numerus, hoc maior est & sumptus, ita & in uita spiritali atq; cœlesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse & operum debet maior impensa. Sic & Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat, quantusque erat in domo pignorum numerus, tãtus dabatur deo & numerus hostiarum. Et quoniam quotidie deesse non potest, quod peccetur in conspectu dei, sacrificia quotidiana nõ deerant, quibus possent peccata tergeri, probat scriptura diuina dicens: Iob

Iob. 1.

homo uerus & iustus habuit filios septem, & filias tres, & emundabat illos offerẽs pro eis hostias deo secundum numerum illorum, & pro peccatis eorum uitulum unum. Si ergo uere filios tuos diligis, si eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis, operari magis debes ut filios tuos deo iusta operatione commendes. Nec eum liberis tuis cogites patrem, qui & temporarius & infernus est, sed illum pares qui æternus & firmus filiorum spiritalium pater est. Illi assigna facultates tuas, quas hæredibus seruas: ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias seculares diuina ma-

Patrimonium deo credendũ.

iestate protector. Patrimonium deo creditum nec respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. In tuto hæreditas ponitur, quæ deo custode seruatur. Hoc est charis pignoribus in posterum prouidere, hoc est futuris hæredibus paterna pietate cõsulere, secundum fidem scripturæ sanctæ dicentis: Iunior fui, etenim senui, & nunquam uidi iustum

Psal. 36.

derelictum, neq; semen eius egens pane. Tota die miseretur & commodat,

Prouer. 20.

& semen eius in benedictione erit. & iterum: Qui conuersatur sine uitupe-ratione & iustitia, beatos post se filios relinquet. Præuaricator itaq; & proditor pater es, nisi filijs tuis fideliter consulas, nisi conseruandis eis religiosa & uera pietate prospicias. Qui studes terreno magis cõq; cœlesti patrimonio filios tuos diabolo magis cõmendare cõq; CHRISTO, bis delinquis, & geminum crimen admittis, & quod non præparas filijs tuis dei patris auxilium, & quod doces filios patrimonium plus amare cõq; CHRISTVM. Esto potius liberis tuis pater talis, qualis Tobias extitit. Da utilia & salutaria præcepta pignoribus, qualia ille filio dedit: manda filijs tuis, quod & ille filio man-

Tob. 14.

dauit dicens: Et nũc fili mando tibi, serui deo in ueritate, & fac coram illo qđ illi placet, & filijs tuis manda ut faciant iusticiam & eleemosynas, & sint me-

Tob. 4.

mores dei, & benedicant nomen eius omni tempore. & iterũ: Omnibus diebus uitæ tuæ fili dilectissime deum in mẽte habe, & noli præterire præcepta eius

eius. Iustitiam fac omnibus diebus uitæ tuæ, & noli ambulare uiam iniquitatis, quoniam agente te in ueritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: Ita ut nec à te facies dei auertatur. Prout habueris fili, sic fac eleemosynam: si tibi fuerit copiosa substãtia plus ex illa fac: & si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo cõmunica, & ne timueris cum facis eleemosynam, præmium bonum reponis tibi in diẽ necessitatis, quia eleemosyna à morte liberat, & non patitur ire in gehennam. Munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram summo deo. Quale munus est fratres dilectissimi, cuius editio deo spectante celebratur? Si in gentilium munere grande & gloriosum uidetur, procõsules uel imperatores habere præsentes, & apparatus ac sumptus apud munerarios maior est, ut possint placere maioribus: quanto illustrior muneris & maior est gloria, deũ & CHRISTVM spectatorẽ habere? Quanto istic & apparatus uberior, & sumptus largior exhibendus est, ubi ad spectaculum conueniunt cœlorũ uirtutes, conueniunt angeli omnes, ubi munerario non quadriga uel consulatus petitur, sed uita æterna præstatur, nec captatur inanis & tẽporalis fauor uulgi, sed perpetuũ præmiũ regni cœlestis accipitur. Atq; ut pigros & steriles & cupiditate nummaria nihil circa fructum salutis operantes magis pudeat, ut plus cõscientiam sordidam decoris ac turpitudinis suæ rubor cædat, ponat unusquisq; ante oculos suos diabolum cum seruis suis, id est, cum populo proditionis & mortis in medium prosilire, plebem CHRISTI præsente & iudicante ipso comparationis examine prouocare dicentem: Ego pro istis, quos mecum uides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec famili am meam precio passionis & crucis redemi, sed nec regnũ cœleste illis promitto, nec ad paradisum restituta immortalitate denuo reuoco, & munera mihi quàm preciosa, cq; grandia, cq; nimio & longo tempore quæsita sumptuosissimis apparatibus comparãt, rebus suis uel obligatis in muneris apparatione, uel uenditis, ac nisi * editio honesta successerit, conuicijs ac sibilis eijciuntur, & furore populari nonnunc q; penè lapidantur. Tuos tales munerarios CHRISTE demonstra, illos diuites, illos copiosis opibus affluentes, an in ecclesia præsidente & spectante te eiusmodi munus edant, oppignoratis uel distractis rebus suis, immo ad cœlestes thesauros mutata in melius possessione translatis? In istis muneribus hominum caducis atque terrenis nemo pascitur, nemo uestitur, nemo cibi & potus solatio sustinetur, cuncta inter furorem edentis & spectantis errorem, prodiga & stulta uoluptatum frustrantium uanitate depereunt. Illic in pauperibus tuis tu uestiris, & pasceris, tu æternam uitam operantibus polliceris, & uix tui meis pereuntibus adæquantur, qui à te diuinis mercedibus & præmijs cœlestibus honorantur. Quid ad hæc respondemus fratres charissimi? Sa-

Tobiæ præcepta ad filium.

Tob. 12.

Eleemosynæ fructus.

Act. * editor honestus.

Operantibus præmium.

crilega ſterilitate & quadam tenebrarum nocte coopertas diuitum men-
Ociosis supplicium. tes, qua ratione defendimus? qua excuſatione purgamus? qui zabuli ſeruis
minores ſumus, ut CHRISTO pro precio paſſionis & ſanguinis uicem, nec
immodicis rependamus? Præcepta nobis ille dedit: quid facere ſeruos ſuos
oporteret inſtruxit, operantibus præmiũ pollicetur, & ſterilibus ſupplicium
comminatur: ſententiam ſuam protulit, quid iudicaturus ſit, & ante prædi-
xit. Quæ poteſt excuſatio eſſe ceſſanti? quæ defenſio ſterili? niſi quod non
faciente ſeruo quod præcipitur, dominus faciet quod minatur? qui & dicit:
Matth. 25. Cum uenerit filius hominis in gloria ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſe-
debit in throno gloriæ ſuæ, & colligentur ante eum omnes gentes, & ſegre-
gabit eos adinuicẽ quemadmodum paſtor ſegregat oues ab hœdis, & ſta-
tuet oues ad dextram, hœdos autem ad ſiniſtram: tunc dicet rex ijs, qui ad
dexteram ſuam erũt: Venite benedicti patris mei, percipite quod uobis pa
ratum eſt regnum ab origine mundi: Eſuriui enim & dediſtis mihi mandu
care: ſitiui, & dediſtis mihi potum: hoſpes fui, & adduxiſtis me: nudus, &
ueſtiſtis me: infirmus, & uiſitaſtis me: in carcere fui, & ueniſtis ad me. Tunc
Ibidem. reſpondebunt ei iuſti dicentes: Domine quando te uidimus eſurientem, &
pauimus: ſitientem & potauimus: quando te uidimus hoſpitem & adduxi
mus: nudum & ueſtiuimus: quando autem te uidimus infirmum & in car-
cere & uenimus ad te? Tũc reſpõdens rex dicet eis: Amẽ dico uobis, quàm
diu feciſtis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet
ijs qui ad ſiniſtram eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,
quem parauit pater meus diabolo & angelis eius: Eſuriui enim & non de-
diſtis mihi manducare: ſitiui, & non potaſtis me: hoſpes fui, & non addu-
xiſtis me: nudus, & non ueſtiſtis me: infirmus & in carcere, & non uiſita-
ſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes: Domine quando te uidimus
eſuriẽtem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in car-
cere, & non miniſtrauimus tibi? & reſpondebit illis: Amẽ dico uobis, quàm
diu uni ex minimis iſtis non feciſtis, neq; mihi feciſtis: & ibunt iniuſti in am
buſtionem æternã: iuſti autem in uitam æternã. Quid potuit nobis maius
CHRISTVS edicere? quomodo magis potuit iuſticiæ ac miſericordiæ no-
ſtræ operam prouocare, cũ quod præſtari id dixit ſibi quicquid egenti præ-
ſtatur & pauperi, & ſe dixit offendi, niſi egenti præſtet & pauperi, ut qui re-
ſpectu fratris in eccleſia nõ mouetur, uel CHRISTI cõtemplatione moueat,
& qui nõ cogitat in labore & egeſtate conſeruũ uel dominũ, cogitet in ipſo
illo quẽ deſpicit cõſtitutum. Et idcirco fratres chariſſimi quibus metus pro-
nus in deũ eſt, & ſpreto calcatóq; iã mũdo ad ſuperna & diuina animus ere
ctus eſt, fide plena, mente deuota, operatione cõtinua promerẽdo, domino
obſequiũ præbeamus: demus CHRISTO ueſtimẽta terrena, induméta cœ
leſtia recepturi. Demus cibũ & potũ ſeculare, cũ Abraam Iſaac & Iacob ad
conuiuiũ

conuiuiũ cœleſte uenturi,ne parũ metamus,plurimũ ſeminemus.Securitati ac ſaluti æternæ (dum tempus eſt)conſulamus,Paulo apoſtolo admonẽte & dicente:Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes,maxime autem ad domeſticos fidei.Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus. Cogitemus fratres chariſſimi quid ſub apoſtolis fecerit credentium populus, quando intra ipſa primordia maioribus uirtutibus mens uigebat,quando credentium fides nouo adhuc fidei calore feruebat,domicilia tunc & prædia uenundabant, & diſpenſandam pauperibus facultatem libenter ac largiter apoſtolis offerebant, terreno patrimonio uendito atque diſtracto,fundos illuc tranſferentes,ubi fructus caperent poſſeſſionis æternæ:Illic comparantes domos, ubi inciperẽt ſemper habitare. Talis tunc fuit in operibus cumulus, qualis in dilectione conſenſus, ſicut legimus in Actibus apoſtolorum: Turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant, nec fuit inter illos diſcrimen ullum, nec quicquam ſuum iudicabant ex bonis quæ eis erant, ſed fuerunt illis omnia communia.Hoc eſt natiuitate ſpiritali uere dei filios fieri,hoc eſt lege cœleſti æquitatem dei patris imitari.Quodcunq; enim dei eſt,in noſtra uſurpatione commune eſt, nec quiſquam à beneficijs eius ac muneribus arcetur, quo minus omne humanum genus bonitate ac largitate diuina æqualiter perfruatur:ſic æqualiter dies illuminat,ſol radiat, hymber rigat,uentus aſpirat,& dormientibus ſomnus unus eſt,ſtellarum ſplendor ac lunæ communis eſt.Quo æqualitatis exemplo, qui poſſeſſor in terris reditus ac fructus ſuos cum fraternitate partitur,dum largitionibus gratuitis communis ac iuſtus eſt,dei patris imitator eſt.Quæ illa erit fratres chariſſimi operantiũ gloria,quàm grandis & ſumma lætitia, cum populum ſuum dominus cœperit recenſere, & meritis atq; operibus noſtris præmia promiſſa retribuere, pro terrenis cœleſtia,pro temporalibus ſempiterna,pro modicis magna præſtare,offerre nos patri, cui nos ſua ſanctificatione reſtituit, æternitatem nobis immortalitatemq; largiri,ad quam nos ſanguinis ſui uiuificatione reparauit,reduces ad paradiſũ denuo facere,regna cœlorũ fide & ueritate ſuæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter ſenſibus noſtris: hæc intelligantur plena fide:hæc corde toto diligantur: hæc indefinentium operum magnanimitate redimantur.Prædara & diuina res fratres chariſſimi,ſalutaris operatio, ſolatium grande credentium, ſecuritatis noſtræ ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati, & res poſita in poteſtate facientis, res grandis & facilis, ſine periculo perſecutionis corona pacis: Verum dei munus & maximum, infirmis neceſſarium, fortibus glorioſum,quo Chriſtianus adiutus præ ſe effert gratiam ſpiritalem, promeretur CHRISTVM iudicem,deum computat debitorem.Ad hanc operum ſalutarium palmam libẽter ac prompte certemus, omnes in agone iuſticiæ deo & Chriſto

Saluti conſulendum. Galat.6.

Actuũ.4

Apoſtolis omnia communia.

Exhortatio.

& CHRISTO ſpectante curramus, & qui ſæculo ac mũdo maiores eſſe iam cœpimus, curſum noſtrũ nulla ſeculi ac mundi cupiditate tardemus. Si expeditos, ſi celeres, ſi in hoc operis agone currentes, dies nos uel reditionis, uel perſecutionis inuenerit, nuſq; dominus meritis noſtris ad præmium deerit. In pace coronam uincentibus candidam pro operibus dabit, in perſecutione purpuream pro paſſione geminabit. Amen.

ARGVMENTVM SERMONIS SEQVENTIS.

Sermo eiuſdem ſecundus de zelo & liuore, in quo latentes inimici inſidias detegens, unde zelus & quãdo & quomodo cœperit oſtendit, & multiplicem eius pernitiem demonſtrat.

SERMO SECVNDVS DE ZELO ET LIVORE.

ZElare quod bonum uideas, & inuidere melioribus, leue & modicum apud quoſdam crimẽ uidetur fratres chariſſimi, dumq; exiſtimatur leue eſſe & modicum, nõ timetur: dum non timetur, contemnitur: dum contemnitur, non facile uitatur: & fit cæca & occulta pernicies, quæ dum minus perſpicitur, ut caueri à prouidentibus poſſit, improuidas mentes latenter affligit. Porrò autem dominus prudentes eſſe nos iuſſit, & cauta ſollicitudine uigilare præcepit, ne aduerſarius uigilans ſemper, & ſemper inſidians, quando in pectus obrepat, de ſcintillis conflet incẽdia, de paruis maxima exaggeret, & dum remiſſis & incautis leniore aura & flatu molliore blanditur, procellis ac turbinibus excitatis ruinas fidei & ſalutis ac uitæ naufragia moliatur. Excubandum eſt itaq; fratres dilectiſſimi, atq; omnibus uiribus elaborandum, ut inimico ſæuienti, & iacula ſua in omnes corporis partes, quibus percuti & uulnerari poſſumus, dirigenti, ſolicita & plena uigilantia repugnemus, ſecundum quod Petrus quoque apoſtolus in epiſtola ſua

1. Petri. 5. præmonet & docet dicens: Sobrij eſtote & uigilate, quia aduerſarius ueſter zabulus tanquam leo rugiens & aliquid deuorare quærens, circuit. Circuit ille nos ſingulos, & tanquam hoſtis clauſos obſidens muros explorat, & tentat an ſit aliqua pars membrorum minus ſtabilis & minus fida, cuius

Diaboli nerſutia. aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices & faciles uoluptates, ut uiſu deſtruat caſtitatem. Aures per canoram muſicam tentat, ut ſonus dulciori auditu ſoluat & molliat Chriſtiani uigorem. Linguam ad conuicium prouocat, manus iniurijs laceſſentibus ad petulantiam cædis inſtigat, ut fraudatorem faciat: lucra opponit iniuſta, ut animam pecunia capiat: ingerit pernicioſa compendia: honores terrenos promittit, ut cœleſtes adimat: oſtendit falſa, ut uera ſubripiat. Et cum latenter non poteſt fallere exerte atque aperte minatur, terrorem turbidæ perſecutionis intentans, ad debellandos dei ſeruos inquietus ſemper, & ſemper infeſtus.

In pace

In pace ſubdolus, in perſecutione uiolentus. Quamobrem fratres dilectiſſimi contra omnes diaboli uel fallaces inſidias, uel apertas minas ſtare debet inſtructus animus & armatus, tam paratus ſemper ad repugnādum, quàm eſt ad impugnandum ſemper paratus inimicus. Et quoniam frequentiora ſunt tela eius, quæ latenter obrepunt, magis quæ occulta & clandeſtina iaculatio, quo minus perſpicitur, hoc grauius & crebrius in uulnera noſtra graſſatur. Ad hæc quoque intelligenda & depellenda uigilemus, ex quibus eſt zeli & liuoris malum. Quod ſi quis penitus inſpiciat, inueniet nihil magis Chriſtiano cauendum, nihil cautius prouidendum, quàm ne quis inuidia & liuore capiatur: ne quis fallētis inimici cæcis laqueis implicatus, dum zelo frater in fratris odia conuertitur, gladio ſuo neſcius ipſe perimatur, quod ut colligere plenius & manifeſtius perſpicere poſſimus, ad caput eius atque originem recurramus. Videamus ergo unde zelus & quando & quomodo cœperit. Facilius enim malū tā pernicioſum à nobis uitabitur, ſi eiuſ dē mali origo & magnitudo noſcatur. Hinc diabolus inter initia ſtatim mūdi & perijt primus & perdidit. Ille angelica maieſtate ſubnixus, ille deo acceptus & charus, poſtquam hominem ad imaginem dei factum conſpexit, in zelum maliuolo liuore prorupit, non prius alterum deijciens inſtinctu zeli, quàm ipſe zelo ante deiectus, captiuus antequam capiens, perditus antēq; perdens, dum ſtimulāte liuore homini gratiam datæ immortalitatis eripit, ipſe quoq; id quod prius fuerat, amiſit. Quale malum eſt fratres chariſſimi, quo angelus cecidit, quo circunueniri & ſubuerti alta illa & præclara ſublimitas potuit, quo deceptus eſt qui decipit? Exinde inuidia graſſat in terris, dū liuore * paritur, magiſtro perditionis obſequitur, dum zabulum qui zelat, imitatur. Sicut ſcriptum eſt: Inuidia autem zabuli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum qui ſunt ex parte eius. Hinc deniq; nouæ fraternitatis prima odia, hinc parricidia nefanda cœperunt, dum Abel iuſtum Chaim zelat iniuſtus, dum bonum malus inuidia & liuore perſequitur. Tā tum ualuit ad conſummationem facinoris æmulationis furor, ut ne charitas fratris, nec ſceleris immanitas, nec timor dei, nec pœna delicti cogitaretur. Iniuſte oppreſſus eſt, qui iuſticiam primus oſtenderat: odia perpeſſus eſt, qui odiſſe non nouerat: occiſus eſt impie, qui moriens non repugnabat. Et quod Eſau fratri ſuo Iacob inimicus extitit, zelus fuit. Nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odiū perſecutionis facibus liuoris exarſit. Et quod Ioſeph fratres ſui uendiderunt, cauſa uendendi de æmulatione deſcendit, poſtquam id quod ſibi in uiſionibus proſperum fuerat oſtēſum, ſimpliciter ut fratribus frater expoſuit, in inuidiam maliuolus animus erupit. Saul quoq; rex ut Dauid odiſſet, ut perſecutionibus ſæpe repetitis innocentem, miſericordem, mitem, lenitate patientem necare cuperet, quid aliud q̄ zeli ſtimulus prouocauit? quia Goliad interfecto & opere ac dignatione diuina

Inuidia nitranda.

Inuidiæ origo

*Aps. *peritur*

Sapien. 2.

Gene. 4.

Gene. 27.

Gene. 37.

1 Reg. 18.

Ibidem. 17.

diuina tanto hoſte deleto populus admirans in laudes Dauid prædicatio/
nis ſuffragio proſiliſt,Saul ſimultatis atq; inſectationis furias de liuore con
cepit.Et ne longum faciã ſingulos recenſendo,pereuntis ſimul populi atten
damus interitum.Iudæi nónne inde perierunt,dum CHRISTO malunt in/
Mar.15. uidere quàm credere? Obtrectãtes magnalibus,quæ ille faciebat, zelo excæ
cante decepti ſunt,nec ad diuina noſcenda cordis oculos aperire potuerunt.
Quæ nos conſyderantes fratres chariſſimi,contra tãtam mali perniciem ui/
gilanter & fortiter dicata deo & uegetata pectora noſtra muniamus.Alio/
rum mors proficiat ad noſtram ſalutem, imprudentium pœna prouiden/
tibus conferat ſanitatẽ. Nõ eſt autem quod aliquis exiſtimet malum iſtud
una ſpecie contineri,aut breuibus terminis & anguſto fine cõcludi.Late pa
Inuidia radix omniũ malorũ tet zeli multiplex & fœcunda pernicies: radix eſt omnium malorũ, & fons
dadium,ſeminarium delictorum,materia culparum.Inde odium ſurgit,ani
moſitas inde procedit,auaritiam zelus inflammat, dum quis nõ poteſt ſuo
eſſe contentus uidẽs alterum ditiorem.Ambitionem zelus excitat, dum cer
nit quis alium in honoribus altiorem, zelo excæcante ſenſus noſtros, ac in
ditionem ſuam mentis arcana redigente,dei timor ſpernitur, magiſterium
CHRISTI negligitur, iudicij dies non prouidetur.Inflat ſuperbia, exacer/
bat ſæuitia,perfidia præuaricatur, impatientia concutit, furit diſcordia, ira
ferueſcit.Nec ſe poteſt iam cohibere,nec regere qui factus eſt poteſtatis ali/
enæ.Hinc dominicæ uinculum pacis rumpitur,hinc charitas fraterna uiola/
tur,hinc adulteratur ueritas,unitas ſcinditur,ad hæreſes atq; ſchiſmata proſi
litur, dum obtrectatur ſacerdotibus,dum epiſcopis inuidetur, dũ quis aut
queritur non ſe potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre præpoſi/
tum.Hinc recalcitrat,hinc rebellat de zelo ſuperbus,de æmulatione peruer/
ſus,animoſitate & liuore non hominis, ſed honoris inimicus. Qualis uero
eſt animi tinea,aut quæ cogitationum tabes pectoris quanta rubigo,zela/
re in altero uel uirtutem eius,uel felicitatẽ,id eſt,odiſſe in eo uel merita pro/
pria,uel beneficia diuina,in malum proprium bona aliena conuertere, illu/
ſtrium proſperitate torqueri,aliorum gloriam facere ſuam pœnam,& uelut
quoſdam pectori ſuo admouere carnifices, cogitationibus & ſenſibus ſuis
adhibere tortores,qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerẽt,qui cordis ſecreta ma/
liuolentiæ ungulis pulſent,non cibus talibus lætus,non potus poteſt eſſe iu
cundus,ſuſpiratur ſemper & gemitur,& doletur. Dumq; ab inuidis nunq;
liuor exponitur,diebus ac noctibus pectus obſeſſum ſine intermiſſione la/
niatur.Mala cætera habent terminum,& quodcunq; delinquitur,delicti cõ
ſummatione finitur: in adultero ceſſat facinus perpetrato ſtupro: in latro/
ne conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, & prædoni rapacitatẽ ſtatuit poſ/
Inuidia ſine termino. ſeſſa præda, & falſario modum imponit impleta fallacia, zelus terminum
non habet,permanens iugiter malum,& ſine fine peccatum eſt. Quantoq;
ille cui

ille cui inuidetur ſucceſſu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardeſcit. Hinc uultus minax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labijs tremor, ſtridor in dentibus, uerba rabida, effrenata conuicia, manus ad cædis uiolentiã promptæ, etiam ſi gladio interim uacuæ, odio tamẽ furioſæ mẽtis armatæ. Et idcirco ſpiritus ſanctus dicit in pſalmis: Nolite zelare bene ambulantem in uia ſua. Et iterum: Obſeruabit peccator iuſtum & ſtridebit ad eum dentibus ſuis. Deus autem irridebit eum, quoniam prouidet quia ueniet dies eius. Hos beatus Paulus apoſtolus deſignat & denotat dicens: Venenum aſpidum ſub labijs eorum, & os eorum maledictione & amaritudine plenum eſt. Veloces ad effundendum ſanguinem pedes eorum, contritio & calamitas eorum in uijs eorum, qui uiam pacis non cognouerunt, nec eſt timor dei ante oculos eorum. Multo malum leuius & periculum minus eſt, cum membra gladio uulnerãtur. Facilior cura eſt ubi plaga perſpicua, & cito ad ſanitatem medela ſubueniente perducitur uulnus quod uidetur: zeli uulnera obſtruſa ſunt & occulta, nec remedium cura medentis admittunt qui ſe intra conſcientiæ latebras cæco dolore clauſerunt. Quicunq; es inuidus & malignus uideris cp̃ ſis eis quos odiſti, inſidioſus, pernicioſus, infeſtus, nullius magis cp̃ tuæ ſalutis inimicus es. Quiſq; ille eſt quem zelo perſequeris, ſubterfugere & uitare te poterit, tu te fugere non potes, ubicunq; fugeris aduerſarius tuus tecum eſt, hoſtis ſemper in pectore tuo eſt, pernicies intus incluſa eſt, ineluctabili cathenarũ nexu ligatus & uinctus es, zelo dominante captiuus es, nec ſolatia tibi ulla ſubueniunt. Perſeuerans malum eſt, hominẽ perſequi ad dei gratiam pertinentem, calamitas ſine remedio eſt, odiſſe felicem. Et idcirco fratres dilectiſſimi huic periculo conſulens dominus, ne quis zelo fratris in laqueum zabuli incurreret, cum eum diſcipuli interrogaſſent quis inter illos maior eſſet: Qui fuerit, inquit, minimus in omnibus uobis, hic erit magnus. amputauit omnem æmulationem reſponſo ſuo, omnem cauſam & materiam mordacis inuidiæ eruit & abſcidit. Diſcipulo CHRISTI zelare non licet, nõ licet inuidere. Exaltationis apud nos non poteſt eſſe cõtentio, de humilitate ad ſumma creſcimus, didicimus unde placeamus: denicq; & Apoſtolus inſtruens & docens, ut qui illuminati CHRISTI lumine tenebras nocturnæ conuerſationis euaſimus, in factis atq; operibus luminis ambulemus, ſcribit & dicit: Nox tranſiuit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tancp̃ in die decenter ambulemus: Nõ in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cõcupiſcentijs & impudicitijs, nõ in certaminibus & zelo. Si receſſerunt de pectore tuo tenebræ, ſi nox inde diſcuſſa eſt, ſi caligo deterſa eſt, ſi illuminauit ſenſus tuos ſplendor diei, ſi homo lucis eſſe cœpiſti, quæ ſũt CHRISTI ſequere, quia lux & dies CHRISTVS eſt. Quid in zeli tenebras ruis? quid te nubilo liuoris inuoluis? quid

Pſal. 36.

Roma. 3.

Pſal. 13. & 139

Inuidiæ uulnus occultum.

Romã. 13.

inuidiæ cæcitate omne pacis & charitatis lumen extinguis? quid ad zabu-
lon,cui renunciaueras,iterum redis? quid Chaim similis existis? Homicidij
nanq; facinore constringi eum quisquis zelauerit & odio fratrem suum ha-
1.Io.3. buerit, declarat Ioannes apostolus in epistola sua dicens: Qui fratrem
suum odit, homicida est, & scitis quia omnis homicida non habet ui-
tam in se manentem. & iterum: Qui dicit se esse in luce, & fratrem su-
um odit, in tenebris est usque adhuc, & in tenebris ambulat,& non scit
1.Io.2. quò eat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius: Qui odit, in-
quit,fratrem suum,in tenebris ambulat,& non scit quò eat,uadit enim ne-
scius in gehennam,ignarus & cæcus præcipitatur in pœnam, recedens scili-
Io.8. cet à CHRISTI lumine monentis & dicentis: Ego sum lux mundi, qui me
secutus fuerit non ambulabit in tenebris,sed habebit lumen uitæ. Sequitur
autem CHRISTVM qui præceptis eius insistit, qui per magisterij eius uiã
graditur,qui uestigia eius atq; itinera sectatur,qui quod CHRISTVS &
fecit & docuit,imitatur,secundum quod Petrus quoq; hortatur & monet
1.Pe.2. dicens:CHRISTVS passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum ut
sequamur uestigia eius.Meminisse debemus quo uocabulo CHRISTVS
plebem suam appellet,quo titulo gregem suũ nuncupet, oues nominat ut
Io.10.&.21. innocentia Christiana ouibus æquetur: agnos uocat, ut agnorum naturã
Matth.7. simplicem simplicitas mentis imitetur.Quid sub uestitu ouium lupus lati-
tat,quid gregem CHRISTI,qui Christianum se mentitur,infamat? CHRI
STI nomen induere,& nõ per CHRISTI uiam pergere,quid aliud q̃ præ-
Matth.19. uaricatio est diuini nominis,quàm desertio itineris salutaris, cum & ipse do
ceat & dicat eum ad uitam uenire qui mandatum seruauerit,& eum esse sa
pientem qui uerba eius audierit & fecerit? doctorem quoq; eum maximũ
Ibidem. 5. in regno cœlorum uocari,qui fecerit & sic docuerit,tunc prædicanti profutu
rum,quod bene atq; utiliter prædicatum fuerit,si id quod ore promitur fa-
ctis sequentibus impleatur? Quid uero insinuauit crebrius discipulis suis
Io.13.&.15. dominus,quid inter salutaria monita & præcepta cœlestia custodienda ser
uandáq; magis mandauit,quàm ut eadem dilectione qua discipulos ipse
dilexit,nos quoq; inuicem diligamus? Quomodo autem uel pacem domi
ni,uel charitatem tenet,qui intercedente zelo nec pacificus potest esse, nec
charus? Ideo & apostolus Paulus cum pacis & charitatis merita deprome-
ret,cumq; asseueraret firmiter & doceret,nec fidẽ sibi,nec eleemosynas, nec
passionem quoq; ipsam confessionis & martyrij profuturam, nisi charita-
1.Corin.13. tis fœdera integra atq; inuiolata seruasset,adiecit & dixit: Charitas magna
nima est,charitas benigna,charitas non zelat. docens scilicet & ostendens
eum posse charitatem tenere,quisquis magnanimus & benignus, & à zelo
& liuore alienus est.Item alio loco cum moneret,ut homo iam sancto spiri
tu plenus natiuitate cœlesti dei filius factus non nisi spiritalia & diuina se-
ctetur,po

ctetur,ponit & dicit:Et ego quidem fratres non potui uobis loqui quasi spi 1. Corin.3.
ritalibus, sed quasi carnalibus, quasi infantibus in CHRISTO. Lac
uobis potum dedi non cibum,nondum enim poteratis,sed neq; adhuc po
testis,adhuc enim estis carnales,ubi enim in uobis zelus & contentio, & dis
sensiones sunt,nõne carnales estis,& secundum hominem ambulatis? Ob
terenda sunt fratres charissimi uitia & peccata carnalia, & terreni corporis
infesta labes spiritali uigore calcanda,ne dum iterum ad ueteris hominis
conuersationem reuoluimur,lethalibus laqueis implicemur. Apostolo hoc
idem prouidenter & salubriter præmonente. Itaq;,inquit,fratres,non secun 2. Corin.10.
dum carnem uiuamus.Si enim secundum carnem uixeritis,mori incipietis.
Si autem spiritu opera carnis mortificaueritis,uiuetis,quoquot enim spiri-
tu dei agũtur, hi sunt filij dei. Si filij dei sumus,si templa eius esse iam cœpi
mus,si accepto spiritu sancto sancte & spiritaliter uiuimus, si de terris ocu-
los ad cœlum sustulimus,si ad superna & diuina plenũ deo & CHRISTO
pectus ereximus,non nisi quæ sunt deo & CHRISTO digna faciamus,sicut
& Apostolus ponit & dicit: Si consurrexistis, inquit, cum CHRISTO,quæ Colloss.3.
sursum sunt quærite,ubi CHRISTVS est in dextera dei sedẽs: quæ sursum
sunt sapite,non quæ super terram.Mortui enim estis,& uita uestra absco-
dita est cũ CHRISTO in deo:cum autem CHRISTVS apparuerit uita ue-
stra,tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.Qui ergo in baptismo secũ-
dum hominis antiqui peccata carnalia & mortui & sepulti sumus, qui rege
neratione cœlesti CHRISTO consurreximus,quæ sunt CHRISTI & co-
gitemus pariter & geramus,sicut idem apostolus docet rursus & monet di-
cens:Primus homo de terræ limo,secundus homo de cœlo,qualis ille de li- 1. Corin.15.
mo,tales & q de limo, & qualis cœlestis,tales & cœlestes.Quõ portauimus
imaginẽ eius q de limo est, portemus & imaginẽ eius qui de cœlo est.Ima-
ginẽ aũt cœlestẽ portare nõ possumus,nisi in eo q̊d esse iã cœpimus,CHRI
STI similitudinẽ præbeamus,hoc est em̃ mutasse q̊d fueras,& cœpisse esse
quod non eras,ut nobis diuina natiuitas luceat,ut ad deum patrem deifica
disciplina respõdeat, ut honore & laude uiuendi deus in homine darescat,
ipso hortante & monente & eis qui se clarificant, uicem mutuam pollicen-
te:Eos,inquit,qui clarificant me,clarificabo,& qui spernit me, spernam. Ad Io.12.
quam clarificationem formans nos & præparans dominus & filius dei si-
militudinem dei patris insinuans in euangelio suo dicit.audistis quia dictũ
est:Diliges proximum tibi,& odio habebis inimicum tibi:Ego autem dico Leui. 19.
uobis,diligite inimicos uestros,& orate pro eis,qui uos persequuntur, ut si- Matth.5.
tis filij patris uestri,qui in cœlis est,qui solem suum oriri facit super bonos
& malos,& pluit super iustos & iniustos. Si hominibus lætum est & glorio
sum filios habere consimiles,& tunc magis generasse delectat,si ad patrem
liniamentis paribus soboles subsiua respondeat,quanto maior in deo pa

tre lætitia est,cum quis sic spiritaliter nascitur,ut actibus eius & laudibus di-
uina generositas prædicetur? Quæ iustitiæ palma est,quæ corona,esse te ta
lem,de quo deus nō dicat: Filios generaui & exaltaui,ipsi autem spreuerūt
Matth.25. me,collaudet te potius CHRISTVS & inuitet ad præmium dicens: Venite
benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratū est ab origine
mundi.His meditationibus corroborandus est animus fratres dilectissi-
mi. Eiusmodi exercitationibus contra omnia diaboli iacula firmandus.
Sit in manibus diuina lectio,in sensibus dominica cogitatio. Oratio iugis
omnino non cesset.Salutaris operatio pseueret.Spiritalibus semp actibus
occupemur,ut quotiēscunq; inimicus accesserit.quotiēs adire tentauerit,&
Coronæ Chri clausum aduersus se pectus inueniat & armatum. Nō enim Christiani ho-
stianorū uariæ minis corona una est,quæ tēpore persecutionis accipitur. Habet & pax co-
ronas suas,quibus de uaria & multiplici congressione uictores prostrato &
subacto aduersario coronamur. Libidinem subegisse, continentiæ palma
est. Contra iram,contra iniuriam repugnasse,corona patientiæ est. De aua
ritia triumphus est,pecuniam spernere. Laus est fidei,fiducia futurorū mun
di aduersa tolerare. Et qui superbus in prosperis non est, gloriam de humi-
litate consequitur. Et qui ad pauperum fouendorum misericordiam pro-
nus est,retributionem thesauri cœlestis adipiscitur. Et qui zelare non nouit,
quiq; unanimis & mitis fratres suos diligit, dilectionis & pacis præmio ho-
noratur. In hoc uirtutum stadio quotidie currimus, ad has iustitiæ palmas
& coronas sine intermissione temporis peruenimus:ad quas ut tu perueni-
re etiam possis,qui fueras zelo & liuore possessus, omnem illam maliciam,
qua prius tenebaris,abijce,ad uiam uitæ æternæ uestigijs salutaribus refor-
mare. Euelle de pectore tuo spinas & tribulos,ut te dominicum semen ferti
li fruge locupletet, ut diuina & spiritalis seges in copiā fœcūdæ messis exu-
beret. Venena fellis euome, discordiarum uirus exclude, purgetur mens
quam serpentinus liuor infecerat. Amaritudo omnis quæ intus infederat,
CHRISTI dulcedine leniatur. Si de sacramento crucis & cibum sumis & po
tum,lignū quod apud Mara profecit in imagine,ad saporis dulcedinem ti-
bi in ueritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem: Nec ad medelam
prosperādæ ualitudinis labores,unde uulneratus fueras,inde curare. Ama
eos quos ante oderas,dilige illos quibus iniustis obtrectationibus inuide-
bas. Bonos imitare,si potes,si sectari non potes,collætare certe & gratulare
melioribus,fac te illis adunata dilectione participem,fac te consortio chari-
tatis & fraternitatis uinculo cohæredem. Dimittentur tibi debita, quando
tu ipse dimiseris. Accipientur sacrificia tua,cum pacificus ad deum ueneris.
Sensus atq; actus tui diuinitus dirigentur, quando ea quæ diuina & iusta
Prouerb.16. sunt cogitaueris,sicut scriptum est:Cor uiri cogitat iusta,& à deo dirigentur
Gen.4. gressus eius. Habes autē multa quæ cogites. paradisum cogita,quò Chaim
non redit,

nō redit, qui zelo fratrem ſuum peremit. Cogita cœleſte regnum, ad quod non niſi concordes atq; unanimes dominus admittit. Cogita quod filij dei hi ſoli poſſint uocari, qui ſint pacifici, qui natiuitate cœleſti & lege diuina ad ſimilitudinem dei patris & CHRISTI reſpondent adunati. Cogita ſub oculis nos dei ſtare, ſpectante ac iudicāte ipſo cōuerſationis ac uitæ noſtræ curricula decurrere, peruenire nos tunc demum poſſe, ut eum uidere contingat, ſi ipſum nunc uidentem delectemus actibus noſtris, ſi nos dignos gratia eius & indulgentia præbeamus, ſi placituri ſemper in regno, in hoc mundo ante placeamus.

ARGVMENTVM TRACTATVS SEQVENTIS.

Sermo tertius eiuſdem diui Cypriani de bono patientiæ, in quo à CHRISTO incipiēs & per ſanctorum exempla diſcurrens, docet quàm ſit utilis patientia & neceſſaria uniuerſis, & maxime Chriſtianis, qui diabolo impugnāte plus quatiuntur.

SERMO TERTIVS DE BONO PATIENTIAE.

DE patientia locuturus fratres dilectiſſimi, & utilitates eius & commoda prædicaturus, unde potius incipiam, quàm quod nūc quoq; ad audientiā ueſtrā patientiā uideo eſſe neceſſariam, ut nec hoc ipſum quod auditis & diſcitis, ſine patientia facere poſſitis. Tunc enim demum ſermo & ratio ſalutaris efficaciter diſcitur, ſi patienter quod dicitur audiatur. Nec inuenio fratres dilectiſſimi inter cæteras cœleſtis diſciplinæ uias, quibus ad conſequenda diuinitus præmia ſpei ac fidei noſtræ ſecta dirigitur, quid magis ſit uel utilius ad uitam, uel maius ad gloriam, quàm ut (qui præceptis dominicis obſequio timoris ac deuotionis innitimur) patientiam maxime tota obſeruatione tueamur: hanc ſe ſectari philoſophi quoq; profitentur, ſed tam illic patientia falſa eſt, quàm & ſapientia falſa eſt. Vnde enim uel ſapiens eſſe uel patiens poſſit, qui nec ſapientiam, nec patientiam dei nouit, quando de ijs qui ſibi ſapere in mundo uidentur, ipſe moneat & dicat: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reproba bo: Item beatus apoſtolus Paulus plenus ſpiritu ſancto, & uocandis, formandiſq; gentibus miſſus, conteſtetur & inſtruat dicens: Videte ne quis uos deprædetur per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundū CHRISTVM, quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Et alio loco: Nemo ſe, inquit, decipiat: Si quis putat ſapientem ſe eſſe in uobis, mundo huic ſtultus fiat ut ſit ſapiens. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum: Scriptum eſt enim: Reprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Cognouit dominus cogitationes ſapientium quia ſtultæ ſunt. Quare ſi ſapien

Eſaiæ. 29.
1. Corin. 1. Coloſſ. 2.
1. Corin. 3.
Iob. 5.
Pſal. 93.

Philosophi deo displicẽtes

tia illic uera non est, esse non potest nec & uera patientia. Nam si patiens ille est qui humilis & mitis est, philosophos autem nec humiles uidemus esse nec mites sed sibi multum placentes, & hoc ipso quod sibi placeant deo displicẽtes. Apparet non esse illic ueram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris inuerecunda iactantia. Nos autem fratres charissimi qui philosophi non uerbis sed factis sumus, nec uestitu sapientiã sed ueritate præferimus, qui uirtutũ magis conscientiã quàm iactantiam nouimus, qui non loquimur magna sed uiuimus quasi serui & cultores dei. Patientiam quam magisteriis cœlestibus discimus, obsequiis spiritalibus præbeamus. Est enim nobis cum deo uirtus ista communis: Inde patientia incipit: inde claritas eius & dignitas caput sumit. Ori

Patientiæ origo a deo.

go & magnitudo patientiæ deo autore procedit. Diligẽda res homini quæ deo chara est. Bonum quod amat diuina maiestas commendat. Si dominus nobis & deus pater est, sectemur patientiam dei pariter & patris, quia & seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres. Qualis uero in deo & quanta patientia, quod in contumeliam suæ maiestatis & honoris institutа ab hominibus profana templa, & terrena figmenta, & sa-

Bonis ac malis sol exoriẽ.

cra sacrilega patientissime sustinens, super bonos & malos æqualiter facit diem nasci & lumen solis oboriri, & cum hymbribus terram rigat, nemo à beneficiis eius excluditur, quo minus iustis similiter & iniustis indiscretas pluuias largiatur. Videmus inseparabili æqualitate patientiæ nocentibus & innoxiis, religiosis & impiis, gratias agentibus & ingratis dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare uentos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus mitescere uinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere. Et cũ crebris imò cõtinuis exacerbetur offensis deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis

Vindictã differt deus.

diem patienter expectat. Cumq; habeat in potestate uindictam, mauult diu tenere patientiam, sustinens scilicet clementer & differens, ut si fieri potest multum malicia protracta aliquando mutetur, & homo in errorum & scelerum contagione uolutatus uel sero ad dominum cõuertatur, ipso mo-

Ezech. 18.

nente & dicente: Nolo mortem moriẽtis, quantum ut reuertatur & uiuat. &

Malach. 3. Iobel. 2.

iterum: Reuertimini ad me, dicit dominus. & iterum: Reuertimini ad dominum deum uestrum, quoniam misericors & pius est, & patiens & multæ miserationis, & qui sententiam flectat aduersus malicias irrogatas. Quod itẽ apostolus Paulus commemorans, & peccatorem ad pœnitentiam reuocãs

Roma. 2.

proponit & dicit: Aut nunquid opulentiam bonitatis eius & sustentionis & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam patientia & bonitas dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secũdum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Iustum iudiciũ dei dixit esse, quia

serum

ſerum eſt,quia diu multumq; differtur,ut homini ad uitam longa dei patientia conſulatur. Tunc repræſentatur pœna impio & peccatori, quando iam non poteſt pœnitentia prodeſſe peccanti. Atq; ut plenius intelligere poſſimus fratres dilectiſſimi,quia patientia dei res eſt,& qſquis lenis & patiens & mitis eſt,dei patris imitator eſt,cum in euangelio ſuo dominus præcepta in ſalutem daret,& diuina monita depromens ad perfectum diſcipulos erudiret,poſuit & dixit: Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos ueſtros,& orate pro eis qui uos perſequũtur,ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt,qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt,quam mercedem habebitis? nõne hoc & publicani faciũt? Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tãtum,quid amplius facietis? nõne ethnici idipſum faciunt? Eſtote itaq; uos perfecti,ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Sic perfectos dixit fieri dei filios,ſic conſummari oſtendit & docuit cœleſti natiuitate reparatos, ſi patientia dei patris maneat in nobis, ſi ſimilitudo diuina,quã peccato Adam perdiderat,manifeſtetur & luceat in actibus noſtris. Quæ gloria eſt ſimilem deo fieri, qualis & quanta felicitas habere in uirtutibus, quod diuinis laudibus poſſit æquari. Nec hoc fratres dilectiſſimi IESVS CHRISTVS & dominus deus noſter tantum uerbis docuit,ſed adimpleuit & factis. Et quia ad hoc deſcendiſſe ſe dixerat,ut uoluntatem patris faceret, inter cætera admirabilia ſuarum uirtutum,quibus inditia diuinæ maieſtatis expreſſit,paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore ſeruauit,omnes deniq; actus eius ab ipſo ſtatim aduentu patientia comite ſignantur,quod primũ de illa ſublimitate cœleſti,ad terrena deſcendens,non aſpernatur dei filius carnem hominis induere,ut cum peccator ipſe non eſſet,aliena peccata portaret. Immortalitate interim poſita fieri ſe & mortalẽ patitur,ut innocẽs p̃ nocentiũ ſalute perimatur. Dominus baptizat à ſeruo, & remiſſam peccatorum daturus,ipſe non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere, diebus quadraginta ieiunat, per quem cæteri ſaginantur: eſurit & famem ſentit,ut qui in fame ſermonis & gratiæ fuerant, cœleſti pane ſaturarentur. Cum diabolo tentante congreditur,& inimicum tãtum uiciſſe contentus, nil ultra uerba conatur. Diſcipulis non ut ſeruis dominica poteſtate præfuit, ſed benignus & mitis fraterna eos charitate dilexit. Dignatus eſt etiã pedes apoſtolorũ lauare,ut dũ circa ſeruos talis eſſet dominus, exẽplo ſuo doceret,qualis circa compares & æquales debeat eſſe conſeruus. Nec mirandum quod circa obedientes talis extiterit,qui Iudam potuit uſq; ad extremũ longa patiẽtia ſuſtinere,cibũ cũ inimico ſumere,hoſtẽ domeſticũ ſcire,nec palam oſtendere,traditoris oſculũ non recuſare. In Iudæis uero tolerãdis æquanimitas quãta & quãta patiẽtia? incredulos ad fidẽ ſuadẽdo

Leui.19.
Matth.5.
Patiẽtia Chriſti.
Ioh.13.
Aequanimitas.

flectere,obsequio ingratos fouere,contradicentibus respondere leniter,superbos sustinere clementer,humiliter persequentibus cedere,prophetarum interfectores & aduersum deum semper rebelles usq; ad crucis & passionis horam uelle colligere,sub ipsa autem passione & cruce, priusquàm ad crudelitatem necis & effusionem sanguinis ueniretur,quæ cõuiciorum probra patienter audita,quæ contumeliarum tolerata ludibria:ut insultantiũ sputamina patiẽter exciperet,q sputo suo cœci oculos paulo ante formasset, & cuius in nomine nunc à seruis eius zabulus cum angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur,coronaretur spinis, qui martyres floribus coronat æternis,palmis in faciem uerberaretur, qui palmas ueras uincentibus tribuit:spoliareturueste terrena, qui indumento immortalitatis cæteros uestit,cibaretur felle qui cibum cœlestem dedit: aceto potaretur qui poculum salutare ꝓpinauit. Ille innocens,ille iustus,imò innocentia ipse,& ipse iustitia,inter facinorosos deputatur & testimonijs falsis ueritas premitur, iudicatur iudicaturus,& dei sermo ad uictimam tacens ducitur. Et cum ad crucem domini confundantur sydera,elementa turbentur,contremiscat terra, nox diem claudat,sol ne Iudæorũ facinus aspicere cogatur,& radios & oculos suos subtrahat: ille non loquitur, nec mouetur, nec maiestatem suam sub ipsa saltẽ passione profitetur:usq; ad finem perseuerãter ac iugiter tolerantur omnia,ut consummetur in CHRISTO plena & perfecta patientia.Et post ista adhuc interfectores suos, si conuersi ad eum fuerint, suscipit,& patientia sua salutari ad conseruandos benignus & patiens ecclesiam suam nemini cludit.illos aduersarios, illos blasphemos, illos nominis sui semper inimicos,si pœnitentiam delicti agant,si admissum facinus agnoscant,non solum ad indulgentiam criminis,sed ad præmium regni cœlestis admittit.Quid potest patientius,quid benignius dici? uiuificatur CHRISTI sanguine etiam qui effudit sanguinem CHRISTI: talis est CHRISTI,ac tanta patientia,quæ nisi tanta ac talis existeret, Paulũ quoq; apostolũ ecclesia non haberet. Quod si & nos fratres charissimi in CHRISTO sumus,si ipsum induimus,si ipse est salutis nostræ uia,qui CHRISTVM uestigijs salutaribus sequimur,per CHRISTI exẽpla gradiamur.

1.Ioan. 2 sicut Ioannes apostolus instruit dicens: Qui dicit se in CHRISTO manere,debet quomodo ille ambulauit,& ipse ambulare.Item Petrus,super quẽ

1.Pe.2. ecclesia domini dignatione fũdata est,in epistola sua ponit & dicit:CHRISTVS passus est pro nobis,relinquens uobis exemplum ut sequamini uestigia eius,qui peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius,qui cum malediceretur,non remaledicebat,cum pateretur,non comminabatur. Tradebat se iudicanti se iniuste.Inuenimus deniq; & patriarchas, & prophetas,& iustos omnes qui figuram CHRISTI imagine præeunte portabant,nihil magis custodisse in laude uirtutum suarum,q̃ quod patientiã

forte

forte & ſtabili æquanimitate tenuerunt. Sic Abel originem martyrij & paſ Gen. 4.
ſionē iuſti hominis initiās primus & dedicās, aduerſus fratrē fratricidā non
reſiſtit, nec reluctatur, ſed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abrahā Gen. 22.
deo credens & radicem ac fundamentū fidei primus inſtituens, tentatus in
filio non dubitat neq; cunctatur, ſed præceptis dei tota patientia deuotio-
nis obſequitur. Et Iſaac ad hoſtiæ dominicæ ſimilitudinem præfiguratus,
quando à patre immolandus offertur, patiens inuenitur. Et Iacob fugatus Gen. 32.
à fratre, de domo ſua patienter excedit, & maiore patientia poſtmodum
ſupplex adhuc magis impium & perſecutorem muneribus pacificis ad con
cordiam reuocat. Ioſeph uenundatus à fratribus & relegatus non tātum pa
tienter ignoſcit, ſed & gratuita frumenta uenientibus largiter & demēter im
partit. Moyſes ab ingrato & perfido populo contemnitur frequenter, & pe
nè lapidatur, & tamen lenis & patiens pro eiſdem deum deprecatur. In Da
uid uero ex quo ſecundum carnem CHRISTI natiuitas oritur, quàm ma-
gna & mira & Chriſtiana patientia, habuiſſe in manu ſæpe ut Saul regem
perſequentem ſe, & interficere concupiſcentem, poſſet occidere, & tamē ſub-
ditum ſibi & traditum maluiſſe ſeruare, nec rependiſſe inimico uicem, ſed
occiſum adhuc inſuper & uindicaſſe? Tot deniq; prophetæ interfecti, tot
glorioſi martyres glorioſis mortibus honorati, qui omnes ad cœleſtes coro
nas patientiæ laude uenerunt. Neq; enim poteſt accipi dolorum & paſſio-
num corona, niſi præcedat in dolore & paſſione patientia. Quàm ſit autē
patiētia utilis & neceſſaria fratres dilectiſſimi, ut manifeſtius & plenius poſ
ſit noſci, dei ſententia cogitetur, quam in origine ſtatim mundi & generis
humani Adam præcepti immemor & datæ legis tranſgreſſor accepit, tunc
ſciemus cū patientes in iſto ſeculo eſſe debeamus qui ſic naſcimur, ut preſ-
ſuris iſtic & conflictationibus laboremus. Quia audiſti, inquit, uocem mu- Gen. 3.
lieris tuæ, & māducaſti ex illa arbore, de qua ſola præceperam tibi ne man-
ducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In triſtitia & gemitu
edes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos eijciet tibi, &
edes pabulum agri. In ſudore uultus tui edes panem tuum, donec reuerta-
ris in terram, de qua ſumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Huius ſentē Homo cinis.
tiæ uinculo colligati omnes & conſtricti ſumus, donec morte expuncta de
iſto ſeculo recedamus. In triſtitia & gemitu ſimus neceſſe eſt omnibus die-
bus uitæ noſtræ. Edamus panem neceſſe eſt cum ſudore & labore. Vnde
unuſquiſq; cum naſcitur & hoſpitio huius mundi excipitur, initium ſumit
à lachrymis, & cuius adhuc omnium neſcius & ignarus, nihil aliud nouit in
illa ipſa prima natiuitate quàm flere, prouidentia naturali lamētatur. Vitæ
mortalis anxietates, & labores, & procellas mūdi quas ingredit, in exordio
ſtatim ſuo ploratu uel gemitu rudis ania teſtat. Sudat em̄ cū diu iſtic uiuit
& laborat. Nec ſudantibus & laborātibus poſſunt alia magis cū patientiæ

ſubue-

ſubuenire ſolatia,quæ cum apta ſint & neceſſaria in iſto mundo uniuerſis, tum magis nobis qui diabolo impugnante plus quatimur, qui in acie quotidie ſtantes inueterati & exercitati hoſtis colluctationibus fatigamur,quibus præter uarias & aſſiduas tentationum pugnas, & in perſecutionum quoq; certamine patrimonia relinquēda ſunt,ſubeundus carcer, portandæ cathenæ,animæ impendendæ, gladius, beſtiæ, ignes,cruces, omnia deniq; tormentorum ac pœnarum genera fide & uirtute patientiæ perferenda,do-
Io.16. mino ipſo inſtruente & dicente:Hæc locutus ſum uobis,ut in me pacem habeatis,in ſeculo autem preſſuram habebitis, ſed fidite quoniā ego uici mūdum.Si autem qui diabolo & mundo renunciauimus preſſuras & infeſtationes diaboli & mundi crebrius ac uiolentius patimur,quanto magis patientiam debemus tenere,qua adiutrice & comite oīa infeſta toleremus.
Matth.10. Domini & magiſtri noſtri ſalutare præceptum eſt:Qui tolerauerit,inquit,
Io.8. uſq; ad finem,hic ſaluus erit.& iterū: Si permāſeritis,inquit,in uerbo meo, uere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Tolerandum & perſeuerandum eſt fratres dilectiſſimi,ut ad ſpem ueritatis & libertatis admiſſi, ad ueritatē & libertatē ipſam peruenire poſſimus, quia hoc ipſum quod Chriſtiani ſumus,fidei & ſpei res eſt,ut aūt ſpes & fides ad fructū ſui poſſint peruenire,patientia opus eſt. Non enim præſentē gloriam ſequimur,ſed futuram,ſed quod apoſtolus Paulus monet dicens:
Roma.8. Spe ſaluati ſumus. Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes.quod enim uidet quis,quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus.propterea expectatio & patientia neceſſaria eſt, ut id quod eſſe cœpimus impleamus,& quod credimus & ſperamus,deo præſtante capiamus.Denique alio in loco idem Apoſtolus iuſtos & operantes,& fœnoris diuini incremento cœleſtes theſauros ſibi recondentes,ut patientes quo-
Gal.6. que ſint,inſtruit & docet dicens: Ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum eſt ad omnes,maxime uero ad domeſticos fidei.Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus. admonet ne quis impatiens in operatione deficiat,ne quis tentationibus aut auocatus, aut uictus,in medio laudis & gloriæ itinere deſiſtat, & pereant præ-
Ezech.33. terita, dum quæ cœperant deſinunt eſſe perfecta. Sicut ſcriptum eſt: Iu-
Apoca.3. ſtitia iuſti non liberabit eum in quacunq; die exerrauerit. & iterum: Tene quod habes,ne alius accipiat coronam tuam.quæ uox adhortatur patienter & fortiter perſeuerare,ut qui ad coronā & laudem iam proximam nititur, durante patientia coronetur. Patientia autem fratres dilectiſſimi, non tantum bona cuſtodit, ſed & repellit aduerſa. Spiritui ſancto fauens, & cœleſtibus ac diuinis cohærens, contra facta carnis & corporis, quibus anima expugnatur & capitur, uirtutum ſuarum propugnaculo reluctatur. Inſpiciamus denique pauca de multis, ut de pau-

cis in-

tis intelligantur & cætera. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est. Sit fortis & stabilis in corde patientia, & nec adulterio sanctificatum corpus & dei templum polluitur, nec iustitiæ dicata innocentia cõtagione fraudis inficitur, nec post gustatam eucharistiam manus gladio & cruore macu lantur. Charitas fraternitatis uinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quæ & spe & fide maior est, quæ & opera & martyria præcedit, quæ nobiscum semper æterna apud deum in regnis cœlestibus permanebit. Tolle illi patientiam, & desolata non durat. Tolle sustinendi, tolerandiq; substantiam, & nullis radicibus ac uiribus perseuerat. Apostolus denique cum de charitate loqueretur, tolerantiam & patientiam illi iunxit. Charitas magnanima est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Ostendit inde illam perseuerare ut tenaciter possit, qui norit omnia sustinere. & alio in loco: Sustinentes, inquit, inuicem in dilectione satis agentes, seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. probauit nec unitatem seruari posse nec pacem, nisi se inuicem fratres mutua tolerantia foueant, & concordiæ uinculum patientia intercedente custodiant: quid deinde ut non iures neq; maledicas, ut tua ablata non repetas, ut accepta alapa & alteram maxillam uerberanti præbeas, ut fratri in te peccanti non tantum septies, sed septuagies septies, sed omnia omnino peccata dimittas, ut diligas inimicos tuos, ut pro aduersarijs & persecutoribus precem facias. Non poteris ista perferre nisi tolerantiæ & patientiæ teneas firmitatem. quod factum uidemus in Stephano, qui cum à Iudæis ui & lapidibus necaretur, non sibi uindictam sed interfectoribus ueniam postulabat dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Sic esse oportuit primum martyrem CHRISTI, qui martyres secuturos gloriosa morte præcurrẽs, non tantum dominicæ passionis prædicator esset, sed & patientissimæ lenitatis imitator. Quid dicã de ira, de discordia, de simultate, quæ in Christiano esse non debẽt? sit patientia in pectore, & hæc illic locum habere nõ possunt, aut si adire tentauerint, cito discedẽt excluſa, ut domicilium pacificum perseueret in corde, ubi deum pacis delectet habitare. Admonet denique Apostolus & docet dicẽs: Nolite cõtristari spiritũ sanctũ dei, in quo signati estis in diẽ redẽptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferantur à uobis. Si emi Christianus à furore & cõtentione carnali tanq; de maris turbinibus excessit, & tranquillus aut lenis in portu CHRISTI esse iam cœpit, nec iram aut discordiã debet intra pectus admittere, cui nec malum pro malo reddere licet, nec odisse. Nec non ad uaria quoq; carnis incommoda, & crebros corporis durosq; cruciatus quibus humanũ genus quotidie fatigatur & patit, patiẽtia necessaria est. Nã cũ in illa prima trãsgressione p̃cepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit, & cum

Charitas.

1. Corin. 13.

Actuũ. 7.

Patientia omnibus necessaria

& cum morte infirmitas uenerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta & immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atq; infirmitate corporea luctari semper & congredi, quæ luctatio & congressio, non nisi patientiæ uiribus potest sustineri. Examinandis autem nobis atq; explorandis diuersi importantur labores, & multiplex tentationum qualitas irrogatur, de iactu ris facultatum, de ardoribus febriũ, de cruciatu uulnerũ, de amissione charorũ. Nec aliud magis iniustos discernit & iustos, quàm quod in aduersis per impatientiam queritur & blasphemat iniustus, patientia iustus probatur, sicut scriptũ est: In dolore sustine & in humilitate tua patientiam habe. Eccl. 2. quoniam igne probatur aurum atq; argentum. Sic Iob examinatus est Iob patientia probatus. & probatus est, ad summum fastigium patiẽtiæ laudis uirtute proiectus. Quanta aduersus eum iacula zabuli emissa? quanta admota tormenta? iactura rei familiaris infligitur, numerosæ sobolis orbitas irrogatur, diues in censu dominus, & in liberis pater ditior, nec dominus repẽte, nec pater est, accedit uulnerũ uastitas, & tabescentes ac defluẽtes artus uermium quoq; edax pœna consumit. Ac ne quid omnino remaneret, quod nõ Iob in suis tentationibus experiret, armat zabulus & uxorẽ illo antiquo nequitiæ suæ usus ingenio, quasi omnes per mulierem decipere posset & fallere, quod fecit in origine: nec tamen Iob grauibus ac densis conflictationibus frangit, quominus inter illas angustias & pressuras suas dei benedictio uictrice patientia prædicetur. Tobias quoq; post iustitiæ & misericordiæ suæ opera Tobias cæcitatẽ pertulit. magnifica, luminum amissione tentatus, in quantum patienter cæcitatẽ pertulit, in tantum granditer deum patientiæ laude promeruit. Atq; ut magis fratres dilectissimi patientiæ bonum luceat, quid mali econtrario impatientia importet consyderemus. Nam ut patientia bonũ CHRISTI est, sic ecõtra impatientia zabuli malũ, & sicut in quo habitat & manet CHRISTVS Impatientia. patiens inuenitur, ita impatiens semper existit, cuius mentem zabuli nequitia possidet. Exordia deniq; ipsa uideamus. Zabulus hominem ad imagi-
Adam impatiens. nem dei factum impatienter tulit, inde & perijt primus & perdidit. Adam contra præceptum cœleste cibi lethalis impatiens in mortem cecidit, nec acChain impatiens. ceptam diuinitus gratiam patientia custode seruauit. & ut fratrem Chaim perimeret, sacrificij eius & muneris impatiens fuit, & quod Esau de maioriEsau impatiẽs bus ad minora descẽdit, primatus suos per impatientiã lentis amisit. Quid Iudaicus populus circa beneficia diuina perfidus & ingratus? nonne quod à deo primum recessit impatientiæ crimen fuit? dum Moysi cũ deo loquentis moras non potest ferre, profanos deos ausus est postulare, ut itineris sui duces nunc uaret caput bubulum & terrestre figmentum: nec unq; ab eadem impatientia destitit, quominus semper docilitatis & diuinæ admonitionis impatiens prophetas suos & iustos quosq; perimendo ad crucem quoq; & sanguinem domini prosiliret. Impatientia etiam in ecclesia hæreticos facit

ticos facit,& ad Iudæorum similitudinem contra CHRISTI pacem & charitatem rebelles ad hostilia & furiosa odia compellit. Et ne longum sit singulatim recensere,omnia omnino quæ patientia ædificat ad gloriam,impatientia destruit ad ruinam,quare fratres dilectissimi & bonis patiētiæ & impatientiæ malis diligenter expensis patiētiam per quam in CHRISTO manemus,ut uenire cum CHRISTO ad deum possimus, plena obseruatione teneamus,quæ copiosa & multiplex non angusto fine concluditur,nec breuibus terminis coërcetur. Late patet patientiæ uirtus, & ubertas eius ac largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur,sed exundantibus uenis per multa gloriarum itinera diffunditur,nec proficere aliquid in actibus nostris potest ad consummandam laudem,nisi inde consummationis accipiat firmitatema. Ptientia est, quæ nos deo & commēdat & seruat: Ipsa est,quæ iram temperat,quæ linguam frenat,mentem gubernat,pacem custodit,disciplinam regit,libidinis impetum frangit, tumoris uiolentiam comprimit, incendium simultatis extinguit,coërcet potētiam diuitum,inopiam pauperum refouet: tuetur in uirginibus beatam integritatem, in uiduis laboriosam castitatem,in coniunctis & maritatis indiuiduam charitatem: facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites. docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas,diu & multum rogare:tentationes expugnat,persecutiones tolerat, passiones & martyria consummat. Ipsa est quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit: ipsa est quæ incrementa spei sublimiter prouehit: ipsa actum dirigit,ut tenere possimus uiam CHRISTI,dum per eius tolerantiam gradimur: ipsa efficit, ut perse/ueremus filij dei, dum patiētiam patris imitamur. Et quoniā plurimos scio fratres dilectissimi uel pondere iniuriarum ingentium, uel dolore de ijs qui aduersum se grassanē & sæuiunt,uindicare uelociter cupere,nec illud in extrema parte reticendum est,ut in istis fluctuantis mundi turbinibus & Iudæorum siue gentilium & hæreticorum quoq; persecutionibus constituti,patienter expectemus ultionis diem, nec ad uindictam doloris nostri querula festinatione properemus, cum scriptum sit: Expecta me, dicit dominus,in diem resurrectionis meæ in testimonium, quoniam iudicium meum est ad congregationes gentium,ut excipiam reges,& effundā super eos iram meā. Expectare nos iubet dominus & futuræ ultionis diem forti patientia sustinere:qui & in Apocalypsi loquitur dicens: Ne signaueris uerba prophetiæ libri huius, quia iam tempus in proximo est. Vt & ij qui perseuerant nocere,noceant,& qui in sordibus est,sordescat adhuc: iustus autē adhuc iustior fiat,similiter & qui sanctus est,sanctior. Ecce uenio cito & merces mea mecū est,reddere unicuiq; secundum facta sua. Vnde etiam damantes martyres, & ad uindictam suam dolore erumpente properantes,expectare adhuc iubentur,& temporibus consummandis implēdisq; martyribus præbere pa-

Patiētiæ commendatio.

Soph.3.

Apocal.22.

Apocal.6. tientiam.Et cum aperuiſſet,inquit,agnus quintum ſigillum,uidi ſub ara dei animas occiſorum propter uerbum dei & martyrium ſuum,& clamauerunt uoce magna dicentes:Quouſq; domine ſanctus & uerus non iudicas & uin dicas ſanguinem noſtrum, de ijs qui in terris inhabitant? Et datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ,& dictum eſt eis ut requieſcerent breui adhuc tempore, donec impleatur numerus conſeruorum & fratrum eorum,quiq; poſtea oc ciderentur exemplo ipſorum.Quando autem ueniet ſanguinis iuſti diuina

Mala.4. uindicta,declarat per Malachiam prophetam ſpiritus ſanctus dicens: Ecce dies domini uenit ardens quaſi clibanus,eruntq; alienigenæ & omnes iniqui ſtipula,& ſuccendet illos aduenies dies,dicit dominus: quod item legimus in pſalmis,ubi dei iudicis pater dicatur aduentus cenſuræ ſuæ maieſta

Pſal.49. te uerendus:Deus manifeſtus ueniet deus noſter & non ſilebit. Ignis in cõſpectu eius ardebit,& in circuitu eius procella nimia, aduocabit cœlũ deſurſum,& terram deorſum,ut ſeparẽt populum ſuum. Colligite illi iuſtos eius eos qui diſponunt teſtamentum eius in ſacrificijs,& annunciabunt cœli iuſticiam eius,quoniam deus iudex eſt. Nam & Eſaias eadem prænunciat di

Eſa.66. cens:Ecce enim dominus ſicut ignis ueniet,& ſicut procellæ currus eius retribuere in ea uindictã: in igne enim domini iudicabuntur,& gladio eius uul

Ibidem.42. nerabuntur.& iterum:Dominus deus uirtutum prodibit & comminuet bellum,excitabit certamẽ & clamabit ſuper inimicos ſuos cum fortitudine: Tacui tacui, nunquid ſemper tacebo? Quis autem eſt hic qui tacuiſſe prius di

Eſa.53. cit,& non ſemper tacebit? utiq; ille,qui ſicut ouis ad uictimam ductus eſt,& ſicut agnus coram tondente ſe ſine uoce non aperuit os ſuum: utiq; ille qui non clamauit,neque in plateis uox eius audita eſt:utiq; ille,qui non fuit eon tumax neque contradixit,cum dorſum ſuum poneret ad flagella,& maxillas ad palmas,faciem ſuam non auertit à fœditate ſputorum: utiq; ille, qui cum accuſaretur à ſacerdotibus & ſenioribus nihil reſpondit, & admirante Pilato patientiſſimum ſilentium tenuit. Hic eſt qui cum in paſſione tacuerit,in ultione poſtmodum non tacebit.Hic eſt deus noſter,id eſt,nõ omnium,ſed credentium fidelium deus,qui cum in ſecundo aduentu uenerit manifeſtus non ſilebit: nam cum in humilitate prius fuerit occultus, ueniet in poteſtate manifeſtus.Hunc expectemus iudicem fratres dilectiſſimi, iudicem & uindicem noſtrum, eccleſiæ ſuæ populum,& ab initio mundi iuſtorum omnium numerum ſecum pariter uindicaturum,qui ad uindictam ſuam nimium feſtinat & properat, conſyderet quia necdum uindicatus eſt ipſe,qui uindicat.Pater deus præcepit filium ſuũ adorari, & apoſtolus Pau

Philipp.2. lus diuini præcepti memor ponit & dicit: Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, ut ſit ſuper omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur,cœleſtium, terreſtrium & infernorum. & in Apocalypſi angelus Io

Apocal.19. anni uolenti adorare ſe reſiſtit & dicit: Vide ne feceris quia conſeruus tuus ſum

sum & fratrum tuorũ. IESVM dominum adora. Qualis dominus IESVS & quanta patientia, ut qui in cœlis adoratur, nec dum uindicetur in terris? Huius patientiam fratres dilectissimi in persecutionibus & passionibus nostris cogitemus. Huius aduentui plenum expectationis obsequium præbeamus. Nec defendendi ante dominum serui irreligiosa & inuerecunda festinatione properemus. Insistamus potius & elaboremus, & toto corde uigilantes, atque ad omnem tolerantiam stabiles dominica præcepta seruemus, ut cum illa iræ & uindictæ dies uenerit, non cum impijs & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & deum timentibus honoremur. Amen.

ARGVMENTVM SERMONIS SEQVENTIS.

Sermo quartus beati Cypriani, de mortalitate ad amorem relinquendi hanc uitam exhortans, & ostendens hoc quod sine ullo discrimine cum iniustis iusti moriuntur, non esse putãdum bonis & malis interitum esse communem, quoniam ad refrigerium iusti uocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti.

SERMO QVARTVS DE MORTALITATE.

ET si apud plurimos uestrum fratres dilectissimi mens solida est, & fides firma, & anima deuota, quæ ad præsentis mortalitatis copiam non mouetur, sed tanquam petra fortis & stabilis turbidos impetus mundi, & uiolentos seculi fluctus frangit potius ipsa nec frangitur, & tentationibus non uincitur, sed probatur: tamen quia animaduerto in plebe quosdam uel imbecillitate animi, uel fidei paruitate, uel dulcedine secularis uitæ, uel sexus mollitie, uel quod maius est, ueritatis errore minus stare fortiter, nec pectoris sui diuinum atque inuictum robur exerere, dissimulanda res non fuit nec tacenda, quo minus quantum nostra mediocritas potest, uigore pleno & sermone de dominica lectione concepto, delicatæ mentis ignauia comprimatur, & qui homo dei & CHRISTI esse iam cœpit, deo & CHRISTO dignus habeatur. Agnoscere enim se debet fratres dilectissimi, qui deo militat, qui positus in cœlestibus castris diuina iam speret, ut ad procellas & turbines mundi trepidatio nulla sit in nobis, nulla contatio, quando hæc uentura prædixerit dominus, prouidæ uocis hortatu instruens & docens, & præparans atque corroborans ecclesiæ suæ populum ad omnem tolerantiam futurorum, bella & fames, & terræmotus, & pestilentias per loca singula exurgere prænunciauit & docuit. Et ne inopinatus nos & nouus rerum infestantium metus quateret, magis ac magis in nouissimis temporibus aduersa crebrescere, ante præmonuit. Fiunt ecce quæ dicta sunt, & quando fiunt quæ ante prædicta sunt, sequentur & quæcunque promissa sunt, domino ipso pollicente & dicente: Cum autem uideritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo est regnum dei. Regnum dei fratres dilectissimi esse cœpit in proximo, præmium uitæ & gaudium salutis

Ignauia mentis qualiter cõponenda.

Luc. 21.

æternæ,& perpetua lætitia & possessio paradisi nuper amissa,mundo transeunte iam ueniunt,iam terrenis cœlestia,& magna paruis, & caducis æterna succedunt. Quis hic anxietatis & solicitudinis locus est? quis inter hæc trepidus & mœstus est,nisi cui spes & fides deest? Eius est enim mortem timere, qui ad CHRISTVM nolit ire: eius est ad CHRISTVM nolle ire, qui se
Abac.2. Roma.1. non credit cum CHRISTO incipere regnare. Scriptum est enim iustum fide uiuere. Si iustus es & fide uiuis,si uere in deum credis, cur non cũ CHRISTO futurus,& de domini pollicitatiõe securus, quod ad CHRISTVM uoceris amplecteris,& quod zabulo careas gratularis? Symeon denique ille iu-
Symeon. Luce. 2. stus,qui uere iustus fuit,qui fide plena dei præcepta seruauit, cum ei diuinitus responsum fuisset, quod non ante moreretur q̃ CHRISTVM uidisset, & CHRISTVS infans in templum cum matre uenisset, agnouit in spiritu natum esse iam CHRISTVM,de quo sibi fuerat ante prædictum,quo uiso, sciuit cito se esse moriturum. Lætus itaq; de morte iam proxima, & de uicina accersione securus,accepit in manibus puerum,& benedicẽs deum exclamauit & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine,secundum uerbum tuũ in pace,quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. probans scilicet & constans tunc esse seruis dei pacem, tunc liberam & tranquillam quietem,quando de istis mundi turbinibus extracti,sedis & securitatis æternæ portum petimus, quando expuncta hac morte ad immortalitatem uenimus. Illa est enim nostra pax,illa fida tranquillitas,illa stabilis & firma & perpetua securitas. Cæterum quid aliud in mundo,quàm pugna aduersus diabolũ quotidie geritur? quàm aduersus iacula eius & tela conflictationibus assiduis dimicatur? Cum auaritia nobis,cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est,cum carnalibus uitijs,cum illecebris secularibus assidua,& iugis,& molesta luctatio est. Obsessa mens hominis & undiq; zabuli infestatione uallata,uix occurrit singulis, uix resistit. Si auaritia prostrata est,exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit,amicitiã zelus abscindit. Cogeris maledicere, quod lex diuina prohibet: compelleris iurare,quod non licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur,tot periculis pectus urgetur, & delectat hic inter zabuli gladios diu stare,cum magis concupiscendum sit & optandũ ad CHRISTVM sub-
Ioan.16. ueniente uelocius morte properare, ipso instruẽte nos & dicẽte: Amen amẽ dico uobis,quoniam uos plorabitis & plangetis, seculum autem gaudebit, uos tristes eritis,sed tristicia uestra in læticiam ueniet. Quis non ad læticiam uenire festinet? quis non tristicia carere optet? Quãdo autem in læticiam ue-
Ibidem. niat nostra tristicia,dominus denuo ipse declarat dicẽs: Iterũ uidebo uos & gaudebit cor uestrum,& gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Cum ergo uidere CHRISTVM gaudere sit,nec possit esse gaudium nostrum nisi cũ uiderimus

Vltima semp expectanda dies homini est, dicitq; beatus Ante obitũ nemo supremaq; funera debet.

Hostes hominis.

derimus CHRISTVM, quæ cæcitas animi, quæúe demẽtia est, amare pressuras & pœnas, & lachrymas mundi, & non festinare potius ad gaudium, quod nunc̃ posſit auferri? Hoc autem fit fratres dilectissimi, quia fides deest, quia nemo credit futura esse quæ promittit deus qui uerax est, cuius sermo credentibus æternus & firmus est. Si tibi uir grauis & laudabilis aliquid polliceretur, haberes utiq; pollicenti fidem, nec te falli ac decipi ab eo credores, quem stare in sermonibus atq; in actibus suis scires, nunc deus tecum loquitur, & tu mẽte incredula perfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem pollicetur atq; æternitatem, & tu dubitas? hoc est deum omnino non nosse, hoc est CHRISTVM credẽtium magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fidei nõ habere. Quãtũ prosit exire de seculo, CHRISTVS ipse salutis atq; utilitatis nostræ magister ostendit, qui cũ discipuli eius contristarẽtur, quod se iam diceret recessurũ, locutus est ad ad eos dicẽs: Si me dilexissetis gaudetetis, quoniam ad patrẽ uado. docens & ostendens cũ chari quos diligimus de seculo exeunt, gaudendũ potius c̃ dolendum. Cuius rei memor beatus apostolus Paulus in epistola sua ponit & dicit: Mihi uiuere CHRISTVS est & mori lucrũ. lucrum maximũ computans iã seculi laqueis nõ teneri, iã nullis peccatis & uitijs carnis obnoxiũ fieri: exemptum pressuris angẽtibus, & uenenatis diaboli faucibus liberatũ, ad lætitiã salutis æternæ CHRISTO uocante proficisci. At enim mouet quosdã quod æqualiter cũ gentibus nostros morbi istius ualitudo corripiat, quasi ad hoc crediderit Christianus, ut & immunis à contactu malorũ, mũdo & seculo feliciter perfruatur, & nõ omnia hic aduersa perpessus ad futurã lætitiam reseruetur. Mouet quosdã quod sit nobis cũ cæteris mortalitas ista cõmunis. Quid enim nobis in hoc mundo nõ cõmune cũ cæteris, c̃ diu adhuc secundum legem primæ natiuitatis manet caro ista cõmunis? Quoadusq; istic in mũdo sumus, cũ genere humano carnis æqualitate cõiungimur, spiritu separamur. Itaq; donec corruptiuũ istud induat incorruptionẽ, & mortale hoc accipiat immortalitatẽ, & spiritus nos perducat ad deũ patrem, quæcũq; sunt carnis incommoda, sunt nobis cũ humano genere cõmunia. Sic cũ flatu sterili terra ieiuna est, neminẽ fames separat: sic cum incursione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas uastat. Et quando hymbres nubila serena longa suspendunt, omnibus siccitas una est. Et cũ nauem scopulosa saxa cõfringunt, nauigantibus naufragiũ sine exceptione cõmune est. Et oculorum dolor, & impetus febrium, & omniũ ualitudo membrorũ cũ cæteris cõmunis est nobis, c̃ diu portatur in seculo caro ista cõmunis. Quinimmo si qua conditione, si qua lege crediderit Christianus, noscat & teneat, sciat plus sibi c̃ cæteris in seculo laborandum, cui magis sit cũ diaboli impugnatione luctãdum. Docet & præmonet scriptura diuina dicens: Fili accedens ad seruitutem dei

Ioan. 14.

Philipp. 1.

Carne hic æquamur, separamur spiritu.

Eccl. 2.

sta in iustitia & timore,& præpara animam tuam ad tentationẽ.& iterũ:In dolore sustine & in timore, & in humilitate patientiã habe, quoniam igne probatur aurũ similiter & argentũ.Sic Iob post rerũ damna,post pignorũ funera uulneribus quoq; & uermibus grauiter afflictus,non uictus est, sed probatus: qui in ipsis cõflictationibus suis & doloribus patientiã religiosæ
Iob. 1. mentis ostendẽs ait:Nudus exiui de utero matris,nudus etiã ibo sub terrã, dominus dedit & dominus abstulit:sicut domino uisum est,ita & factũ est, sit nomen domini benedictũ.Et cum eũ uxor sua compelleret, ut ui doloris impatiens aliquid aduersus deũ querula & inuidiosa uoce loqueret,respon
Iob. 2. dit & dixit: Tanq; una ex insipientibus mulieribus locuta es.Si enim bona suscepimus de manu domini, quare mala non toleremus? In his omnibus quæ cõtigerunt Iob,labijs suis nihil peccauit in conspectu domini. Itaq; illi testimoniũ perhibet dominus dicens: Animaduertisti puerũ meũ Iob? nõ est similis illi quisq; in terris,homo sine querela, uerus dei cultor.Et Tobias post opera magnifica,post misericordiæ suæ multa & glorioſa præconia,cæ citatem luminũ passus timens & benedicens deũ in aduersis,per ipsam cor/ poris sui cladem creuit ad laudem,quẽ & ipsum uxor sua deprauare tenta-
Tob.2. uit dicens: Vbi sunt iustitiæ tuæ? ecce quæ pateris.At ille circa timorẽ dei sta bilis & firmus,& ad omnẽ tolerãtiam passionis fide religionis armatus,ten/ tationi uxoris inualidæ in dolore non cessit,sed magis deum maiore patien
Ibidem. 12. tia promeruit,quem postmodũ Raphaël collaudat & dicit: Opera dei re/ uelare & confiteri honorificũ est:nam quando orabas tu & Sara nurus tua, ego obtuli memoriã orationis uestræ in conspectu claritatis dei.Et cũ sepe/ lires mortuos simpliciter,& quia non es cunctatus exurgere & derelinquere prandium tuũ,& abisti & condidisti mortuũ,& missus sum tentare te.& ite rum:Me misit deus curare te,& Saram nurum tuã: ego enim sum Raphaël unus ex septẽ angelis sanctis ,qui assistimus & cõuersamur ante claritatem dei.Hanc tolerantiã iusti semper habuerunt,hanc apostoli disciplinã de do mini lege tenuerũt, nõ mussitare in aduersis,sed quæcũq; in seculo accidũt, fortiter & patienter excipere.Cũ Iudæorũ populus hinc semper offenderit, quod aduersus deũ frequentius murmuraret,sicut testatur in Numeris do/
Numer.20. minus deus dicens:Desinat murmuratio eorũ à me,& non morientur:mur murandũ nõ est in aduersis fratres dilectissimi,sed patienter & fortiter quic
Psal. 50. quid acciderit sustinendũ,cum scriptũ sit:Sacrificium deo spiritus cõtribula tus,cor contritum & humiliatũ deus non despicit:In Deuteronomio quoq;
Deuter.8. moneat spiritus sanctus per Moysen & dicat: Dominus deus tuus uexabit te,& famẽ inijciet tibi,& cognoscetur in corde tuo si bene custodieris præce/
Ibidẽ. 13. pta eius,siue nõ.& iterum: Tentat uos dominus deus uester,ut sciat si diligi tis dominũ deum uestrũ ex toto corde uestro, & ex tota anima uestra. Sic
Genesis.22. Abraam deo placuit,qui ut deo placeret,nec amittere filiũ timuit,nec gerere

parricidium

partícidiū recuſauit Qui filium nō potes lege & ſorte mortalitatis amittere, quid faceres ſi filium iubereris occidere? Ad omnia te facere paratum timor dei & fides debet. Sit licet rei familiaris amiſſio, ſit de infeſtantibus morbis aſſidua membrorum & cruenta uexatio: ſit de uxore, de liberis, de exceden tibus charis funebris & triſtis auulſio, non ſint tibi offendicula iſta, ſed præ lia: nec debilitent aut frangant Chriſtiani fidem, ſed potius oſtendāt in colluctatione uirtutem, cum contemnenda ſit omnis iniuria malorum præſentium, fiducia futurorū bonorum. Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe uictoria: cum fuerit in pugnæ congreſſione uictoria, tunc datur uincētibus & corona: nā gubernator in tempeſtate dinoſcitur: in acie miles probatur. Delicata iactatio eſt, cum periculum non eſt: conflictatio in aduerſis probatio eſt ueritatis. Arbor quæ alta radice fundata eſt, uentis incumbentibus non mouetur: & nauis quæ forti compage ſolidata eſt, pulſatur fluctibus nec fo ratur: & quādo area fruges terit, uentos grana fortia & robuſta contemnūt: inanes paleæ flatu portante rapiūtur. Sic & apoſtolus Paulus, poſt naufra gia, poſt flagella, poſt carnis & corporis multa & grauia torméta, nō uexari ſed emēdari ſe dicit in aduerſis, ut dū grauius affligitur, uerius cōprobetur: Datus eſt mihi, inquit, ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ, qui me colla phizet, ut nō extollar, propter qđ dominū ter rogaui, ut diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nā uirtus in infirmitate perficit. Quādo ergo infirmitas uel imbecillitas & uaſtitas aliqua graſſat, tunc uirtus noſtra perficitur: tūc fides ſi tentata perſtiterit, coronat, ſicut ſcriptū eſt: Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tētatio tribulatiōis. Hoc deniq; inter nos & cæteros intereſt, qui deū neſciunt, qđ illi in aduerſis querūtur & murmurāt: nos aduerſa nō auocant à uirtutis & fidei ueritate, ſed corroborāt in dolore. Hoc quod nūc corporis uires ſolutus in fluxū uēter euiſcerat, quod in fauciū uulnera conceptus medullitus ignis exæſtuat, quod aſſiduo uomitu inteſtina quatiunt, qđ oculi ui ſanguinis inardeſcūt, quod quorundā pedes uel aliquas membrorū partes cōtagio morbidæ putredinis amputant, qđ per iacturas & damna corporū prorumpēte languore uel debilitatur inceſſus, uel auditus obſtruit, uel cæcat aſpectus, ad documētū proficit fidei. Cōtra tot impetus uaſtitatis & mortis incōcuſſi animi uirtutibus cōgredi, quāta pectoris magnitudo eſt? & quanta ſublimitas, inter ruinas humani generis ſtare erectū, nec cū eis quibus ſpes in dominū nulla eſt, iacere proſtratū? Gratulari magis oportet, & temporis munus amplecti, qđ dū noſtrā fidē firmiter promimus, & labore tolerato ad CHRISTVM per anguſtā CHRISTI uiā pergimus, præmiū uitæ & fidei ipſo iudicāte capiamus. Mori planè timeat, ſed qui ex aqua & ſpiritu nō renatus, gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat, qui nō CHRISTI cruce & paſſione cenſetur: mori timeat, qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit: mori timeat, quem de ſeculo

Exhortatio ad patientiam

2. Cor. 12.

Ibidem.

Eccl. 27.

Mors quibus timenda.

recedẽtem perennibus pœnis æterna flãma torquebit. Mori timeat, cui hoc mora longiore cõfertur, ut cruciatus eius & gemitus interim differatur. Multi ex noſtris in hac mortalitate moriũtur, hoc eſt, multi ex noſtris de ſeculo liberantur. Mortalitas iſta ut Iudæis & gentibus & CHRISTI hoſtibus peſtis eſt: ita dei ſeruis ſalutaris exceſſus eſt. Hoc quod ſine ullo diſcrimine generis humani cum iniuſtis & iuſti moriuntur, nõ eſt quod putetis bonis & malis interitũ eſſe cõmunem. Ad refrigerium iuſti uocantur, ad ſupplicĩũ rapiũtur iniuſti, datur uelocius tutela fidẽtibus, perfidis pœna. Improuidi & ingrati ſumus fratres dilectiſſimi ad diuina beneficia, nec quid nobis conferatur agnoſcimus. Excedũt ecce in pace tutæ cum gloria ſua uirgines, uenientis antichriſti minas & corruptelas & lupanaria non timentes: pueri periculum lubricæ ætatis euadunt, ad continentiæ atq; innocentiæ præmium feliciter perueniunt: tormenta iã non timet delicata matrona, metum perſecutionis, & manus cruciatus q; carnificis moriẽdi celeritate lucrata. Pauore mortalitatis & temporis accenduntur tepidi, conſtringuntur remiſſi, excitantur ignaui. Deſertores compelluntur, ut redeant: gentiles coguntur, ut credant: uetus fideliũ populus ad quietem uocatur: ad aciem recens & copioſus exercitus robore fortiore colligitur, pugnaturus ſine metu mortis cũ prælium uenerit, qui ad militiã tempore mortalitatis accedit. Quid deinde illud fratres dilectiſſimi quale eſt, cq; pertinens, cq; neceſſarium, quod peſtis iſta & lues, quæ horribilis & feralis uidetur, explorat iuſtitias ſingulorum, & mentes humani generis examinat? An infirmis ſeruiant ſani? an propinqui cognatos pie diligant? an miſereantur ſeruorũ languentium domini? an deprecantes ægros non deſerant medici? an feroces uiolẽtiam ſuam comprimant? an rapaces auaritiæ furentis inſatiabilem ſemper ardorem uel metu mortis extinguant? an ceruicem flectãt ſuperbi? an audaciam leniant improbi? an pereuntibus charis uel ſic aliquid diuites largiantur & donent ſine hærede morituri? Vt nihil aliud mortalitas iſta contulerit, hoc Chriſtianis & dei ſeruis plurimum præſtitit, quod martyrium cœpimus libẽter appetere, dum mortem diſcimus non timere. Exercitia ſunt nobis iſta non funera, dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis præparant ad coronam. Sed fortaſ

Obiectio. ſe aliquis opponat & dicat: Hoc me ergo in præſenti mortalitate contriſtat, quod qui paratus ad confeſſionem fueram, & ad tolerantiam paſſionis toto me corde & plena uirtute deuoueram, martyrio meo priuor, dum morte præuenior. Primo in loco nõ eſt in tua poteſtate, ſed in dei dignatione martyrium, nec potes te dicere perdidiſſe, quod neſcis an merearis accipere, tunc deinde deus ſcrutator renum & cordis, & occultorum cõtemplator & cognitor uidet te, & laudat, & comprobat, & qui perſpicit apud te paratã fuiſſe uirtutẽ, reddet pro uirtute mercedẽ. Nũquid Chain cũ deo munus offerret iã peremerat fratrem? & tamẽ parricidiũ mente conceptũ deus prouidus ante damnauit

damnauit,ut illic cogitatio mala & pernicioſa conceptio deo prouidẽte,pro/ſpecta eſt:ita & in dei ſeruis, apud quos confeſſio cogitatur & martyrium mente cõcipitur,animus ad bonum deditus deo iudice coronatur. Aliud eſt martyrio animum deeſſe,aliud animo defuiſſe martyrium. Qualem te inue nit deus cum uocat,talẽ pariter & iudicat, cum ipſe teſtetur & dicat. Et ſcient omnes eccleſiæ quod ego ſum ſcrutator renis & cordis,nec enim ſanguinem ueſtrum quærit deus,ſed fidem,nam nec Abraam,nec Iſaac,nec Iacob occi/ſi ſunt,& tamen fidei ac iuſticiæ meritis honorati inter patriarchas primi eſ/ſe meruerunt. Ad quorum conuiuium congregatur quiſquis fidelis & iuſtus & laudabilis inuenitur. Meminiſſe debemus uolũtatem nos non noſtram, ſed dei facere debere,ſecundũ quod nos deus quottidie iuſſit orare. Quàm præpoſterum eſt quamq; peruerſum,ut cum dei uoluntatem fieri poſtule/mus,quando euocat nos & accerſit de hoc mundo deus,non ſtatim uolun/tatis eius imperio pareamus. Hoc nitimur & reluctamur,& peruicaciũ mo/re ſeruorum ad conſpectum domini cum triſticia & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis uinculo, non obſequio uoluntatis, & uolumus ab eo præmijs cœleſtibus honorari,ad quem uenimus inuiti? Quid ergo ro gamus & petimus,ut adueniat regnum cœlorum,ſi captiuitas terrena dele/ctat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poſcimus, ut acceleret dies regni, ſi maiora deſyderia & uota potiora ſunt ſeruire iſtic diabolo, quàm regnare cum CHRISTO? Denique ut manifeſtius diuinæ prouiden tiæ indicia clareſcerent, quod dominus præſcius futurorum ſuis conſulat ad ueram ſalutem,cum quidam de collegis & conſacerdotibus noſtris iam in/firmitate defeſſus,& de appropinquante morte ſolicitus commeatuum ſibi precaretur, aſtitit deprecanti & iam penè morienti iuuenis honore & maie/ſtate uenerabilis,ſtatu excelſus, & clarus aſpectu, & quem aſſiſtentem ſibi uix poſſet humanus aſpectus oculis carnalibus intueri,niſi quod talem ui/dere iam poterat de ſeculo receſſurus. Atque ille non ſine quadam animi & uocis indignatione infremuit & dixit: Pati timetis, exire non uultis, quid faciam uobis? Increpantis uox eſt & monentis qui de perſecutione ſolici/tis, de accerſione ſecuris, non conſentit ad præſens deſyderium, ſed con/ſulit in futurum. Audiuit frater noſter & collega moriturus, quod cæte/ris dicere. Nam qui moriturus audiuit, ad hoc audiuit ut diceret: audiuit non ſibi ille,ſed nobis. Nam quid diſceret iam receſſurus? didicit immo no/bis remanentibus, ut dum ſacerdotem qui commeatum petebat increpitũ eſſe comperimus,quid cunctis expediat agnoſceremus. Nobis quoq; ipſis minimis & externis quotiens reuelatum eſt,quàm frequenter atq; manife/ſte de dei dignatione præceptum eſt, ut conteſtarer aſſidue & publice præ/dicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione dominica de ſeculo liberatos, cum ſciam non eos amitti, ſed præmitti, recedentes præcedere, ut profi-

Qualis quis inuenitur, talis iudicatur.

Viſio.

Gaudendum morte potius & flendum.

ut proficiſcentes & nauigantes deſyderari eos debere, non plangi: nec accipiendas eſſe hic atras ueſtes, quando illi ibi indumenta alba iã ſumpſerint: occaſionem dandam non eſſe gentilibus, ut nos merito ac iure reprehendant, quod quos uiuere apud deum dicimus, ut extinctos & perditos lugeamus, & fidem quam ſermone & uoce depromimus, cordis & pectoris teſtimonio reprobemus. Spei noſtræ ac fidei præuaricatores ſumus, ſimulata, ficta, fucata uidentur eſſe quæ dicimus. Nihil prodeſt uerbis proferre uirtutem, & factis deſtruere ueritatẽ. Improbat deniq; apoſtolus Paulus & obiurgat & culpat, ſi qui contriſtentur in exceſſu ſuorũ: Nolumus, inquit, ignorare uos fratres de dormiẽtibus, ut nõ contriſtemini ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Si enim credimus quia IESVS mortuus eſt & reſurrexit, ſic & deus eos qui dormierunt in CHRISTO, adducet cum illo. Eos cõtriſtari dicit in exceſſu ſuorum, qui ſpem non habent. Qui autem ſpe uiuimus, & in deum credimus, & CHRISTVM paſſum eſſe pro nobis, & reſurrexiſſe confidimus in CHRISTO manentes, & per ipſum atq; in ipſo reſurgẽtes, quid aut ipſi recedere iſtinc de ſeculo nolumus, aut noſtros recedentes quaſi perditos plangimus ac dolemus, ipſo CHRISTO domino ac deo noſtro monẽte & dicente: Ego ſum reſurrectio, qui credit in me licet moriatur, uiuet, & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternũ. Si in CHRISTVM credimus, fidẽ uerbis & promiſſis eius habeamus, & nõ moriemur in æternum, ad CHRISTVM cũ quo & uicturi & regnaturi ſemper ſumus, læta ſecuritate ueniamus. Quod interim morimur, ad immortalitatẽ morte tranſgredimur: nec poteſt uita æterna ſuccedere, niſi hinc contigerit exire: nõ eſt exitus, ſed tranſitus, & tẽporali itinere decurſo ad æterna tranſgreſſus. Quis non ad meliora feſtinet? Quis nõ mutari & reformari ad CHRISTI ſpeciẽ, & ad cœleſtis gratiæ dignitatem uenire citius exoptet? Paulo apoſtolo prædicãte: Noſtra autem conuerſatio, inquit, in cœlis eſt, unde & dominũ expectamus IESVM CHRISTVM, qui tranſformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Tales nos futuros & CHRISTVS dominus pollicetur, quando ut cum illo ſimus, & cum illo in æternis ſedibus uiuamus, atq; in regnis cœleſtibus gaudeamus, patrẽ precatur pro nobis: Pater quos mihi dediſti, uolo ut ubi ego fuero, & ipſi ſint mecum, & uideãt claritatem quam mihi dediſti, prius cẽq; mũdus fieret. Venturus ad CHRISTI ſedem, ad regnorũ cœleſtium claritatem lugere non debet nec plangere, ſed potius ſecundum pollicitationem domini, ſecundũ fidem ueritatis, in profectione ſua & tranſlatione gaudere. Sic deniq; inuenimus & Enoch tranſlatũ eſſe, qui deo placuit. Sic in Geneſi teſtatur & loquitur ſcriptura diuina: Et placuit Enoch deo, & non eſt inuentus poſtmodum, quia deus illum tranſtulit. Hoc fuit placuiſſe in conſpectu dei, de hac contagione ſeculi meruiſſe tranſferri. Sed & per Salomonem docet ſpiritus ſanctus, qui deo

1. Theſſal. 4.

Ioan. 11.

Philipp. 3.

Ioan. 17.

Enoch deo placuit. Geneſ. 5.

Eccl. 44.

deo placeant maturius hinc eximi,& citius liberari, ne dum in isto mundo diutius immorantur,mundi contactibus polluantur.Raptus est,inquit, ne malicia mutaret intellectum eius,placita enim erat deo anima eius: propter hoc properauit educere eum de media iniquitate. Sic & in psalmis ad dominum properat spiritali fide deo sua anima deuota, sicut scriptum est: Quàm dilectissimæ habitationes tuæ deus uirtutum, desyderat & properat anima mea ad atria dei.Eius est in mundo diu uelle manere,quem mundus oblectat,quem seculum blandiens atq; decipiens,illecebris terrenæ uoluptatis inuitat.Porrò cum mundus oderit Christianum,quid amas eũ qui te odit, & nõ magis sequeris CHRISTVM qui te redemit,& diligit? Ioãnes in epistola sua clamat & loquitur, & ne carnalia desyderia sectantes mundum dilígamus,hortatur: Nolite,inquit,diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt.Si quis dilexerit mundum,non est charitas patris in illo, quia omne quod in mundo est,concupiscentia carnis est,& concupiscentia oculorum,& ambitio seculi quæ non est à patre, sed ex concupiscentia mundi, & mundus transibit & concupiscẽtia eius,qui autem fecerit uolũtatem dei,manet in æternum,sicut & deus manet in æternum. Porrò fratres dilectissimi mente integra,fide firma,uirtute robusta, parati ad omnem uolũtatem dei simus,pauore mortis excluso immortalitatẽ quæ sequitur,cogitemus. Hoc nos ostendamus esse quod credimus,ut neq; charorũ lugeamus excessum, & cũ accersitionis propriæ dies uenerit,incunctanter & libenter ad dominũ ipso uocante ueniamus.Quod cũ semper fuerit faciendum dei seruis, nunc fieri multo magis debet corruente iam mundo,& malorum infestantiũ turbinibus obsesso,ut qui cernimus cœpisse iã grauia,& scimus imminere grauiora,lucrum maximũ computemus,si istinc uelocius recedamus.Si in habitaculo tuo parietes uetustate nutarent, tecta desuper tremerent, domus iam fatigata,iam lassa ædificijs senectute labẽtibus,ruinam proximam minaretur,nónne omni celeritate migrares? Si te nauigante turbida & procellosa tempestas fluctibus ui uenti excitatis, prænunciaret futura naufragia, nónne portum uelociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur, & ruinam sui non iam senectute rerum,sed fine testatur,& tu non deo gratias agis,nõ tibi gratularis quod exitu maturiore subtractus,ruinis & naufragijs,& plagis imminentibus exuaris? Consyderandum est fratres dilectissimi,& idem tidem cogitandum,renunciasse nos mundo, & tanquam hospites & peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo,qui nos istinc ereptos,& laqueis secularibus exutos paradiso restituit,& regno cœlesti. Quis non peregre constitutus properet in patriam regredi? Quis non ad suos nauigare festinans,uentum prosperum cupidius optaret, ut uelociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus, parentes nostros patriarchas habere iam cœpimus: quid

Sapien. 4.

Psal. 83.

1. Ioan. 2.

Mundus nutat.

quid non properamus & currimus,ut patriam noſtram uidere, ut parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos charorũ numerus expectat,parẽtũ,fratrum,filiorum,frequens nos & copioſa turba deſyderat, iam de ſua immortalitate ſecura,& adhuc de noſtra incolumitate ſolicita. Ad horum conſpectum & complexum uenire, quãta & illis & nobis in commune lætitia eſt? qualis illic cœleſtium regnorum uoluptas ſine timore moriendi,& cum æternitate uiuendi? quàm ſumma & perpetua felicitas? illic apoſtolorum gloriofus chorus: illic prophetarũ exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus,ob certaminis & paſſionis uictoriam coronatus: triumphãtes illic uirgines quæ concupiſcentiam carnis & corporis continentiæ robore ſubegerunt, remunerati miſericordes qui alimentis & largitionibus pauperum iuſtitiæ opera fecerunt, qui dominica præcepta ſeruãtes ad cœleſtes theſauros terrena patrimonia trãſtulerunt. Ad hos fratres dilectiſſimi auida cupiditate properemus,ut cum his cito eſſe poſſimus, ut cito ad CHRISTVM uenire contingat,optemus. Hanc cogitationem noſtram deus uideat, hoc propoſitum mentis & fidei dominus CHRISTVS aſpiciat, daturus eis gloriæ ſuæ ampliora præmia, quorum circa ſe fuerint deſyderia maiora. Amen.

ARGVMENTVM SERMONIS SEQVENTIS.

Sermo quintus eiuſdem de lapſis & coronatis iam martyribus uel ad uitam ſeruatis,docens deum familiam ſuam hoc examine probare uoluiſſe,quia traditam diuinitus diſciplinam pax lõga corruperat. Deinde multa de corpore CHRISTI miracula enarrans,ad pœnitentiam hortatur.

SERMO QVINTVS DE LAPSIS.

Serenitas diſcuſſa nube refulget.

PAx ecce dilectiſſimi fratres eccleſiæ reddita eſt,& quod difficile nuper incredulis ac perfidis impoſſibile uidebat, opeatq; ultione diuina ſecuritas noſtra reparata eſt. In lætitiã mentes redeunt, & tempeſtate preſſuræ ac nube diſcuſſa, tranquillitas ac ſerenitas refulſerunt. Dãdæ laudes deo, & beneficia eius ac munera cum gratiarum actione celebranda, quamuis agere gratias noſtra uox nec in perſecutione ceſſauerit. Neq; enim tantum inimico licere poteſt,ut non qui dominum toto corde, & anima,& uirtute diligimus, benedictiones eius & laudes ſemper & ubiq; cum gloria prædicemus. Exoptatus uotis omnibus dies uenit,& poſt longæ noctis horribilem tetramq; caliginem dei luce radiatus mundus eluxit. Confeſſores præconio boni nominis claros, & uirtutis ac fidei laudibus gloriofos,lætis conſpectibus intuemur, ſanctis oſculis adhærẽtes deſyderatos diu inexplebili cupiditate complectimur. Adeſt militũ CHRISTI cohors candida, qui perſecutionis urgentis ferociam turbulentam ſtabili congreſſione

Confeſſorum commẽdatio.

fregerunt,parati ad patientiam carceris,armati ad tolerantiam mortis: repugnaſtis fortiter ſeculo: ſpectaculum glorioſum præbuiſtis deo: ſecuturis fratribus

tribus fuistis exemplo. Religiosa uox CHRISTVM locuta est, in quẽ se semel credidisse confessa est. Illustres manus quæ non nisi diuinis operibus assueuerant sacrificijs sacrilegis restiterunt. Sanctificata ora cœlestibus cibis post corpus & sanguinem domini prophana contagia, & idolorũ reliquias respuerunt. Ab impio sceleratóque uelamine, quo illic uelabantur sacrificãtium capita captiua, caput uestrum liberum mansit. Frons cũ signo dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronæ se domini reseruauit. Quàm uos læto sinu excipit mater ecclesia de prælio reuertentes? Quàm beata, cꝫ gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis, de hoste pstrato trophæa referentes? Cum triumphantibus uiris & fœminæ ueniũt, quæ cum seculo dimicantes sexum quoq; uicerunt. Veniunt & geminata militiæ suæ gloria uirgines, & pueri annos suos uirtutibus transeuntes. Necnon & circũstantium cætera multitudo uestram gloriam sequitur, proximis & penè cõiunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. Eadem & illis syncritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis præceptorum cœlestium radicibus nixos, & euangelicis traditionibus roboratos, non præscripta exilia, non destinata tormẽta, non rei familiaris damna & corporis supplicia terruerunt. Explorandæ fidei præfiniebãtur dies. Sed qui seculo renũciasse se meminit, nullum seculi diem nouit. Nec tempora terrena iam computat, qui æternitatem de deo sperat. Nemo fratres nemo hãc gloriam mutilet, nemo incorruptam stantium firmitatem maligna obtrectatione debilitet, cum dies negãtibus præstitutus excessit, quisquis professus intra diem non est, Christianum se esse confessus est. Primus est uictoriæ titulus, gentium manibus apprehensum dominum confiteri. Secũdus ad gloriam gradus est, cauta secessione subtractum domino reseruari. Illa publica, hæc priuata confessio est. Ille iudicem seculi uincit, hic contentus deo suo iudice, cõscientiam puram cordis integritate custodit. Illic fortitudo promptior, hic solicitudo securior. Ille appropinquante hora sua iam maturus inuẽtus est. hic fortasse dilatus est, qui patrimonio derelicto idcirco secessit, quia non erat negaturus, confiteretur utiq; si fuisset & ipse detentus. Has martyrum cœlestes coronas, has cõfessorum glorias spiritales, has stantium fratrũ maximas eximiasq; uirtutes mestitia una contristat, quod auulsam nostrorũ uiscerum partem uiolentus inimicus populationis suæ strage deiecit. Quid hoc loco faciam dilectissimi fratres fluctuans uario mentis æstu? Quid aut quomodo dicam? Lachrymis magis quàm uerbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. Quis enim sic durus ac ferreus, quis sic fraternæ charitatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas, & lugubres ac multo squalore deformes reliquias cõstitutus, siccos oculos tenere prævaleat? nec erumpẽte statim fletu prius gemitus suos lachry-

Victoriæ gradus.

mis quàm uoce depromat? Doleo fratres doleo uobiſcum, nec mihi ad le-
niendos dolores meos integritas propria, & ſanitas priuata blanditur, quã-
do plus paſtor in gregis ſui uulnere uulneretur. Cum ſingulis pectus meũ
copulo, mœroris & funeris pondera luctuoſa participo. Cum plangẽtibus
plango, cum deflẽtibus defleo, cum iacentibus iacere me credo. Iaculis illis
graſſantis inimici mea mẽbra ſimul percuſſa ſunt, ſæuientes gladij per mea
uiſcera tranſierunt. Immunis & liber à perſecutionis incurſu fuiſſe non po-
Veritatis ra- teſt animus. In proſtratis fratribus & me proſtrauit affectus. Habenda ta-
tio habenda. men eſt fratres dilectiſſimi ratio ueritatis, nec ſic mentem & ſenſum perſecu-
tionis infeſtæ tenebroſa caligo debet cæcaſſe, ut nihil remanſerit lucis & lu-
minis, unde diuina præcepta perſpici poſſint. Si cladis cauſa cognoſcitur, &
Fides dormi- medela uulneris inuenitur, deus probare familiam ſuam uoluit. Et quia
ens cẽſura cœ- traditam nobis diuinitus diſciplinam pax longa corruperat iacẽtem fidem,
leſti erigitur. & penè dixerim dormientem, cenſura cœleſtis erexit: cũ ꝙ nos pro pecca-
tis noſtris amplius pati meremur, clementiſſimus dominus ſic cuncta mo-
deratus eſt, ut hoc omne quod geſtum eſt, exploratio potius quàm perſe-
cutio uideretur. Studebant augendo patrimonio ſinguli, & obliti quid cre-
dentes, aut ſub apoſtolis ante feciſſent, aut ſemper facere deberent, inſatia-
bili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in ſacer-
als* miniſtris. dotibus religio deuota, non in* miniſterijs fides integra, nõ in operibus mi-
ſericordia, non in moribus diſciplina. Corrupta barba in uiris, in fœminis
Inuerſa oñia. forma fucata. Adulterati poſt dei manus oculi, capilli mendacio colorati.
Ad decipienda corda ſimplicium callidæ fraudes, circũueniendis fratribus
ſubdolæ uoluntates. Iungere cum infidelibus uinculum matrimonij, proſti
tuere cum gentilibus membra CHRISTI. Non iurare tantum temere, ſed
ad hoc etiam peierare. Præpoſitos ſuperbo tumore contẽnere, uenenato ſi-
bi ore maledicere. O dijs pertinacibus inuicem diſſidere. Epiſcopi plurimi,
quos & ornamento eſſe oportet cæteris & exemplo, diuina procuratione
contempta procuratores rerum ſecularium fieri: derelicta cathedra, plebe
deſerta, per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quæſtuoſæ nundi
nas aucupari. Eſurientibus in eccleſia fratribus habere argentũ largiter, uel-
le fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicantibus fœnus auge-
re. Quid non perpeti tales pro peccatis eiuſmodi mereremur? cum iam pri-
Pſal. 88. dem præmonuerit ac dixerit cenſura diuina: Si dereliquerint legem meam,
& in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtificationes meas profanauerint,
& præcepta mea nõ ſeruauerint, uiſitabo in uirga facinora eorum, & in fla-
gellis delicta eorum. Prænũciata ſunt iſta nobis & ante prædicta. Sed nos
datæ legis & obſeruationis immemores, id egimus per noſtra peccata, ut
dum domini mandata contemnimus, ad correctionem delicti, & probatio
nem fidei remedijs ſeuerioribus ueniremus. Nec ſaltem ſero conuerſi ad do
mini

mini timorem ſumus, ut hanc correctionem noſtram probationemq; diui
nam patienter ſubiremus. Ad prima ſtatim uerba minantis inimici maxi-
mus fratrũ numerus fidẽ ſuã prodidit, nec proſtratus eſt perſecutionis im
petu, ſed uoluntario lapſu ſe ipſe proſtrauit. Quid oro inauditum, quid no
uum uenerat, ut uelut incognitis atq; inopinatis rebus exortis CHRISTI
ſacramentum temeritate præcipiti ſolueretur? Nónne hæc & prophetæ an-
te & apoſtoli poſtmodum nũciauerunt? Nõne iuſtorum preſſuras, & gen
tilium ſemper iniurias pleni ſpiritu ſancto prædicauerunt? Nõne fidem no
ſtram ſemper armans & dei ſeruos cœleſti uoce corroborans, dicit ſcriptu-
ra diuina: Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies? Nónne iram Deut. 6.
diuinæ indignationis oſtendens, & penè metum præmonens denuo dicit?
Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, & curuatus eſt homo, & hu- Eſa. 2.
miliatus eſt uir, & non laxabo illis. Et iterum deus loquitur dicens: Sacrifi- Exo. 22.
cans diis eradicabitur, niſi deo ſoli. In euangelio quoq; poſtmodum domi-
nus in uerbis doctor, & conſummator in factis, docens quid fieret & faciẽs
quodcunq; docuiſſet: quicquid nunc geritur & geretur, nõne ante præmo-
nuit? Nónne & negantibus æterna ſupplicia, & ſalutaria confitentibus præ
mia ante cõſtituit? Exciderunt quibuſdam, proh nefas, omnia, & de memo
ria receſſerunt. Non expectauerunt ſaltem, ut interrogati negarent, ut tus
accenderent apprehenſi. Ante aciem multi uicti, ſine congreſſione proſtra-
ti, nec hoc ſibi reliquerunt, ut ſacrificare idolis uiderentur inuiti. Vltro ad fo
rum currere, ad mortem ſponte properare, quaſi hoc olim cuperent, quaſi
amplecterentur occaſionem datam, quã ſemper optaſſent. Quot illic à ma-
giſtratibus ueſpera urgente dilati ſunt? quot ne eorum differretur interitus
etiam rogauerunt? Quam uim poteſt talis obtendere qua crimen ſuũ pur-
get, cum uim magis ipſe fecerit ut periret? Nõne quãdo ad Capitoliũ ſpon
te uentum eſt, quando ultro ad obſequium diri facinoris acceſſum eſt, laba-
uit greſſus, caligauit aſpectus, tremuerunt uiſcera, brachia conciderunt? Nõ
ſenſus obſtupuit, ſermo hæſit, lingua defecit? Stare illic potuit dei ſeruus, &
loqui & renunciare CHRISTO, qui iam diabolo renunciarat & ſeculo?
Non ara illa, quo morituruſ acceſſit, rogus illi fuit? Non illi altare, quod fœ-
tore tetro fumare ac redolere conſpexerat, uelut funus & buſtum uitæ ſuæ
horrere ac fugere debebat? Quid hoſtiam tecum miſer, quid uictimam im-
molaturus uel ſupplicaturus imponit? Ipſe ad aras hoſtia, uictima ipſe ue-
niſti. Immolaſti illic ſalutem tuam, ſpem tuam. Fidem tuã funeſtis illis igni
bus concremaſti. Ac multis proprius interitus ſatis non fuit. Hortamentis
mutuis in exitium populus impulſus eſt. Mors inuicem lethali poculo pro-
pinata eſt. Ac ne quid deeſſet ad criminis cumulum, infantes quoq; paren-
tum manibus uel impoſiti uel attracti. Amiſerunt paruuli, quod in primo

statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. Nónne illi cum iudicij dies uenerit dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo dei ad propha-na contagia sponte properauimus, perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas: Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem deum negauerunt, ut dum parui & improuidi, & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum iungimur, aliena fraude *moreremur? Nec est proh dolor iusta aliqua & grauis causa, quæ tantum facinus excuset. Relinquenda erat patria & patrimonij facienda iactura. Cui enim nascenti atq; morienti non relinquenda quandoq; patria, & patrimonij sui facienda iactura est? Vt CHRISTVS non relinquatur, salutis ac sedis æternæ iactura timeatur. Clamat ecce per prophetam spiritus sanctus: Discedite, discedite, exite inde, & immundum nolite tangere. Exite de medio eius, mundamini qui fertis uasa domini: & qui sunt uasa domini ac templum dei, ne immundum tangere, & feralibus cibis pollui uiolarique cogantur, non exeunt de medio nec recedunt? Alibi quoq; uox auditur è cœlo, præmonens quid dei seruos facere conueniat dicens: Exi de ea populus meus, ne particeps sis delictorum eius, & ne perstringaris plagis eius. Qui exit & cedit, delicti particeps non fit. Plagis uero & ipse constringitur, qui socius criminis inuenitur. Et ideo dominus in persecutione secedere & fugere mandauit, atq; ut id fieret, & docuit & fecit. Nam cum corona de dei dignatione descendat, nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi, quisquis in CHRISTVM manens interim cedit non fidem denegat, sed tempus expectat. Qui autem cum non secederet, cecidit, remansit negaturus. Dissimulanda fratres ueritas non est, nec uulneris nostri materia & causa reticenda. Decepit multos patrimonij sui amor cæcus, nec ad recedendum parati, aut expediti esse potuerunt quos facultates suæ uelut compedes ligauerunt. Illa fuerunt remanentibus uincula, illæ cathenæ, quibus & uirtus retardata est, & fides pressa, & mens uincta, & anima præclusa, ut serpenti terram (secundum dei sententiam) deuoranti, præda & cibus fierent, qui terrestribus inhærerent. Et idcirco dominus bonorum magister, & præmonens in futurum: Si uis, inquit, perfectus esse, uade uende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. Si hoc diuites facerent, per diuitias non perirent, thesaurum in cœlo reponentes, hostem nunc & expugnatorem domesticum non haberent: esset in cœlo cor, & animus, & sensus, si thesaurus esset in cœlo. Nec uinci à seculo posset, qui unde uinceretur in seculo non haberet: sequeretur dominum solutus & liber, ut apostoli & sub apostolis multi & nonnulli sæpe fecerunt: qui & rebus suis & parentibus derelictis, indiuiduis CHRISTO nexibus adhæserunt. Sequi autem CHRISTVM quomodo possunt, qui patrimonij uinculo detinentur? Aut quo modo

Esa. 52.

Apo. 18.

Matth. 19.

alis *caperemur

modo cœlum petunt,& ad sublimia & alta conscendunt,qui terrenis cupiditatibus degrauantur? Possidere se credunt,qui potius possidentur, census sui serui,nec ad pecuniam suam domini,sed magis pecuniæ mancipati. Pecuniæ mancipati.

Hoc tempus,hos homines apostolus denotat dicens: Qui autem uolunt diuites fieri,incidunt in tentationem & muscipulas,& desyderia multa, & nocentia,quæ mergunt hominem in perditionē & in interitū. Radix enim omnium malorum est cupiditas,quam quidam appetentes errauerunt à fide,& inseruerūt se doloribus multis. 1. Tim. 6. Cupiditas radix malorum.

Dominus autem quibus nos præmijs ad contemptum rei familiaris inuitat? Parua hæc & exigua huius temporis damna,quibus mercedibus pensat? Nemo est,inquit,qui relinquat domum,aut agrum,aut parentes,aut fratres,aut uxorem aut filios,propter regnum dei,& non recipiat septies tantum in isto tempore,in seculo autē uenturo uitam æternam. Mar. 10.

Quibus cognitis,& de domini pollicentis ueritate cōpertis,non tantum timenda non est eiusmodi,sed & optanda iactura,ipso denuo domino prædicante & monente: Beati eritis cum persecuti uos fuerint,& separauerint uos & expulerint,& maledixerint nomini uestro ut nequam propter filiū hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces uestra multa est in cœlis. Matth. 5.

Sed tormenta postmodum uentura erant, & cruciatus graues reluctantibus imminebant. Queri de tormētis potest, qui per tormenta superatus est: & excusationem doloris obtendere, qui uictus est in dolore. Potest rogare talis & dicere: Certare quidem fortiter uolui, & sacramenti mei memor deuotionis ac fidei arma suscepi: sed me in congressione pugnantē cruciamenta uaria & supplicia longa uicerunt. Stetit mens stabilis,& fides fortis,& cum torquentibus pœnis immobilis diu anima luctata est: sed cum durissimi iudicis recrudescente sæuitia iam fatigatum nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes,nunc equuleus extenderet,nunc ungula effoderet,nunc flamma torreret, caro me in colluctatione deseruit,infirmitas uiscerum cessit,nec animus sed corpus in dolore defecit. Potest cito proficere ad ueniam causa talis. Potest eiusmodi excusatio esse miserabilis. Sic hic Casto & Aemilio aliquando dominus ignouit. Sic in prima congressione deuictos,uictores in secundo prælio reddidit,ut fortiores ignibus fierent,qui ignibus ante cessissent,& unde superati essent inde superarent. Deprecabantur illi non lachrymarum miseratione, sed uulnerum,nec sola lamentabili uoce,sed laceratione corporis & dolore. Manabat pro fletibus sanguis,& pro lachrymis cruor semiustulatis uisceribus defluebat. Nunc uero quæ uulnera ostendere uicti possunt? quas plagas hiantium uiscerum? quæ tormenta membrorum,ubi non fides congressa cecidit,sed congressionem perfidia præuenit? Nec excusat oppressum necessitas criminis,ubi crimen est uoluntatis. Nec hoc eo dico, ut fratrum causas Corpus non animo in martyrio deficit.

onerem,sed ut magis fratres ad precem satisfactionis instigem: Nam cum scriptum sit,qui uos felices dicunt in errorem uos mittunt, & semitas pedũ uestrorum turbant. Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec comprimit delicta ille,sed nutrit. At qui consilijs fortioribus redarguit simul,atq; instruit fratrem,promouet ad salutem. Quos diligo,inquit dominus,redarguo,& castigo. Sic oportet dei sacerdotem non obsequijs decipientibus fallere, sed remedijs salutaribus prouidere. Imperitus est medicus, qui tumentes uulnerũ sinus manu parcente contrectat,& in altis recessibus uiscerum uirus inclusum, dum seruat, exaggerat. Aperiendum uulnus est & secandum,& putredinibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet, & conqueratur æger impatiens per dolorem,gratias aget postmodum,cum senserit sanitatem. Emersit enim fratres dilectissimi nouum genus dadis,& quasi parum persecutionis procella sæuierit,accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo malum fallens & blanda pernicies. Contra euangelij uigorem,contra domini ac dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio. Irrita & falsa pax periculosa dantibus,& nihil accipientibus profutura. Nó quærunt sanitatis patientiam,nec ueram de satisfactione medicinam. Pœnitentia de peccatoribus excluſa est,grauissimi extremiq; delicti memoria sublata est. Opperiũtur morientium uulnera,& plaga lethalis altis & profundis uisceribus infixa,dissimulato dolore contegitur. A diaboli aris reuertentes,ad sanctum domini sordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos adhuc pẽnè ructantes,exhalãtibus etiamnum scelus suum faucibus & contagia funesta redolentibus, domini corpus inuadunt,cum occurrat scriptura diuina & clamet & dicat: Omnis mundus manducabit carnem,& anima quæcunq; manducauerit ex carne salutaris sacrificij,quod est domini,& immũdicia eius super ipsum,& peribit anima illa de populo suo: Apostolus item testetur & dicat: Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorũ,nõ potestis mensæ domini cõmunicare & mensæ dæmoniorũ: Idem cõtumacibus & puicacibus cõminet & denũciet dicens: Quicũq; ederit panẽ,aut biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Spretis his omnibus atq; contemptis,uis infertur corpori eius & sanguini eius. Plus modo in dominum manibus atq; ore delinquunt,quàm cum dominum negauerunt. Ante expiata delicta,ante exhomologesin factam criminis,ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis,ante offensam placatam indignantis domini & minantis,pacem putant esse,quam quidã uerbis fallacibus uenditant. Non est pax illa,sed bellũ. Nec ecclesia iũgitur qui ab euangelio separatur. Quid iniuriam beneficium uocant? quid impietatem uocabulo pietatis appellãt? quid

Apo.3.

Medicus imperitus.

Pax dantibus periculosa.

Leui.17.

1. Corin.10.

2. Corin.11.

Exhomologesis confessio.

quid eis qui flere iugiter,& rogare dominū ſuū debent,intercepta pœniten
tiæ lamentatione cōmunicare ſe ſimulant? Hoc ſunt eiuſmodi lapſis, quod
grando frugibus,quod turbidū ſydus arboribus,quod armentis peſtilens
uaſtitas,quod nauigijs ſæua tempeſtas. Solatium æternæ ſpei adimunt, ar
borem à radice ſubuertūt,ſermone morbido ad lethale cōtagiū ſerpūt,na-
uem in ſcopulos,ne in portū perueniat,illidūt. Nō cōcedit pacē facilitas iſta,
ſed tollit,nec cōmunicationē tribuit,ſed impedit ad ſalutem. Perſecutio eſt
hæc alia,& alia tentatio,per quam ſubtilis inimicus impugnandis adhuc la
pſis occulta populatione graſſatur. Vt lamētatio conquieſcat,ut dolor ſile-
at,ut delicti memoria uaneſcat, comprimatur pectorū gemitus,ſtatuat fle
tus oculorum,ne dominum grauiter offenſum longa & plena pœnitentia
deprecetur,cum ſcriptū ſit: Memento unde ecideris,& age pœnitentiā. Ne Apo.2.
mo ſe fallat,nemo decipiat. Solus dominus miſereri poteſt. Veniam pecca- Deo proprium miſereri.
tis,quæ in ipſum commiſſa ſunt, ſolus poteſt ille largiri qui peccata noſtra
portauit,qui pro nobis doluit,quem deus tradidit pro peccatis noſtris. Ho
mo deo eſſe non poteſt maior,nec remittere aut donare indulgentia ſua ſer
uus poteſt,quod in dominū delicto grauiore cōmiſſum eſt,ne adhuc lapſo
& hoc accedat ad crimen,ſi neſciat eſſe prædictum. Maledictus homo qui Hiere.17.
ſpem habet in homine. Dominus orandus eſt,dominus noſtra ſatiſfactio- Dominus orandus.
ne placandus eſt,qui negantē negare ſe dixit, qui omne iudicium de patre Ioan.5.
ſolus accepit. Credimus quidem poſſe apud iudicem plurimū ualere mar-
tyrū merita & opera iuſtorū,ſed cū iudicij dies uenerit,cū poſt occaſum ſe-
culi huius & mundi ante tribunal CHRISTI populus eius aſtiterit. Cæterū
ſi quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionē ſe cunctis dare pu-
tat poſſe,aut audet domini præcepta reſcindere,nō tantū nihil prodeſt, ſed
& obeſt lapſis. Prouocaſſe eſt iram,non ſeruaſſe ſententiam,nec miſericor-
diam prius dei deprecandā putare,ſed contempto domino de ſua facilita-
te præſumere. Sub ara dei animæ occiſorum martyrū clamant magna uo- Apo.6.
ce dicentes: Quouſq; domine ſanctus & uerus non iudicas & uindicas ſan-
guinem noſtrū de his qui in terris inhabitant? & requieſcere ac patientiam
adhuc tenere iubentur: & quenquàm poſſe aliquis exiſtimat remittendis
paſſim donandiſq; peccatis bonum fieri contra iudicem uelle, aut priuſq;
uindicetur, ipſe alios poſſe defendere? Mandant aliquid martyres fieri? ſi
iuſta,ſi licita,ſi non contra ipſum dominum à dei ſacerdote facienda ſunt, ſi
obtemperantis facilis & prona conſenſio,ſi petentis fuerit religioſa modera
tio. Mandant aliquid martyres fieri? Sed ſi ſcripta non ſunt in domini lege
quæ mandant. Ante eſt ut ſciamus illos de deo impetraſſe,quod poſtulāt,
tūc facere q̄d mandant. Neq; eñ ſtatim uideri poteſt de diuina maieſtate
cōceſſum,q̄d fuerit hūana pollicitatione p̄miſſum. Nā & Moyſes p̄ pecca

Exodi. 32. tis populi petit, nec tamen peccãtibus ueniam, cum petiſſet, accepit. Precor, ait, domine deliquit hic populus delictum grande, & nunc ſi dimittis eis delictum dimitte: ſin autem, dele me de libro quem ſcripſiſti. Et dixit dominus ad Moyſen: Si quis deliquit ante me, deleam eũ de libro meo. Ille amicus dei, ille facie ad faciem locutus cum deo, quod petijt impetrare non potuit, nec dei indignantis offenſam ſua deprecatione pacauit. Hieremiam

Hiere. 1. deus laudat & prædicat dicens: Priuſquàm te formarem in utero, noui te, & priuſquàm exires de uulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus de-

Ibidem. 7. di te, & eidem pro peccatis populi deprecanti frequẽtius & oranti, Noli, ait, orare pro populo hoc, & noli poſtulare pro eis in prece & oratione, quia nõ exaudiam in tempore in quo inuocabunt me, in tempore afflictionis ſuæ.

Gen. 6. Quid uero iuſtius Noë, qui cum repleta eſſet terra peccatis, ſolus inuentus

Dan. 3. eſt iuſtus in terris? Quid glorioſius Daniele? Quid ad facienda martyria in fidei firmitate robuſtius? in dei dignatione felicius? qui totiens & cum

Iob. 1. confligeret uicit, & cum uinceret ſuperuixit? Quid Iob in operibus promptius, in tentationibus fortius, in dolore patientius, in timore ſubmiſſius, in fide uerius? Nec his tamen ſi rogarent conceſſurum ſe deus dixit. Cum pro

Ezech. 14. pheta Ezechiel pro delicto populi deprecaretur: Terra, inquit, quæcunque peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam ſuper eã, & obteram ſtabilimentum panis, & immittam in eam famem, & auferam ab ea hominẽ & pecora. Et ſi fuerint tres uiri ĩ̃ in medio eius, Noë, Daniel, & Iob, non liberabunt filos neq; filias, ipſi ſoli ſalui erunt. Adeo non omne quod petitur in præiudicio petentis, ſed in dantis arbitrio eſt. Nec quicq̃ ſibi uſurpat & uindicat humana ſententia, niſi annuat & cenſura diuina. In

Mar. 8. Luc. 12. Matth. 10. euangelio dominus loquitur, dicens: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Qui autem me negauerit, & ego negabo eum. Si ſe negantem non negat, nec confitentem confitetur. Non poteſt euangelium in parte conſiſtere, & in parte nutare. Aut utrũq; oportet ut ualeat, aut utrũq; uim ueritatis amittat. Si negantes rei criminis non erunt, nec confitentes præmiũ uirtutis accipient. Porrò ſi fides quæ uicerit, coronatur, neceſſe eſt ut uicta perfidia puniatur. Ita martyres, aut nihil poſſunt, ſi euangelium ſolui poteſt, aut ſi euangelium nõ poteſt ſolui, contra euangelium facere non poſſunt, qui de euãgelio martyres fiunt. Nemo fratres dilectiſſimi infamet martyrũ dignitatem, nemo eorũ glorias deſtruat, & coronas. Manet incorruptæ fidei robur incolume, nec dicere aliquid aut facere contra CHRISTVM poteſt, cuius & ſpes, & fides, & uirtus, & gloria oĩs in CHRISTO eſt. Vt ab epiſcopis cõtra mãdatũ dei fiat, auctores eſſe nõ poſſunt, qui ipſi dei mandata fecerũt. An q̃ſq̃ maior deo, aut diuina bonitate demẽtior, q aut infectũ uelit, q̃d paſſus eſt de⁹ fieri, aut

ri, aut quasi illi minus potestatis ad protegendam ecclesiam suam fuerit, auxilio nos suo putet posse seruari? nisi hæc ignaro deo gesta sunt: aut non permittente illo omnia ista ueniunt, cum doceat indociles, & admoneat immemores scriptura diuina quæ loquitur dicens: Quis dedit in direptionem Esa. 42.
Iacob & Israel eis qui prædabantur eum? nónne deus cui peccauerunt & nolebant in uijs eius ambulare, neq; audire legem eius? Et superduxit super eos irā animationis suæ. Et alibi testatur ac dicit: Nũ quid non ualet ma Esa. 59.
nus dei ut saluos faciat? Aut grauauit aurem ut non exaudiat? sed peccata uestra inter uos & deum separant, & propter delicta uestra auertit faciem à uobis, ne misereatur. Delicta potius nostra reputemus, actus nostros & animi secreta uoluentes, conscientiæ merita ponderemus. Redeat in cor nostrum non ambulasse nos in uijs domini, & abiecisse legem dei: præcepta eius & monita salutaria nunquàm seruare uoluisse, quid de eo boni sentias? Quẽ timorem fuisse apud eum, quam fidem credas, quem cor rigere nec metus potuit, nec persecutio ipsa reformauit? Alta & erecta cetuix, nec quia cecidit inflexa est. Tumens animus & superbus, nec quia uictus est fractus est. Iacens stantibus, & integris uulneratus minat, & quod Vulnerati est detegere nullum.
non statim domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. Atque ô tuam ni-
miam furiose dementiam, Irasceris ei qui abs te auertere iram dei nititur, ei minaris qui pro te domini misericordiam deprecatur: qui uulnus tuum sentit, quod ipse non sentis, qui pro te lachrymas fundit, quas ipse forsitan non fundis. O neras adhuc crimen & cumulas. Et cum sis ipse implacabilis, Exhortatio.
ad antistites dei putas circa te dominum posse placari? Accipe potius & admitte quæ loquimur. Quid surdæ aures salutaria præcepta non audiunt, quæ monemus? Quid cæci oculi pœnitentiæ iter non uident quod ostendimus? Quid perculsa & alienata mens remendia uitalia non percipit, quæ de scripturis cœlestibus & discimus, & docemus? Aut si incredulis quibusdam minor fides est futurorum, uel præsentibus terreantur. Ecce eorum qui negauerunt, quæ supplicia conspicimus, quos eorum tristes exitus flemus. Nec hic esse sine pœna possunt, quamuis necdum pœnæ dies uenerit. Plectuntur interim quidam, quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omniũ tormenta paucorum. Vnus ex his qui sponte Capitolium negaturus ascendit, postquàm CHRISTVM negauit, obmutuit. Pœna inde cœpit, unde cœpit & crimen, ut nec rogare iam posset, qui uerba ad precandam misericordiam non haberet. Alia in balneis constituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, ut ad balneas statim pergeret, quæ lauacri uitalis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit, laniauit dẽtibus Puella a dæmone possessa
linguã, qua fuerat uel pasta impie uel locuta. Postẽ; sceleratus cibus sũptus

est in

est,in perniciem suã rabies oris armata est.Ipsa sui carnifex extitit, nec diu superesse postmodum potuit,doloribus uentris & uiscerum cruciata defecit.Præsente ac teste me ipso accipite quid euenerit.Parentes forte fugientes dum trepidi minus consulunt,sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt,relictam nutrix detulit ad magistratus.Illi ei apud idolum quò populus confluebat,quod carnem necdum posset edere per ætatem, panem mero mixtum,quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium superarat,tradiderunt.Recepit filiam postmodum mater.Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit,quàm nec intelligere prius potuit,nec arcere.Ignoratione igitur obreptum est,ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cũ sanctis, precis nostræ & orationis impatiens,nũc ploratu concuti,nunc mentis æstu fluctuabunda iactari,uelut tortore cogente,quibus poterat indicijs conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur.Vbi uero solẽnibus adimpletis calicem diaconus offerre præsentibus cœpit,& accipientibus cæteris locus eius aduenit,faciem suã paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere,os labijs obturantibus premere, calicem recusare.Perstitit tamen diaconus,& reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & uomitus. In corpore atque ore uiolato eucharistia permanere non potuit.Sanctificatus in domini sanguine potus,de pollutis uisceribus erupit.Tanta est potestas domini, tanta maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt,sacerdotem dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem quæ ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem.At uero ea quæ ætate prouecta,& in annis adultioribus constituta sacrificantibus latenter obrepsit,non cibum,sed gladium sibi sumens & uelut quædam uenena lethalia intra fauces & pectus admittens angi, & anima exæstuante concludi postmodum cœpit. Et pressuram non iam persecutionis,sed delicti sui passa palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occultum dissimulatæ conscientiæ crimen, quæ fefellerat hominem, deum sensit ultorem.Et cum quædam arcam suam,in qua domini sanctum fuit,manibus indignis tentasset aperire,igne inde surgente deterrita est,ne auderet attingere.Et quidam alius & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato,partem cum cæteris ausus est latenter accipere, sanctum dei edere & contractare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus inuenit,documento unius ostensum est, dominum recedere, cum negatur: nec immerentibus ad salutem prodesse,quod sumitur, cum gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur.Quàm multi quotidie immundis spiritibus adimplentur,cꝫ multi usqꝫ ad insaniam mentis excordes dementiæ furore quatiuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum,cum

Miraculum.

tum,cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum pœna sit uaria, & delinquentiũ multitudo numerosa. Vnusquisq; consyderet non quid alius passus sit,sed quid pati & ipse mereatur. Nec euasisse se credat,si eum interim pœna distulerit,cum timere plus debeat, quem sibi dei iudicis censura seruauit:ne sibi quo minus agant pœnitentiam blandiantur,qui & si nefandis sacrificijs manus non contaminauerunt,libellis conscientiam polluerũt. Et illa professio denegantis contestatio est Christiani quod fuerat abnuentis,fecisse se dixit quicquid alius faciendo cõmisit. Cumq; scriptum sit: Non potestis duobus dominis seruire,seruiuit seculari domino qui obtemperauit eius edicto. Magis obaudiuit humano imperio quàm deo. Viderit an minore uel dedecore,uel crimine apud homines publicauerit quod admisit. Deum tamen iudicem subterfugere & uitare non poterit,cum dicat spiritus sanctus in psalmis: Quod est imperfectum meum,uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. & iterum: Homo uidet in facie, deus in corde: Ipse quoq; dominus præmoneat & præstruat dicens: Et scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutator renis & cordis. Perspicit ille abdita & secreta,atq; occulta consyderat. Nec dei oculos potest aliquis euadere dicentis: Ego deus approximans,& nõ deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in abditis,ego ergo non uidebo eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Videt ille corda & pectora singulorum, & iudicaturus non tantum de factis,sed & de uerbis & de cogitationibus nostris omnium mentes uoluntatesq; conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. Deniq; quando & fide maiore & timore meliore sunt,qui quamuis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti,quoniam tamen de hoc uel cogitauerũt hoc ipsum apud sacerdotes dei dolenter & simpliciter confitentur, exhomologesin conscientiæ faciunt,animi sui pondus exponunt, salutarem medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirunt, scientes scriptum esse: Deus non deridetur. Derideri & circumueniri deus non potest,nec astutia aliqua fallente deludi. Plus immo delinquit,qui secundum hominem deum cogitans,euadere se pœnam criminis credit,si nõ palam crimen admisit. CHRISTVS in præceptis suis dicit: Qui confusus me fuerit,confundet eum filius hominis. Et Christianum se putat,qui Christianus esse aut confunditur,aut ueretur? Quomodo potest esse cum CHRISTO,qui ad CHRISTVM pertinere,aut erubescit,aut metuit? Minus planè peccauerit non uidendo idola,nec sub oculis circũstantis atque insultantis populi sanctitatem fidei profanando,non polluendo manus suas funestis sacrificijs, nec sceleratis cibis ora maculando. Hoc eò proficit,ut sit minor culpa, non ut innocens conscientia. Facilius potest ad ueniam criminis peruenire,non est tamen immunis à crimine. Nec cesset in agenda pœnitentia atque in domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti ui-

Matth. 6.

Psal. 138.

1. Reg. 16.

Hier. 17.

Deo omnia manifesta.

Gal. 6.

licti uidetur, in neglecta satisfactione cumuletur. Confiteantur singuli quæ
so uos fratres delictum suum, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dū ad
mitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes
apud dominum grata est. Conuertamur ad dominum mente tota, & pœni
tentiam criminis ueris doloribus exprimentes, dei misericordiam deprece
mur. Illi se anima prosternat. Illi mœstitia satisfaciat. Illi spes omnis incum
bat. Rogare qualiter debeamus dicit ipse: Reuertimini, inquit, ad me ex to
to corde uestro, simulq; & ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda ue
stra & non uestimenta. Ad dominum toto corde redeamus. Iram & offen
sam eius ieiunijs, fletibus, planctibus, sicut admonet ipse, placemus. Lamen
tati eum putamus ex toto corde, ieiunijs, fletibus, planctibus dominum de
precari, qui ex primo criminis die lauacra cum fœminis quotidie celebrat,
qui epulis affluētibus pastus, & sagina largiore distentus, cupiditates suas
postridie eructat, nec cibos suos & potus cum pauperum necessitate com
municat? Qui hilaris ac lætus incedit, quomodo mortē suam deflet? Cūq;
scriptum sit, non corrumpetis effigiem barbæ uestræ, barbam uellit & faciē
suam comit. Et placere nunc cuiq; studet, qui deo displicet? An illa ingemi
scit & plangit, cui uacat cultum precioſæ uestis induere, nec indumentum
CHRISTI quod perdidit cogitare? accipere preciosa ornamenta, & mōni
lia elaborata, nec diuini & cœlestis ornatus damna deflere? Tu licet indu
Deformis quisq; sine dei decore. menta peregrina & uestes Sericas induas, nuda es. Auro te licet & margari
tis gemmisq; condecores, sine CHRISTI decore deformis es. Et quæ capil
los tuos inficis, uel nunc in doloribus define. Et quæ nigri pulueris ductu
oculorum liniamenta depingis, uel nunc lachrymis oculos tuos ablue. Si
quem de tuis charis mortalitatis exitu perdidisses, ingemiscere dolenter &
fleres. facie inculta, ueste mutata, neglecto capillo, uultu nubilo, ore deiecto
indicia meroris ostenderes. Animam tuā misera perdidisti, spiritaliter mor
tua superuiuere hic tibi, & ipsa ambulans funus tuum portare cœpisti, &
non acriter plangis, non iugiter ingemiscis? Non te uel pudore criminis, uel
continuatione lamentationis abscōdis? Ecce peiora adhuc peccandi uulne
ra, ecce maiora delicta, peccasse nec satisfacere, deliquisse, nec delicta defle
Dan. 3. re. Ananias, Azarias, Misahel illustres ac nobiles pueri, q̄ minus exhomo
logesin deo facerent, nec inter flammas & camini exæstuantis incendia
quieuerunt. Bene sibi licet conscij & dominum fidei ac timoris obsequio sæ
pe promeriti, humilitatem tamē tenere & domino satisfacere nec inter ipsa
glorioſa uirtutum suarum martyria destiterunt. Loquitur scriptura diuina:
Stans, inquit, Azarias precatus est, & aperuit os suum, & exhomologesin
faciebat deo simul cum sodalibus suis in medio ignis. Daniel quoq; post
fidei atq; innocentiæ suæ multiplicem gratiam, post dignationem domini
circa uirtutes ac laudes suas sæpe repetitam, ieiunijs adhuc pmereri deum
nititur

nititur,in ſacco & in cinere uolutatur,exhomologeſin faciens dolenter & di/
cens:Domine deus magnus & fortis,& metuendus, qui ſeruas teſtamẽtum Daniel.9.
& miſerationes eis, qui te diligunt & conſeruant imperia tua, peccauimus,
facinus admiſimus,impij fuimus,tranſgreſſi ſumus, ac deſeruimus præce/
pta tua & iudicia tua,non audiuimus uerba puerorum tuorum propheta/
rum,quæ locuti ſunt in nomine tuo ſuper reges noſtros & omnes gentes,&
ſuper omnem terram. Tibi domine gloria,tibi iuſticia,nobis autem confu/
ſio.Hæc mites,hæc ſimplices, hæc innocentes in promerenda dei maieſtate
fecerunt,& nunc ſatiſfacere,& dominum deprecari detrectant,qui dominũ
negauerunt? Quæſo uos fratres acquieſcite ſalubribus remedijs, conſilijs
obedite melioribus: cum lachrymis noſtris ueſtras lachrymas iungite, cum
noſtro gemitu ueſtros gemitus copulate. Rogamus uos, ut pro uobis deũ
rogare poſſimus, preces ipſas ad uos prius uertimus,quibus deum pro uo/
bis ut miſereatur,oramus. Agite pœnitẽtiam plenam,dolentis ac lamentan
tis animi probate mœſtitiam: nec uos quorundam moueat aut error im/
prouidus,aut ſtupor uanus,qui cum teneantur in tam grandi crimine,per/
cuſſi ſunt animi cæcitate,ut nec intelligant delicta,nec plangant. Indignan/
tis dei maior hæc plaga eſt,ſicut ſcriptum eſt: Et dedit illis deus ſpiritũ tranſ Eſa. 6.
punctionis.& iterum: Delectum ueritatis non receperunt,ut ſalui fierent,ac 2. Theſſa.2.
propterea mittet illis deus operationem erroris,ut credant mendacio,ut iu/
dicentur omnes qui non crediderunt ueritati,ſed ſibi placeant in iuſticia. In/
iuſte ſibi placentes,& tranſpunctæ mentis alienatione dementes dei præce/
pta contemnunt,medelam uulneris negligunt, agere pœnitentiam nolunt.
Ante admiſſum facinus improuidi,poſt facinus obſtinati, nec prius ſtabi/
les,nec poſtmodum ſupplices, quando debuerant ſtare iacuerunt, quando
iacere & proſternere ſe deo debent,ſtare ſe opinantur. Pacem ſibi ultro ne/
mine dante ſumpſerunt,falſa pollicitatione ſeducti, & apoſtatis ac perfidis
iuncti,errorem pro ueritate ſumpſerunt. Communicationem non commu/
nicantium ratam ducunt,hominibus contra deum credunt,qui cõtra homi/
nes deo non credunt. Eiuſmodi homines quantum poteſtis effugite,perni/
tioſis contactibus adhærentes, ſalubri cautione uitate. Sermo eorum ſicut Sermo malo/
cancer ſerpit:colloquium uelut contagium tranſilit: noxia & uenenata per/ rũ ſicut cancer
ſuaſio perſecutione ipſa peius interficit: illic ſupereſt pœnitentia,quæ ſatiſ/
faciat. Qui autem pœnitentiam criminis tollunt, ſatiſfactionis uiam clau/
dunt. Ita fit ut dum temeritate quorũdam uel promittitur ſalus falſa, uel cre
ditur,ſpes ueræ ſalutis adimatur. Vos uero fratres, quorum timor in deum
pronus eſt,& in ruina licet animus conſtitutus mali ſui memor eſt,pœniten
tes ac dolentes peccata ueſtra perſpicite,grauiſſimũ conſcientiæ crimẽ agno/
ſcite,ad intelligentiam delicti ueſtri oculos cordis aperite, nec deſperãtes mi
ſericordiam domini, nec tamen iam ueniam uendicantes. Deus quantum Deus miſe/
ricors.

patris pietate indulgens ſemper & bonus eſt,tantum iudicis maieſtate me-
tuẽdus eſt. Quàm magna deliquimus,tam granditer defleamus. Alto uul-
neri diligens & longa medicina non deſit: pœnitentia crimine minor nõ ſit.
Putas ne tu dominum cito poſſe placari, quem uerbis perfidis abnuiſti, cui
patrimonium præponere maluiſti,cuius templum ſacrilega cõtagione uio-
laſti? Putas facile eum miſereri tui,quem tuũ non eſſe dixiſti? Orare opor-
tet impẽnſius & rogare,diem luctu tranſigere,uigilijs noctes ac fletibus du-
cere,tempus omne lachrymoſis lamentationibus occupare,ſtratos ſolo ad-
hærere cineri,in cilicio uolutari & ſordibus:poſt indumentũ CHRISTI per-
ditum,nullum iam uelle ueſtitum: poſt diaboli cibum malle ieiunium: iu-
ſtis operibus incumbere,quibus peccata purgantur: eleemoſynis frequẽter
inſiſtere, quibus à morte animæ liberantur: quod aduerſarius auferebat,
CHRISTVS accipiat:nec teneri iam nec amari patrimoniũ debet,quo quis
& deceptus & uictus eſt. Pro hoſte uitanda res, pro latrone fugienda, pro
gladio metuenda poſſidentibus & uendẽda. Ad hoc tantũ profuerit quod
remanſit,ut inde crimen & culpa redimatur. Incunctãter & largiter fiat ope
ratio: cenſus omnis in medelã uulneris erogetur,opibus & facultatibus no-
ſtris qui de nobis iudicaturus eſt, domino fœneret: Sic ſub apoſtolis fides
uiguit,ſic primus credentium populus CHRISTI mandata ſeruauit: prom-
pti erant,largi erant,diſtribuendum per apoſtolos totum dabant,& non ta
lia delicta redimebant. Si precem toto corde quis faciat,ſi ueris pœnitentiæ
lamẽtationibus & lachrymis ingemiſcat,ſi ad ueniam delicti ſui dominum
iuſtis & cõtinuis operibus inflectat,miſereri talium poteſt, qui & miſericor-
Ezech. 33. diam ſuam protulit dicens: Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis, &
ſcies ubi fueris. & iterum: Nolo mortẽ peccatoris dicit dominus, quãtum ut
reuertat & uiuat. Et Iohel propheta pietatẽ domini,domino ipſo monente,
Iohel. 2. declarat: Reuertimini,inquit,ad dominũ deum ueſtrum,quoniã miſericors
& pius eſt,& patiens,& multæ miſerationis,& qui ſententiam flectat aduer
ſus maliciam irrogatam. Poteſt ille indulgẽtiam dare,ſententiam ſuam po
teſt ille deflectere. Pœnitenti, operanti,roganti poteſt clementer ignoſcere:
poteſt acceptum ferre,quicquid pro talibus & petierint martyres,& fecerint
ſacerdotes. Vel ſi quis plus eum ſuis ſatiſfactionibus mouerit, ſi eius iram,
ſi indignãtis offenſam iuſta deprecatione placauerit. Dat ille arma rurſum,
quibus uictus armetur: reparat & corroborat uires, quibus fides inſtaura-
ta uegetetur. Repetet & certamen ſuum miles iterabit,in acie prouocabit ho
ſtem,& quidem factus ad prælium fortior poſt dolorem. Qui ſic deo ſatiſ-
fecerit, qui pœnitentia facti ſui, qui pudore delicti plus uirtutis & fidei de
ipſo lapſus ſui dolore conceperit,exauditus & adiutus à domino,quam cõ-
triſtauerat nuper, lætam faciet eccleſiam: nec iam ſolam dei ueniam mere-
bitur,ſed coronam.

Argumentum

ARGVMENTVM SERMONIS SEQVENTIS.

Sermo sextus eiusdem de oratione dominica, scilicet, Pater noster, in quo docet qua potissimum oratione uti, & qualiter ad eam accedere, & quo gestu corporis & modo uocis conueniat, qui se Christianum esse asserit.

SERMO SEXTVS DE ORATIONE DOMINICA.

Vangelica præcepta fratres dilectissimi nihil sunt aliud q̄ magisteria diuina, fundamenta ædificandæ spei, firmamēta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis: quæ dum dociles credentium mentes in terris instruunt, ad cœlestia regna perducunt. Multa & per prophetas seruos suos dici deus uoluit & audiri, sed quāto maiora sunt quæ filius loquitur, quæ dei sermo, qui in prophetis fuit, propria uoce testatur? non iam mandans ut paretur uenienti uia, sed ipse ueniens, & uiam nobis aperiens & ostendens, ut qui in tenebris mortis errantes improuidi & cæci prius fuimus, lucis gratia illuminati, iter uitæ, duce & rectore domino teneremus. Qui inter cætera salutaria sua monita & præcepta diuina, quibus populo suo consulit ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaremur monuit & instruxit. Qui fecit uiuere, docuit & orare, benignitate scilicet qua & cætera dare & cōferre dignatus est, ut dum prece & oratione quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur. Iam prædixerat horam uenire, quando ueri adoratores adorarent patrem in spiritu & ueritate, & impleuit quod ante promiserat, ut qui spiritum & ueritatem de eius sanctificatione percepimus, de traditione quoque eius uere & spiritaliter adoremus. Quæ enim potest magis spiritalis esse oratio, quàm quæ à CHRISTO nobis data est, à quo nobis & spiritus sanctus missus est? Quæ uera magis apud patrem precatio quàm quæ à filio, qui est ueritas, de eius ore prolata est? ut aliter orare quàm docuit non ignorantia sola sit, sed & culpa, quando ipse posuerit & dixerit: Reijcitis mandatum dei, ut traditionem uestram statuatis? Oremus itaque fratres dilectissimi sicut magister deus docuit. Amica & familiaris oratio est deum de suo rogare, ad aures eius ascendere CHRISTI orationem. Agnoscat pater filij sui uerba, cum precem facimus. Qui habitat intus in pectore, ipse sit & in uoce. Et cum ipsum habeamus apud patrem aduocatum pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri uerba promamus. Nam cum dicat, quia quodcunque petieris à patre in nomine meo dabit uobis, quanto efficacius impetramus quod petimus in CHRISTI nomine, si petamus ipsius oratione? Sit autem orantibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub cōspectu dei stare. Placendum est diuinis oculis & habitu corporis & modo uocis. Nam ut impuden

Oratio dominica cæteris anteferenda.

Matth. 15.

Ioan. 16.

tis est clamoribus strepere, ita contra congruit uerecundo modestis precibus orare. Denique magisterio suo dominus secrete nos orare præcepit in abditis & secretis, uel semotis locis, in cubiculis ipsis quod magis conuenit fidei, ut sciamus deum ubique esse præsentem, audire omnes & uidere, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoque & occulta penetrare, sicut
Hiere.23. scriptum est: Ego deus approximans, & non deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ergo ego non uidebo eum? Nónne cœ-
Prouer.15. lum & terram ego impleo? & iterum: In omni loco oculi dei speculantur bonos & malos. Et quando in unum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum dei sacerdote celebramus, uerecundiæ & disciplinæ memores esse debemus: Non passim uentilare preces nostras inconditis uocibus, nec petitionem commendandam modeste, deo tumultuosa loquacitate iactare. Quia deus non uocis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamo
Luc.5. ribus, qui cogitationes uidet, prouocante domino & dicente: Quid cogita-
Hiere.17. tis nequam in cordibus uestris? & alio loco: Et scient omnes ecclesiæ, quia
Anna typus ecclesiæ. ego sum scrutator renis & cordis. Quod Anna in primo regnorum libro ecclesiæ typum portans custodit & seruat, quæ dominum non clamosa petitione, sed tacite & modeste intra ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, sed manifesta fide: Loquebatur non uoce, sed corde, quia sic sciebat deum audire, & impetrauit efficaciter quod petiit, quia fideli-
1.Reg.1. ter postulauit. Declarat scriptura diuina, quæ dicit: Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & uox eius non audiebatur, & exaudiuit
Psal.4. eam deus. Item legimus in psalmis: Dicite in cordibus & in stratis uestris
Hiere.29. & transpungimini. Per Hieremiam quoque hæc eadem spiritus sanctus
Orandi ado, rãdiq; modus. suggerit & docet dicens: In sensu autem tibi debet adorari deus. Adorans autem fratres dilectissimi nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum pharisæo & publicanus orauerit: non alleuatis impudenter ad cœlum oculis, nec manibus insolenter erectis, pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans, diuinæ misericordiæ implorabat auxilium. Et cum sibi Pharisæus placeret, sanctificari hic magis meruit, qui sic orauit,
Innocens nemo. qui spem salutis non in fiducia innocentiæ suæ posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter orauit, & exaudiuit orantem, qui humi-
Luc.18. libus ignoscit. Quæ dominus in euangelio suo ponit & dicit: Homines duo ascenderunt in templum adorare, unus pharisæus & alter publicanus, Pharisæus cum stetisset, talia apud se precabatur: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines iniusti, raptores, adulteri, quomodo & publicanus iste, ieiuno bis in sabbato, decimas do de omnibus quæcunque possideo. Publicanus autem de longinquo stabat, & neque oculos uolebat ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propicius esto mihi peccatori. Dico uobis descendit hic iustificatus magis in domum suã,

quàm

quàm ille Phariſæus. Quia omnis qui ſe extollit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Quæ nos fratres dilectiſſimi de diuina lectione diſcentes, poſtquam agnouimus ad orationem qualiter accedere debeamus, cognoſcamus, docente domino, & quid oremus. Sic, inquit, orate: Pater noſter qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne patiaris induci nos in tentationem: ſed libera nos à malo. amen. Ante omnia pacis doctor atque unitatis magiſter ſingulatim noluit & priuatim precem fieri, ut quis cum precatur pro ſe tantum precetur. Non dicimus pater meus, qui in cœlis es: nec, panem meum da mihi hodie. Nec dimitti ſibi tantum unuſquiſque delicta poſtulat, aut ut in tentationem non inducatur, atque à malo liberetur, pro ſe ſolo rogat. Publica eſt nobis & communis oratio: & quando oramus, non pro uno, ſed pro populo toto oramus, quia totus populus unum ſumus. Deus pacis & concordiæ magiſter, qui docuit unitatem, ſic orare unum pro omnibus uoluit, quomodo in uno omnes ipſe portauit. Hanc orationis legem ſeruauerunt tres pueri in camino ignis incluſi, conſonantes in prece & ſpiritus conſenſione concordes. Quod declarat ſcripturæ diuinæ fides, & cum docet quomodo orauerint tales, dat exemplum quod imitari in precibus debeamus, ut tales eſſe poſſimus. Tunc, inquit, illi tres quaſi ex uno ore hymnum canebant, & benedicebant dominum. Loquebantur quaſi ex uno ore, & nondum illos CHRISTVS orare docuerat, & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax ſermo, quia promerebatur dominum pacifica, & ſimplex, & ſpiritalis oratio: ſic & apoſtolos cum diſcipulis poſt aſcenſum domini inuenimus oraſſe. Erant, inquit, perſeuerantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus & Maria, quæ fuerat mater IESV, & fratribus eius. Perſeuerabant in oratione unanimes, orationis ſuæ & inſtantiam ſimul & concordiam declarantes. Quia deus, qui inhabitare facit unanimes in domo, non admittit in diuinam & æternam domum, niſi apud quos eſt unanimis oratio. Qualia autem ſunt fratres dilectiſſimi orationis dominicæ ſacramenta, quàm multa, quàm magna, breuiter in ſermone collecta, ſed in uirtute ſpiritaliter copioſa? ut nihil omnino prætermiſſum ſit, quod non in precibus atque orationibus noſtris cœleſtis doctrinæ compendio comprehendatur. Sic, ait, orate: Pater noſter qui es in cœlis. Homo nouus renatus, & deo ſuo per gratiam eius reſtitutus, pater primo in loco dicit, quia filius eſſe iam cœpit. In ſua, inquit, propria uenit, & ſui eum non receperunt. Quotquot eum receperunt, dedit illis poteſtatem, ut filij dei fierent, qui credunt in nomine eius. Qui ergo credidit in nomine eius, & factus eſt dei filius, hinc debet incipere, ut & gratias agat, & profiteatur ſe dei filium, dū nominat patrem ſibi

Matth. 23.

Orandum quid.

Oratio ſit cōmunis & publica.

Dani. 3.

Act. 1.

Pſal. 67.

Matth. 6.

Ioan. 1.

esse in cœlis deum: contestetur quoque inter prima statim natiuitatis suæ uerba renunciasse se terreno & carnali patri, & patrem solum nosse se & ha-
Deuter 33. bere cœpisse, qui sit in cœlis, sicut scriptum est: Qui dicunt patri & matri, non noui te, & filios suos non agnouerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testa-
Matth. 23. mentum tuum seruauerunt. Item dominus in euãgelio suo præcepit, ne uo-
cemus nobis patrem in terra, quod sit scilicet nobis unus pater qui est in cœ-
Matth. 8. lis. Et discipulo, qui mentionem defuncti patris fecerat, respondit: Sine, mor-
tui mortuos suos sepeliant: dixerat enim patrem suum mortuum, cũ sit cre-
dentium pater uiuus. Nec hoc solum fratres dilectissimi animaduertere & intelligere debemus, quod appellemus patrem, qui sit in cœlis: sed coniun-
gimus & dicimus: pater noster, id est, eorum qui credũt, eorum qui per eum sanctificati, & gratiæ spiritalis natiuitate reparati, filij dei esse cœperũt. Quæ uox etiam Iudæos perstringit & percutit, qui CHRISTVM sibi per prophe-
tas annunciatum, & ad se prius missum non tantum spreuerunt infideliter, sed & crudeliter necauerunt. Qui iam non possunt patrem deum uocare,
Ioan. 8. cum dominus eos confundat & redarguat dicens: Vos de diabolo patre
estis, & concupiscentias patris uestri uultis facere. Ille enim homicida fuit ab initio & in ueritate non stetit: quia ueritas non est in illo. Et per Esaiam pro-
Esa. 1. phetam deus damat indignans: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spre-
uerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Isra-
Ibidem. el autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Veh gens pecca-
trix, populus plenus peccatis, semen nequam, filij sceleśti. Dereliquistis do-
minum, & in indignationem misistis illum sanctum Israël. In quorũ expro-
brationem Christiani, quando oramus, pater noster dicimus, quia noster esse cœpit, & Iudæorum (qui eum reliquerunt) esse desijt: nec peccator po-
pulus potest esse filius: sed quibus remissa peccatorum datur, eis filiorum
Ioan. 8. nomẽ ascribitur, eis & æternitas repromittitur, domino ipso dicente: Omnis
qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum, quãta autem domini indulgentia, quan-
ta circa nos dignationis eius & bonitatis ubertas, qui sic nos uoluerit ora-
tionem celebrare in cõspectu dei, ut deum patrem uocemus, & ut est CHRI-
STVS dei filius, sic & nos dei filij nuncupemur. Quod nomen nemo no-
strum in oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Me-
minisse itaque fratres dilectissimi & scire debemus, quia quando deum pa-
trem dicimus, quasi filij dei agere debemus, ut quomodo nos nobis pla-
cemus de deo patre, sic sibi placeat & ille de nobis. Conuersemur quasi dei templa, ut deum in nobis constet habitare. Nec degeneret actus noster à spiritu, ut qui cœlestes & spiritales esse cœpimus, non nisi spiritalia & cœ-
1. Reg. 2. lestia cogitemus & agamus, qui & ipse deus dixit: Eos qui clarificant me
clarificabo, & qui me spernit, spernetur. Beatus quoque Apostolus in epi-
stola

ſtola ſua poſuit: Non eſtis ueſtri, empti enim eſtis precio magno, clarifi- 1. Cor. 6.
cate & portate deum in corpore ueſtro. Poſt hoc dicimus: Sanctificetur Sanctificet nomen tuum.
nomen tuum, non quod optemus deo ut ſanctificetur orationibus noſtris,
ſed quod petamus ab eo ut nomen eius ſanctificetur in nobis. Cæterum à
quo deus ſanctificatur, qui ipſe ſanctificat? Sed quia ipſe dixit: Sancti eſto- Leuit 20.
te, quoniam ego ſanctus ſum: ideo petimus & rogamus, ut qui in baptiſmo
ſanctificati ſumus, in eo quod eſſe cœpimus perſeueremus: & hoc quoti-
die deprecamur. Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatione, ut qui
quotidie delinquimus, delicta noſtra ſanctificatione aſſidua repurgemus. Delinquimus quotidie.
Quæ autem ſit ſanctificatio, quæ nobis de dei dignatione confertur, Apo-
ſtolus prædicat dicens: Neq; fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adul- 1. Cor. 6.
teri, neque molles, neque maſculorum appetitores, neque fures, neque frau-
dulenti, neque ebrioſi, neque maledici, neque raptores regnum dei conſe-
quẽtur. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed iuſtificati eſtis, ſed ſancti-
ficati eſtis in nomine domini IESV CHRISTI, & in ſpiritu dei noſtri. San
ctificatos nos dicit in nomine domini IESV CHRISTI, & in ſpiritu dei no
ſtri. Hæc ſanctificatio ut in nobis permaneat oramus, & quia deus & iudex
noſter ſanato à ſe & uiuificato, comminatur iam non delinquere, ne quid
ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac
noctibus poſtulamus, ut ſanctificatio & uiuificatio quæ de dei gratia ſumi-
tur, ipſius protectione ſeruetur. Sequitur in oratione (Adueniat regnum
tuum) Regnum etiam dei repræſentari nobis petimus, ſicuti & nomen eius,
ut in nobis ſanctificetur poſtulamus. Nam deus quando non regnat, aut
apud eum quando incipit, quod & ſemper fuit, & eſſe non deſinit? No-
ſtrum regnum petimus aduenire à deo nobis repromiſſum, CHRISTI ſan
guine & paſſione quæſitum, ut qui in ſeculo ante ſeruiuimus, poſtmodum
CHRISTO dominante regnemus, ſicut & ipſe pollicetur & dicit: Venite be Matth. 25.
nedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine
mundi. Poteſt uero fratres dilectiſſimi & ipſe CHRISTVS eſſe regnum
dei, quem uenire quotidie cupimus: cuius aduentus ut cito nobis repræ-
ſentetur optamus. Nam cum reſurrectio ipſe noſtra ſit, qui in ipſo reſurgi-
mus, ſic & regnum dei poteſt ipſe intelligi, quia in illo regnaturi ſumus. Be-
ne autem regnum dei petimus, id eſt, regnum cæleſte, quia eſt & terreſtre Regnum cœleſte. Terreſtre.
regnum. Sed qui renunciauit iam ſeculo, maior eſt & honoribus eius & re-
gno, & ideo qui ſe deo & CHRISTO dedicat, non terrena, ſed cæleſtia re-
gna deſyderat. Continua autem oratione & prece opus eſt, ne excidamus à
regno cæleſti, ſicut Iudæi, quibus hoc promiſſum prius fuerat, exciderunt,
domino manifeſtante & probante: Multi, inquit, uenient ab Oriente & Matth. 8.
Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlo-
rum. Filij autem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit ploratio

& ſtridor dentium. Oſtendit quia ante filij regni Iudæi erant, quando & filij dei eſſe perſeuerabant. Poſtquam ceſſauit circa illos nomen paternum, ceſſauit & regnum. Et ideo Chriſtiani qui in oratione appellare patrem deum cœpimus: nos & ut regnum dei nobis ueniat oramus, addimus quoq; & dicimus (Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra) non ut deus faciat quod uult, ſed ut nos facere poſſimus quod deus uult. Nam deo quis obſiſtit, quo minus quod uelit faciat? Sed quia nobis à diabolo obſiſtitur, quo minus per omnia noſter animus atque actus deo obſequatur, oramus & petimus ut fiat in nobis uoluntas dei, quæ ut fiat in nobis, opus eſt dei uoluntate, id eſt, ope eius & protectione, quia nemo ſuis uiribus fortis eſt, ſed dei indulgentia & miſericordia tutus eſt. Denique & deus infirmitatem hominis, quem portabat, oſtendens ait: Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. Et exemplum diſcipulis ſuis tribuens, ut non uoluntatem ſuam, ſed dei faciant, addidit dicens: Veruntamen non quod ego uolo, ſed quod tu. Et alio loco dicit: Nõ deſcendi de cœlo ut faciam uoluntatem meam, ſed eius qui me miſit. Quod ſi filius obaudiuit ut faceret patris uoluntatem, quanto magis ſeruus obaudire debet ut faciat dei uoluntatem? ſicut in epiſtola ſua Ioannes quoque ad faciendam dei uoluntatem hortatur & inſtruit dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, non eſt dilectio patris in illo, quia omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi, quæ non eſt à patre, ſed ex concupiſcentia mundi, & mundus tranſibit & concupiſcentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in æternum, quomodo & deus manet in æternum, qui in æternum manere uolumus, dei qui æternus eſt, uoluntatem facere debemus. Voluntas autem dei eſt, quam CHRISTVS & docuit & fecit. Humilitas in conuerſatione, ſtabilitas in fide, uerecundia in uerbis, in factis iuſticia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina, iniuriam facere non noſſe, & factam tolerare poſſe, cum fratribus pacem tenere, deum toto corde diligere, amare in illo quod pater eſt, timere quod deus eſt, CHRISTO nihil omnino præponere, quia nec nobis ille quicquam præpoſuit, charitati eius inſeparabiliter adhærere, cruci eius fortiter ac fidenter aſſiſtere, quando de eius nomine & honore certamen eſt, exhibere in ſermone conſtantiam qua confitemur: in quæſtione fiduciam, qua congredimur: in morte patientiam, qua coronamur: hoc eſt cohæredem CHRISTI uelle eſſe, hoc eſt præceptum dei facere, hoc eſt uoluntatem patris adimplere. Fieri autem petimus uoluntatem dei, ut in cœlo & in terra, quod utrunque ad conſummationem noſtræ uoluntatis pertinet & ſalutis. Nam cum corpus è terra, & ſpiritum poſſideamus è cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus, & in utroque, id eſt, corpore & ſpiritu, ut dei uoluntas fiat oramus. Eſt enim inter carnem & ſpiritum

Matth. 26.

1. Ioan. 2.

Voluntas dei.

Sicut in cœlo & in terra.

& ſpiritum colluctatio, & diſcordantibus aduerſus ſe inuicem quotidiana congreſſio, ut non quæ uolumus ipſa faciamus, dum ſpiritus cœleſtia & diuina quærit, caro terrena & ſecularia concupiſcit: & ideo petimus impenſe inter duo iſta ope & auxilio dei concordiam fieri, ut dum & ſpiritu & carne uoluntas dei geritur, quæ per eum renata eſt, anima ſeruetur. Quod aperte atque manifeſte apoſtolus Paulus ſua uoce declarat: Caro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim inuicem aduerſantur ſibi, ut non quæcunque uultis ipſa faciatis. Manifeſta autem ſunt facta carnis, quæ ſunt adulteria, fornicationes, immunditiæ, ſpurciciæ, idololatria, ueneficia, homicidia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, prouocationes, ſimultates, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non poſſidebunt. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, magnanimitas, fides, manſuetudo, continentia, caſtitas. Et idcirco quotidianis immo continuis orationibus hoc precamur, & in cœlo & in terra uoluntatem circa nos dei fieri, quia hæc eſt uoluntas dei, ut terrena cœleſtibus cedant, ſpiritalia & diuina præualeant. Poteſt etiam ſic intelligi fratres dilectiſſimi, ut quoniam mandat & monet deus etiam inimicos diligere, & pro ijs quoque qui nos perſequuntur orare, petamus & pro illis qui adhuc terreni ſunt, & nec dum cœleſtes eſſe cœperunt, ut & circa illos uoluntas dei fiat, quam CHRISTVS hominem conſeruãdo & redintegrando perfecit. Nam cum diſcipuli ab eo non iam terreni appellentur, ſed ſal terræ, & Apoſtolus primum hominem uocet de terræ limo, ſecundum uero de cœlo, merito & nos qui eſſe debemus patri deo ſimiles, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, ſic monente deo oramus & petimus, ut precem pro omnium ſalute faciamus. Vt quomodo in cœlo, id eſt, in nobis per fidem noſtram uoluntas dei facta eſt, ut eſſemus de cœlo: ita & in terra, hoc eſt in illis credentibus fiat uoluntas dei, ut qui adhuc ſunt prima natiuitate terreni, incipiant eſſe cœleſtes ex aqua & ſpiritu nati. Procedente oratione poſtulamus & dicimus (Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie) Quod poteſt ſpiritaliter & ſimpliciter intelligi, quia & uterque intellectus utilitate diuina proficit ad ſalutem. Nam panis uitæ CHRISTVS eſt, & panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt, & quomodo dicimus pater noſter, quia intelligentium & credentium pater eſt, ſic & panem noſtrum uocamus, quia CHRISTVS noſter qui corpus eius contingimus, panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in CHRISTO ſumus, & euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſtenti & non communicantes à cœleſti pane prohibemur, à CHRISTI

corpore

Colluctatio carnis & ſpiritus.

Galat. 5.

Matth. 5.

1. Corin. 15.

Panẽ noſtrum quotidianum, interpretatio.

Ioan. 6. corpore ſeparemur,ipſo prædicante & monente:Ego ſum panis uitæ qui de cœlo deſcendi.Si quis ederit de hoc pane, uiuet in æternum.Panem autem quem ego dedero,caro mea eſt pro ſeculi uita. Quando ergo dicit in æternum uiuere,ſi quis ederit de eius pane,ut manifeſtũ eſt eos uiuere,qui corpus eius attingunt,& euchariſtiam iure communicationis accipiunt: ita contra timendum eſt & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur à CHRISTI corpore,procul remaneat à ſalute,comminante ipſo & dicẽte: Niſi ederitis carnem filij hominis,& biberitis ſanguinem eius, non habebitis uitam in uobis.Et ideo panem noſtrum, id eſt, CHRISTVM dari nobis quotidie petimus,ut qui in CHRISTO manemus & uiuimus,à ſanctificatiõe & corpore eius non recedamus.Poteſt uero & ſic intelligi,ut qui ſeculo renunciauimus,& diuitias eius & pompas fidei gratia ſpiritalis abiecimus, cibũ nobis tantum petamus & uictum,cum inſtruat dominus & dicat:Qui non renunciauerit omnibus quæ ſunt eius,nõ poteſt meus diſcipulus eſſe.Qui autem CHRISTI cœpit eſſe diſcipulus, ſecundum uocem magiſtri ſui renuncians omnibus,diurnum debet cibum petere, nec in longum deſyderia petitionis noſtræ extendere,ipſo iterum domino præſcribente & dicente:Nolite in craſtinũ cogitare: craſtinus enim dies ipſe cogitabit ſibi. Sufficit diei malicia ſua.Merito ergo CHRISTI diſcipulus uictum ſibi in diem poſtulat, qui de craſtino cogitare prohibetur, quia & contrarium ſibi fit & repugnans,ut quæramus in ſeculo diu uiuere,qui petimus regnum dei uelociter aduenire.Sic & beatus Apoſtolus monet, formans & corroborans ſpei noſtræ ac fidei firmitatem:Nihil,inquit, intulimus in hunc mundum, uerum neq; auferre quid poſſumus. Habẽtes itaq; exhibitionem & tegumentum his contenti ſimus. Qui autem uolunt diuites fieri,incidunt in tentationem & muſcipulas diaboli,& deſyderia multa & nocentia, quæ mergunt homines in perditionem & in interitum.Radix enim omnium malorum eſt cupiditas,quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.Docet non tantum contemnendas,ſed & periculoſas eſſe diuitias,illic eſſe radicem malorum blandientium,cæcitatem mentis humanæ occulta * deprædatione fallẽtium. Vnde & diuitem ſtultum ſeculares copias cogitantem, & ſe exuberantium fructuum largitate iactantem redarguit deus dicens: Stulte hac nocte expoſtulatur anima tua: quæ ergo paraſti cuius erunt? Lætabatur ſtultus in fructibus nocte moriturus,& cui uita iam deerat,uictus abundãtiam cogitabat. Contra autem dominus perfectum & conſummatum docet fieri, qui omnibus ſuis uenditis atque in uſum pauperum diſtributis theſaurum ſibi condit in cœlo. Eum dicit poſſe ſe ſequi, & gloriam dominicæ paſſionis imitari, qui expeditus & ſuccinctus nullis laqueis rei familiaris inuoluitur, ſed ſolutus ac liber, facultates ſuas ad dominum antepræmiſſas, ipſe quoque comitatur. Ad quod ut poſſit

Ibidem.

Alia interpretatio.

Luc.14.

Matth. 6.

1.Timo. 6.

Cupiditas malorũ radix.

Alias * deceptione.

Luc. 12.

Matth.19.

possit unusquisque nostrum parare se, sic discit orare, & de orationis lege qualis esse debeat noscere. Neque enim deesse quottidianus cibus potest iusto, cum scriptum sit: Non occidit dominus fame animam iusti. & iterum: Iunior fui & senui, & non uidi iustum derelictum, neq; semen eius quærens panem: Item dominus promittat & dicat: Nolite cogitare dicētes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quid uestiemur? hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater uester quia horum omnium indigetis. Quærite primum regnum & iusticiam dei, & hæc omnia apponentur uobis. Quærentibus regnum & iusticiam dei, omnia promittit apponi. Nam cum sint dei omnia, habenti dominum nihil deerit, si deo ipse non desit. Sic Danieli in leonum lacu iussu regis incluso, prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes & parcentes homo dei pascitur. Sic alitur Helias in fuga: & in solitudine coruis ministrantibus & uolucribus cibum sibi apportantibus in persecutione nutritur. Atque ò humanæ maliciæ detestanda crudelitas: feræ parcunt, aues pascunt, homines insidiantur & sæuiunt. Post hæc & pro peccatis nostris deprecamur dicentes: Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Post subsidium cibi petitur & uenia delicti, ut qui à deo pascitur, in deo uiuat, nec tantum præsenti & temporali uitæ, sed & æternæ consulatur, ad quam uenire potest, si peccata donentur: quæ debita dominus appellat, sicut in euangelio suo dicit: Remisi tibi omne debitum, quia me rogasti. Quàm autem necesse, quàm prouidenter & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut dum indulgentia de deo petitur, conscientiæ suæ animus recordetur. Ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur peccare quottidie, dum quottidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioannes in epistola sua monet dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat. In epistola sua utrunque complexus est, quod & rogare pro peccatis debeamus, & impetremus indulgentiam cum rogamus. Ideo & fidelem dixit dominum ad dimittenda peccata, fidem pollicitationis suæ reseruantem. Quia qui orare nos pro debitis & peccatis docuit, paternam misericordiam promisit & ueniam secuturam. Adiunxit planè & addidit legem, certa nos conditione & sponsione constringens, ut sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: scientes impetrare non posse, quod pro peccatis petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus. Idcirco & alio in loco dicit: In qua mensura mensi eritis, in ea remetietur uobis. Et qui seruus post dimissum sibi à domino omne debitum, conseruo suo noluit ipse dimittere, in carcerem religatur. Quia indulgere con-

Prouer. 10. Psal. 36. Matth. 6. Dani. 14. 3. Reg. 17. Remitte nobis debita. Matth. 18. 1. Ioan. 1. Matth. 7. Ibid. 18.

seruo

seruo suo noluit, quod sibi à domino indultum fuerat, amisit. Quæ adhuc fortius CHRISTVS in præceptis suis maiore censuræ suæ uigore prædi-
Marc.11. xit: Cum steteritis, inquit, ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, remittat peccata uobis: si autem uos non remiseritis, neque pater uester qui in cœlis est remittet peccata uobis. Excusatio tibi nulla in die iudicij supereſt, cum secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris, hoc & ipse patiaris. Pacificos enim & concordes atq; unanimes esse in domo sua deus præcipit, & quales nos fecit natiuitate secunda, tales uult renatos perseuerare, ut qui filij dei esse cœpimus, in dei pace maneamus, & quibus spiritus unus est, unus sit & animus & sensus: sic nec sacrificium deus recipit. Dissidentem ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis precibus & deus possit esse pacatus. Sacrificium deo maius est pax nostra, & fraterna cõcordia, & de unitate patris &
Genes.4. filij & spiritus sancti plebs adunata. Neque enim in sacrificijs, quæ Abel & Chaim primi obtulerũt, munera eorũ deus sed corda intuebatur, ut ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iustus, dum deo sacrificat innocenter, docuit & cæteros quãdo ad altare munus offerunt, sic uenire cum timore dei, cum simplici corde, cum lege iusticiæ, cum concordiæ pace. Merito ille dum in sacrificio dei talis esset, postmodum sacrificium deo factus est, ut martyrium primus ostendẽs, initiaret & sanguinis sui gloria dominicam passionem, qui & iusticiam habuerat & pacem. Tales deniq; à domino coronantur, tales in die iudicij cum domino uindicabũtur. Cæterum discordans & dissidens, & pacem cum fratribus non habens, secundũ quod beatus apostolus & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine CHRISTI occisus fuerit, crimen dissensionis poterit euadere, quia sicut scriptũ est: Qui
1. Ioan. 3. fratrem suum odit, homicida est, nec ad regnum cœlorum peruenit, ut cum deo uiuat homicida. Nõ potest esse cũ CHRISTO, qui imitator Iudæ maluit esse quàm CHRISTI. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ablui? quale crimen est, quod martyrio non potest expiari? Illud
Ne nos inducas in tentationem. quoq; necessarie admonet dominus ut in oratione dicamus: Et ne patiaris nos induci in tentationem. Qua in parte ostenditur nihil contra nos aduersariũ posse, nisi deus ante permiserit, ut omnis timor noster & deuotio, atq; obseruatio ad deum conuertatur, cum in tentationibus nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur, probat scriptura diuina, quæ dicit: Venit
4. Reg. 24. Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Hierusalem, & expugnabat eã, & dedit eam deus in manu eius. Datur autem potestas aduersus nos malo, se-
Esa. 42. cundum nostra peccata, sicut scriptum est: Quis dedit in direptionem Iacob & Israël eis, qui prædantur illum? nónne deus cui peccauerunt, & nolebant in uijs eius ambulare, neq; audire legem eius, & superduxit super eos iram
3. Reg. 11. animationis suæ? & iterũ: Salomone peccãte, & à præceptis & à uijs domini

recedente

tecedẽte ſic poſitum eſt:excitauit dominus ſathan ipſi Salomoni. Poteſtas uero aduerſus nos dupliciter datur,uel ad pœnam,cũ delinquimus, uel ad gloriam,cum probamur: ſicuti de Iob factum uidemus, manifeſtante deo & dicente:Ecce omnia quæcunq; habet,in manus tuas do, ſed ipſum caue ne tangas. Et dominus in euangelio loquitur tempore paſſionis: Nullã haberes,inquit,aduerſum me poteſtatem,niſi data tibi eſſet deſuper. Quãdo autem rogamus ne in tentationem incidamus,admonemur infirmitatis & imbecillitatis noſtræ,dum ſic rogamus,ne quis ſe inſolenter extollat,ne quis ſibi ſuperbe atq; arrogãter aliquid aſſumat,ne quis aut cõfeſſionis,aut paſſionis gloriam ſuam ducat,cum dominus ipſe humilitatem docens dixerit: Vigilate & orate,ne ueniatis in tẽtationem. Spiritus quidẽ promptus eſt: caro autem infirma,ut dum præcedit humilis & ſummiſſa confeſſio, & datur totum domino,quicquid ſupplíciter cum timore & honore dei petitur ipſius pietate præſtetur. Poſt iſta omnia in cõſummatione orationis uenit dauſula,uniuerſas petitiões & preces noſtras collecta breuitate concludens. In nouiſſimo enim ponimus:Sed libera nos à malo:comprehẽdentes aduerſa cuncta,quæ contra nos in hoc mundo molitur inimicus, à quibus poteſt eſſe fida & firma tutela,ſi nos deus liberet,ſi deprecantibus atq; imploranti bus opem ſuam præſtet. Quando autem dicimus:libera nos à malo, nihil remanet quod ultra adhuc debeat poſtulari, cum ſemel protectionem dei aduerſus malum petamus,qua impetrata cõtra oẽia quæ diabolus & mũdus operantur,ſecuri ſtamus & tuti. Quis enim ei de ſeculo metus eſt,cui in ſeculo deus tutor eſt? Quid mirum fratres dilectiſſimi ſi oratio talis eſt quã deus docuit,qui magiſterio ſuo omnem precem noſtram ſalutari ſermone breuiauit? Hoc iam per Eſaiam prophetam fuerat ante prædictum, cũ plenus ſpiritu ſancto de dei maieſtate ac pietate loqueretur: Verbum conſummans,inquit,& breuians in iuſtitia,quoniam ſermonem breuiatum faciet deus in toto orbe terræ. Nam cũ dei ſermo dominus noſter Ieſus CHRISTVS omnibus uenerit,& colligens doctos pariter & indoctos, omni ſexui atq; ætati præcepta ſalutis ediderit,præceptorum ſuorum fecit grande compendium,ut in diſciplina cœleſti diſcentium memoria non laboraret, ſed quod eſſet ſimplici fidei neceſſarium,uelociter diſceret. Sic cum doceret quid ſit uita æterna,ſacramentum uitæ magna & diuina breuitate complexus eſt dicens: Hæc eſt autem uita æterna,ut cognoſcant te ſolum & uerum deum,& quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Item cum de lege & prophetis præcepta prima & maiora decerperet: Audi,inquit,Iſrael,dominus deus tuus dominus unus eſt. Et diliges dominum deũ tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua,& de tota uirtute tua. hoc eſt primum,& ſecundum ſimile huic: Diliges proximum tuum tanq; te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. & iterum: Quæcũq; uolueritis ut faciant uobis homines

Iob.1.
Ioan.19.
Mar.14.
Sed libera nos a malo.
Eſa.10.
Ioan.17.
Deut.6.
Matth.7.

mines bona,ita & uos facite illis.Hæc est enim lex & prophetæ.Nec uerbis tantum, sed & factis dominus orare nos docuit ipse orans frequenter & deprecans,& quid facere nos oporteret exempli sui contestatione demonLu.9. strans,sicut scriptum est:Ipse autem fuit secedens in solitudine & adorans.
Matth.14. & iterum:Exiuit in montē orare,& fuit pernoctans in oratione dei. Quod
Mar.6. si ille orabat,qui sine peccato erat,quanto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem iugiter uigilans continuis precibus orabat, quãto nos magis in frequentanda oratione debemus nocte uigilare? Orabat autem dominus & rogabat non pro se(quid enim pro se innocens precaretur?) sed pro delictis nostris,sicut & ipse declarat cum dicit ad Petrum:EcLu.22. ce sathanas expetiuit ut uos uexaret quomodo triticum,ego autem rogaui pro te,ne deficiat fides tua.Et postmodum pro omnibus patrem deprecaIoan.17. tur dicens: Nõ pro his autem solum rogo,sed & pro his qui crediturí sunt per uerbum ipsorum in me,ut omnes unum sint,sicut tu pater in me & ego in te,ut & ipsi in nobis sint.Magna domini propter salutem nostram beni gnitas pariter & pietas,ut non contentus quod nos sanguine suo redimeret,adhuc pro nobis amplius & rogaret.Rogãtis autẽ desyderiũ uidete q̃d fuerit,ut quomodo unum sunt pater & filius,sic & nos in ipsa unitate maneamus,ut hinc quoq; possit intelligi quantum delinquat qui unitatẽ scindit & pacem,cũ pro hoc & rogauerit dominus,uolens scilicet plebẽ suã unire,cum sciret ad regnum dei discordiam non uenire.Quãdo autem stamus ad orationem fratres dilectissimi,uigilare & incumbere ad preces toto corCogitatio carnalis abijciẽda de debemus.Cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicquàm tunc animus quàm id solum cogitet quod precatur. Ideo & sacerdos ante Sursum corda orationem præfatione præmissa,parat fratrum mẽtes dicendo,sursum corda,ut dum respondet plebs,habemus ad dominũ,admoneatur nihil aliud se quàm dominum cogitare debere. Claudatur cõtra aduersariũ pectus,& soli deo pateat,nec ad se hostem dei tẽpore orationis adire patiatur:obrepit enim frequẽter & penetrat,& subtiliter fallens preces nostras à deo auocat,ut aliud habeamus in corde aliud in uoce, cũ intentione syncera dominum debeat non uocis sonus,sed animus & sensus orare. Quæ autem segnitia est alienari & capi ineptis cogitationibus & profanis,cum dominum deprecaris,quasi sit aliud quod magis debeas cogitare,quàm quod cũ deo loquaris? Quomodo te audiri à deo postulas cum te ipse non audias? Vis esse deum memorem tui cum rogas, cum tu ipse memor tui non sis? hoc est ab hoste in totum non cauere,hoc est quando oras dominum, maiestatem dei negligentia orationis offendere,hoc est,uigilare oculis, & corde dormire,cum debeat Christianus & cum dormit oculis corde uigilare:
Canti.5. Sicut scriptum est ex persona ecclesiæ loquentis in cantico canticorum: Ego dormio & cor meum uigilat,quapropter solicite & caute Apostolus admonet dicens:

net dicens: Instate orationi uigilantes in ea. docēs scilicet & ostendens eos impetrare quod postulant de deo posse, quos deus uideat in oratione uigilare. Orantes autem non infructuosis, nec nudis precibus ad deum ueniamus. Inefficax petitio est cum precatur deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur, & in ignem mittatur, utiq; & sermo non habens fructum, promereri deum non potest, qui nulla operatione fœcundus est. Et ideo scriptura diuina instruit dicens: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Nam qui in die iudicij præmium pro operibus & eleemosynis redditurus est, hodie quoq; ad orationem cum operatione uenienti benignus auditor est. Sic deniq; Cornelius centurio cum oraret meruit audiri. Fuit faciens multas eleemosynas in plebem, & semper orans deum, huic circa horam nonam oranti astitit angelus testimonium reddēs sui operis & dicens: Corneli orationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt ad memoriam coram deo. Cito orationes ad deum ascendunt quas ad deum merita nostri operis imponūt. Sic & Raphael angelus Tobiæ oranti semp & semper operāti testis fuit dicēs: Opera dei reuelare & cōfiteri honorificū est. Nam quando orabas tu & Sara, ego obtuli memoriam orationis uestræ in conspectu claritatis dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter, & quia non es cunctatus exurgere & derelinquere prandium tuum, & abisti & condidisti mortuum, & missus sum tentare te, & iterum misit me deus curare te & Saram nurum tuam. Ego enim sum Raphael unus ex septem angelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante claritatem dei. Per Esaiam quoq; dominus ammonet & docet similia contestans: Solue, inquit, omnē nodum iniustitiæ, resolue suffocationes impotentium commerciorum. Dimitte quassatos in requiem & omnem* consignationem iniustam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuā. Si uideris nudum uesti, & domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & uestimenta tua cito orientur, & præibit ante te iustitia, & claritas dei circūdabit te. Tunc exclamabis & deus exaudiet te, dum adhuc loqueris, dicet: ecce adsum. Adesse se promittit, & audire & protegere se eos dicit, qui iniustitiæ nodos de corde soluentes, & eleemosynas circa domesticos dei secundum eius præcepta facientes, dum audiunt quod deus præcepit fieri, ipsi quoque à deo merentur audiri. Beatus apostolus Paulus in necessitate pressuræ adiutus à fratribus opera quæ fiunt, sacrificia dei dixit esse: Saturatus sum, inquit, recipiens ab Epaphrodito ea quæ à uobis missa sunt, odorem suauitatis, sacrificio accepto & placente deo. Nam quando quis miseretur pauperis, deo fœnerat, & qui dat minimis deo donat, spiritaliter deo suauitatis odorem sacrificat. In orationibus uero celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros, in fide fortes, & in captiuitate uictores, horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet

Coloss. 4.

Matth. 5.

Tobiæ.

Cornelius centurio.

Actuū. 10.

Tobiæ. 12.

Raphael angelus.

Esa. 58.

al's *cogitationem.

Esa. 58.

Philip. 4.

to ſcilicèt trinitatis, quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat. Nam & prima hora in tertiam ueniens, conſummatum numerum trinitatis oſtendit. Itemq; ad ſextam quarta procedens, declarat alteram trinitatem: Et quãdo à ſeptima nona completur per ternas horas trinitas perfecta numeratur, quæ horarum ſpacia iam pridem ſpiritaliter determinantes adoratores dei ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant, & manifeſta poſtmodum res eſt, ſacramentum olim fuiſſe, quod ante ſic iuſti precabantur. Nam ſuper diſcipulos hora tertia deſcendit ſpiritus ſanctus, qui gratiam dominicæ repromiſſionis impleuit. Itẽ Petrus hora ſexta in tectum ſuperius aſcendens ſigno pariter & uoce dei monentis inſtructus eſt, ut omnes ad gratiam ſalutis admitteret, cum de emũdandis gentilibus ante dubitaret. Et dominus hora ſexta crucifixus ad nonã, peccata noſtra ſanguine ſuo abluit, & ut redimere & uiuificare nos poſſet, tunc uictoriam ſuam paſſione perfecit. Sed nobis fratres dilectiſſimi præter horas antiquitus obſeruatas orandi, nunc & ſpacia & ſacramenta creuerunt. Nam & ma-

Mane orandũ ne orandum eſt, ut reſurrectio domini matutina oratiõe celebretur: quod

Pſal. 5. olim ſpiritus ſanctus deſignabat in pſalmis dicens: Rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo domine mane, & exaudies uocem meam, mane aſſiſtam tibi, & contemplabor te. & iterum per prophetam loquitur domi-

Orandũ ueſpi nus: Diluculo uigilabunt ad me dicentes: Eamus & reuertamur ad dominũ deum noſtrum: Recedente item ſole ac die ceſſante neceſſario rurſum orandum eſt. Nam quia CHRISTVS ſol uerus, & dies uerus eſt, ſole ac die ſeculi recedente, quando oramus & petimus ut ſuper nos lux denuo ueniat, CHRISTI precamur aduentum lucis æternæ gratiã præbiturum. CHRI-

Pſal. 117. STVM autem diem dictum, in pſalmis declarat ſpiritus ſanctus: Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: à domino factus eſt, & eſt admirabilis in oculis noſtris. Iſte eſt dies quem fecit dominus, ambulemus & iocundemur in eo. Item quod ſol appellatus ſit

Malach. 4. Malachim propheta teſtatur dicens: Vobis autem qui timetis nomen domini orietur ſol iuſtitiæ, & in alis eiꝰ curatio eſt. Quod ſi in ſcripturis ſanctis ſol uerus & dies uerus eſt CHRISTVS, hora nulla à Chriſtianis excipit, quominus frequenter ac ſemper deus debeat adorari, ut qui in CHRISTO, hoc eſt in ſole & in die uero ſumus, inſiſtamus per totum diem precibus & oremus, & quando mundi lege decurrens uicibus alternis nox reſoluta ſuccedit, nullum de nocturnis tenebris eſſe orantibus damnum poteſt, quia filiꝰ lucis & nocte dies eſt. Quando enim ſine lumine eſt, cui lumẽ in corde eſt? Aut quomodo ſol ei & dies nõ eſt, cui ſol & dies CHRISTVS eſt? Qui autem in CHRISTO, hoc eſt, in lumine ſemper ſumus, nec noctibus ab oratione ceſſemus. Sic Anna uidua ſine intermiſſione rogans ſemper & uigilans perſeuerabat in promerendo deo: ſicut in euangelio ſcriptũ

eſt: Non

est: Non recedebat, inquit, de templo, ieiunijs & orationibus seruiens nocte ac die. Videriut uel gentiles, qui necdũ illuminati sunt: uel Iudæi, qui deserto lumine in tenebris remanserunt. Nos fratres dilectissimi, qui in domini luce semper sumus, qui meminimus & tenemus quid esse accepta gratia cœperimus cõputem⁹ noctẽ pro die. Ambulare nos credamus semper in lumine: non impediamur à tenebris quas euasimus. Nulla sint horis nocturnis precũ damna, nulla orationũ pigra & ignaua dispendia. Per dei indulgẽtiã recreati spiritaliter & renati, imitemur quod futuri sumus, habituri in regno sine interuentu noctis solum diem. Sic nocte quasi in lumine uigilemus, oraturi semper & acturi gratias deo: hic quoq; orare & gratias agere non desinamus. Lib. 2.

CAECILII CYPRIANI

LIBELLVS VNVS AD FORTVNATVM DE EXHORtatione martyrij, XII. capitibus distinctus, ex quibus plenius summariũ noscitur argumentum.

DESYDERASTI Fortunate charissime nobis, ut quoniam pressurarum & persecutionum pondus incumbit, & in fine atq; in consummatione mundi antichristi tempus infestum appropinquare iam cœpit, ad præparandas & corroborãdas fratrum mentes de diuinis scripturis hortamenta componerem, quibus milites CHRISTI ad spiritale & cœleste certamen animarem. Obtemperãdum fuit desyderio tuo tam necessario, ut quantum sufficit nostra mediocritas auxilio diuinæ inspirationis instructa, quasi arma ac munimenta quædam pugnaturis fratribus de præceptis diuinis promerentur. Parum est enim quod dei plebem classico nostræ uocis erigimus, nisi credentium fidem, ac dicatam deo deuotamq; uirtutẽ diuina lectione firmemus. Quid autem potius ac maius curæ nostræ ac solicitudini congruit, quàm ut commissum nobis diuinitus populum & exercitum in castris cœlestibus constitutum, aduersus diaboli tela & iacula exhortationibus assiduis præparemus? Neq; enim idoneus potest esse miles ad bellum, qui non exercitatus in campo prius fuerit. Aut qui agonisticã coronã quærit

Miles inexercitatus bello inutilis.

quærit adipiſci, in ſtadio coronabitur niſi uſum & peritiam uiriũ ante me-

Diabolus longo uſu doctus.

ditetur? Aduerſarius uetus eſt & hoſtis antiquus, cum quo prælium geri-
mus. Sex milia annorum plene complẽtur, ex quo hominem diabolus im-
pugnat. Omnia iam genera tentandi & artes atq; inſidias deiſciendi uſu

Christi miles inuictus.

ipſo uetuſtatis edidicit. Si imparatum inuenerit CHRISTI militem, ſi ru-
dem, ſi non ſolicitum ac toto corde uigilantem, circumuenit neſcium, fallit
incautum, decipit imperitum. Si uero quis dominica præcepta cuſtodiens
& fortiter CHRISTO adhærens contra eum ſteterit, uincatur neceſſe eſt,
quia CHRISTVS quem confitetur inuictus eſt. Ac ne in longum ſermo
nem meum extenderem frater chariſſime, & audientem uel legentem ſtili
latioris copia fatigarem, compendium feci, ut propoſitis titulis quos quis &
noſſe debeat & tenere, capitula dominica ſubnecterem, & id quod propo-
ſueram diuinæ lectionis autoritate ſolidarem, ut non tam tractatum meũ
uidear tibi miſiſſe, quàm materiam tractãtibus præbuiſſe, quæ res in uſum
ſingulis proficit utilitate multorum. Nam ſi confectam & paratam iam ue
ſtem darem, ueſtis eſſet mea, qua alius uteretur, & forſan non pro habitudi
ne ſtaturæ & corporis res alteri facta minus congruens haberetur. Nunc ue
ro de agno, per quem redempti ac uiuificati ſumus, lanam ipſam & purpu-
ram miſi, quam cum acceperis, tunicam tibi pro uoluntate conficies, & plus
ut in domeſtica tua atq; in propria ueſte lætaberis, & cæteris quoq; ut con-
ficere & ipſi pro arbitrio ſuo poſſint, quod miſimus exhibebis, ut uetere illa
nuditate contecta perferant omnes indumenta CHRISTI, cœleſtis gra-
tiæ ſanctificatione ueſtiti. Necnon & illud conſilium frater chariſſime utile
& ſalubre ꝓſpexi in exhortatione tam neceſſaria, quæ martyres faciat, am-
putandas eſſe uerborum noſtrorum moras & tarditates, atq; ambages ſer
monis humani ſubtrahendas, ponẽda illa ſola, quæ deus loquitur, quibus

Præcepta dei arma Chriſtianorum.

ſeruos ſuos ad martyrium CHRISTVS hortatur. Præcepta ipſa diuina,
uelut arma pugnantibus ſuggerenda ſunt. Illa ſint militaris tubæ hortamẽ
ta, illa pugnantibus claſſica. Inde aures erigantur, inde inſtruantur mentes,
inde & animi & corporis uires ad omnem paſſionis tolerantiam roboren-

Baptiſma.

tur. Nos enim qui domino permittente primum baptiſma credentibus de-
dimus, ad aliud quoq; ſingulos præparemus, inſinuantes & docentes hoc
eſſe baptiſma in gratia maius, in poteſtate ſublimius, in honore precioſius,
baptiſma in quo angeli baptizant, & in quo deus & CHRISTVS eius exul
tant: baptiſma poſt quod nemo iam peccat, baptiſma quod fidei noſtræ in
crementa conſummat, baptiſma quod nos de mũdo recedẽtes ſtatim deo
copulat. In aquæ baptiſmo percipitur peccatorum remiſſa, in ſanguinis co
rona uirtutum. Amplectenda res eſt & optanda, & omnium poſtulationũ
noſtrarũ precibus expetenda, ut qui ſerui dei ſumus, ſimus & amici.

Capitulũ

CAPVT PRIMVM.

In exhortandis itaque ac præparandis fratribus noſtris, & fidei ac uirtutis firmitate ad præconium dominicæ cõfeſſionis, atque ad præliũ perſecutionis, & paſſionis armandis: primo in loco dicendum eſt, idola deos non eſſe, quæ ſibi homo facit. Neq; enim quæ fiunt factore ſuo & fabricatore maiora ſunt, aut protegere & ſeruare quenquàm poſſunt quæ ipſa de templis ſuis pereunt, niſi ab homine ſeruentur. Sed nec elementa colenda eſſe quæ homini ſecundum diſpoſitionem & præceptum dei ſeruiunt.

II

Deſtructis idolis & elementorum ratione monſtrata, oſtendendum dominum ſolum colendum eſſe.

III

Tunc addendum quæ comminatio dei ſit aduerſus eos qui idolis ſacrificant.

IIII.

Præterea docendum non facile ignoſcere deum idololatris

V

Et quod ſic idololatriæ indignetur deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui ſacrificare & ſeruire idolis ſuaſerint.

VI.

Subiungendum poſt hæc quod redempti ac uiuificati CHRISTI ſanguine, nihil CHRISTO præponere debeamus, quia nec ille quicquàm nobis præpoſuerit, & ille propter nos mala bonis prætulerit, paupertatem diuitijs, ſeruitutem dominationi, mortem immortalitati. Nos contra in paſſionibus noſtris paupertati ſeculari, paradiſi diuitias & delitias præferamus, dominatum & regnum æternum temporariæ ſeruituti, immortalitatem morti, deum & CHRISTVM diabolo & antichriſto.

VII.

Inſinuandum quoque, ne erepti de faucibus diaboli & de laqueis ſeculi liberati, ſi in anguſtijs & preſſuris eſſe cœperint, egredi denuo ad ſeculum uelint & perdant quod euaſerint.

VIII.

Inſiſtendum potius eſſe & perſeuerandum in fide & ueritate, & cœleſtis ac ſpiritalis gratiæ conſummatione, ut ad palmam & coronam poſſit peruenirí.

IX.

Ad hoc enim preſſuras & perſecutiones fieri ut probemur.

X.

Nec timendas eſſe iniurias, & pugnas perſecutionum, quia maior eſt dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum

XI.

Ac ne expaueſcat aliquis, & conturbetur ad preſſuras, & perſecutiones, quas patimur in iſto mundo, probandum ante prædictum eſſe, quod nos mundus odio habiturus eſſet, & quod perſecutiones aduerſum nos excitaret, ut ex hoc ipſo quod hæc fiant, manifeſta ſit fides diuinæ pollicitationis in mercedibus & præmijs poſtmodũ ſecuturis. Nec nouũ quid accidat

Christianis quando ab initio mundi boni laborauerint,& oppressi atq; oc
cisi sint iustiab iniustis. XII.

In nouissima parte ponendum est,quæ spes & quæ merces maneat iu
stos & martyres post cõflictationes huius temporis & passionis: & quod
plus accepturi simus in passionis remuneratione, quàm quod hic sustine-
mus in ipsa passione.

CAPITVLVM PRIMVM.

QVod idola dij non sint,& quod nec elementa uice dei colẽ
da sint,in psalmo cxiij. Idola gentium argentum & aurũ,
opus manuum hominum. Os habent & non loquentur,
oculos habent & non uident. Aures habent & non audi-
unt,neq; eñ est spiritus in ore ipsorũ. Similes illis fiãt ho
mines qui faciunt ea. Item in Sapiẽtia Salomonis: Oñia
Sapien.15. idola nationum æstimauerunt deos,quibus neq; oculorum usus est ad ui-
dendum,neq; nares ad percipiendum spiritum,neq; aures ad audiendum,
nec digiti in manibus ad tractandum,sed & pedes eorum pigri ad ambu-
landum. Homo enim fecit illos,& qui spiritum mutuatus est finxit illos. Ne
mo autem sibi similem homo poterit deum fingere,cum sit enim mortalis,
mortuum fingit manibus iniquis: Melior autem ipse ijs quos colit, quo-
Exo.20. niam ipse quidem iuxta,illi nunquam. Item in Exodo: Non facies tibi ido-
lum,nec cuiusquàm similitudinem. Item apud Salomonem de elementis:
Sapien.13. Neque opera attendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem,
aut spiritum,aut citatum aërem,aut gyrum stellarum,aut nimiam aquam,
aut solem & lunam deos putauerunt. Quorũ si propter speciem hoc æsti-
mauerunt,sciant quanto ijs dominus sit speciosior,aut si uirtutes & opera
eorum mirati sunt,intelligant ab ipsis,quoniam qui hic cõstituit fortia,for-
tior est illis. II.

Deut.32. Quod deus solus colendus sit,in Deuteronomio: Dominum deum tu-
Exo.20. um adorabis,& illi soli seruies. Item in Exodo: Non erunt tibi dij alij abs-
Deut.6. que me. Item illic: Videte quia ego sum,& non est deus præter me.
Ego interimam & uiuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui
eripiat de manibus meis. Item in Apocalipsi: Et uidi alium angelum uo
lantem in medio cœli habentem euangelium æternum, ut annuncia-
ret super terram,& super omnes nationes,& tribus,& linguas, & dicentem
Apocal.14. uoce magna: Metuite potius deum,& date illi claritatem, quoniam uenit
hora iudicij eius,& adorate eum qui fecit cœlum & terram,mare & omnia
quæ in eis sunt. Sic & dominus in euangelio commemoratiõe facit primi
& secũdi

& ſecundi præcepti dicens: Audi Iſrael, dominus deus tuus dominus unus Deut. 6.
eſt. Et diliges dominũ deũ tuũ de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de Matth. 22.
tota uirtute tua. Hoc primũ, & ſecundum ſimile huic: Diliges proximum
tuum tanq; te. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. & ite
rum: Hæc eſt autem uita æterna ut cognoſcant te ſolum uerum deũ, & quẽ Ioan. 17.
miſiſti Ieſum CHRISTVM.

III.

Quæ comminatio dei ſit aduerſus eos qui idolis ſacrificant, in Exodo: Exo. 22.
Sacrificans diis eradicabitur, niſi deo ſoli. Item in Deuteronomio: Sacrifica Deut. 32.
uerunt dæmoniis & non deo. Item apud Eſaiam: Adorauerunt eos quos Eſa. 2.
fecerunt digiti eorum, & curuatus eſt homo, & humiliatus eſt uir, & non la
xabo illis. & iterum: Illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia. Su- Ibidem. 57.
per hæc non indignabor dicit dominus? Item Hieremias: Nolite ambula- Hier. 7.
re poſt deos alienos ut ſeruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me
in operibus manuum ueſtrarum ad diſperdendos uos. Item in Apocaly-
pſi: Si quis adorat beſtiam & imaginem eius, & accipiet notam in fronte Apocal. 14.
ſua aut in manu, bibet & ipſe de uino iræ dei mixto in poculo iræ eius,
& punietur igne & ſulphure ſub oculis ſanctorum angelorum, & ſub ocu
lis agni, & fumus de tormentis eorum in ſecula ſeculorum aſcendet.
Nec habebunt requiem die ac nocte, quicunq; adorauerint beſtiam & ima
ginem eius.

IIII.

Non facile ignoſcere deum idololatris. Moyſes in Exodo pro populo
rogat nec impetrat. Præcor, ait, domine deliquit hic populus delictum gran Exodi. 32.
de, fecerunt ſibi deos aureos: & nunc ſi dimittis illis delictum grande, dimit
te: ſin autem ſine me, & dele de libro quem ſcripſiſti. Et dixit dominus ad
Moyſen: Si quis delinquit ante me deleam eum de libro meo. Item cum
Hieremias pro populo deprecaretur, dominus ad eum loquitur dicens: Et Hier. 7.
tu noli orare pro populo hoc, & noli poſtulare pro ipſis in prece & oratio-
ne, quia non exaudiam illum in tempore quo inuocabunt me, in tempo-
re afflictionis ſuæ. Ezechiel quoque hanc eandem denunciat indigna- Ezech. 14.
tionem dei eis qui in deum delinquunt. Et fuit, inquit, uerbum domini ad
me dicens: Fili hominis terra quæcunque peccauerit mihi, ut delictum de-
linquat, extendam manum meam ſuper eam, & obteram ſtabilimentum
panis, & immittam in ea famem, & auferam de ea hominem & pecora. Et
ſi fuerint tres uiri in medio eius Noe, Daniel, & Iob, non liberabunt filios
neque filias, ipſi ſoli ſalui erunt. Item in Regum primo libro: Si delinquen 1. Reg. 2.
do peccet uir aduerſus uirum, orabunt pro eo dominum. Si autem in deũ
peccet homo, quis orabit pro eo?

V

Quod ſic idololatria indignetur deus, ut præceperit etiam eos interfici
q ſacrificare & ſeruire idolis ſuaſerint: in Deuteronomio: Quod ſi rogauerit Deut. 13.
te frater

te frater tuus,aut filius tuus,aut filia tua, aut uxor tua, quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus qui æqualis est animæ tuæ,latenter dicens:Eamus & seruiamus dijs alienis, dijs gentium: non consenties ei, & non exaudies eum & non parcet oculus tuus super eum, & non celabis eum,& annuncians annũciabis de illo.Manus tua erit super eum in primis interficere eum,& manus omnis populi postremo,& lapidabunt eum & morietur, quoniam quæsiuit auertere te à dño deo tuo.& iterũ loquit᷑ dominus & dicit:Nec ciuitati parcendum etiam si uniuersa consenserit ad idololatriam,aut si audieris in una ex ciuitatibus quas dominus deus tuus dabit tibi inhabitare te,illic dicentes:Eamus & seruiamus dijs alienis quos non nosti:Interficiens eos nec cabis omnes qui sunt in ciuitate cæde gladij, & incendes ciuitatem igni, & erit sine habitaculo in æternum.Non reædificabitur etiam nunc ut auertatur deus ab indignatione iræ suæ.Et dabit tibi misericordiam & miserebitur tui,& multiplicabit te,si exaudieris uocem domini dei tui,& obseruauetis præcepta eius.Cuius præcepti & uigoris memor Mathathias interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat.Quod si ante aduentum CHRISTI circa deum colendum, & idola spernenda hæc præcepta seruata sunt, quanto magis post aduentum CHRISTI seruanda sunt, cum ille ueniens non uerbis tantum nos hortatus sit,sed & factis,post omnes iniurias & cõtumelias passus quoq; & crucifixus,ut nos pati & mori exemplo suo doceret,ut nulla sit homini excusatio pro se non patienti,cum passus sit ille pro nobis,& cum ille passus sit pro alienis peccatis, multo magis pro peccatis suis pati unumquenq; deberet?Et ideo in euangelio cõminatur & dicit:Quicunq; confessus me fuerit coram hominibus,& ego confitebor eum coram patre meo qui est in cœlis:Qui autem negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui est in cœlis.Item apostolus Paulus: Si enim commorimur,inquit,& conuiuemus.Si toleramus,& conregnabimus.Si negamus,& ipse negabit nos.Item Ioannes: Qui negat filium nec patrẽ habet.Qui confitetur filiũ,& filiũ& patrẽ habet.Vnde nos ad cõtemptum mortis hortatur dominus & corroborat dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest animam & corpus occidere in gehennam.& iterũ: Qui amat animam suam perdet eam,& qui odit animam suam in isto seculo,in uitam æternam conseruabit illam.

Matth.10. 2.Tim.2. 1.Ioan.2. Matth.10. Ioan.12.

VI.

Quod redempti & uiuificati CHRISTI sanguine nihil CHRISTO præponere debeamus:In euangelio dominus loquitur & dicit: Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me,non est me dignus.Et qui diligit filium aut filiã super me,nõ est me dignus.Et qui nõ accipit crucẽ suã & sequit᷑ me, nõ est me dignus.Sic & in Deutero.scriptũ est:Qui dicunt patri aut matri: non noui

Matth.10. Deutero.33.

non noui te,& filios suos non agnouerunt,hi custodierunt præcepta tua,& testamentum tuum seruauerunt. Item apostolus Paulus: Quis nos,inquit, Rom.8.
separabit à charitate CHRISTI,pressura an angustia,an persecutio, an
fames,an nuditas,an periculum,an gladius? Sicut scriptum est: Quia pro- Psal. 43.
pter te occidimur tota die,æstimati sumus ut oues uictimæ,sed in his omi-
bus superamus propter eum qui nos dilexit. & iterum: Non estis uestri, 1.Corin. 6.
empti enim estis precio magno,glorificate & portate deum in corpore ue-
stro.& iterum:Pro omnibus mortuus est,ut & qui uiuunt iam non sibi ui- 2.Corin. 5.
uant,sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

VII.

Ereptos de faucibus diaboli & de laqueis seculi liberatos non debere denuo ad seculum reuerti, ne perdant quod euaserint. In Exodo Iudaicus populus ad umbram nostri & imaginem præfiguratus, cum deo tutore & uindice euasisset Pharaonis atque Aegypti,id est diaboli & seculi, durissimam seruitutem,circa deum perfidus & ingratus aduersus Moysem mussitat,respiciens solitudinis ac laboris incommoda,& non intelligens libertatis ac salutis beneficia diuina,reuerti quærit ad Aegyptum, hoc est ad seculi seruitutem,unde fuerat abstractus,cum magis fidere in deum deberet & credere,quoniam qui à diabolo & seculo liberauit populum suum, protege liberatum. Quid hoc nobis,inquiunt,fecisti eijciẽdo nos de Aegypto? Melius erat nobis seruire Aegyptijs,quàm mori in solitudine hac. Et dixit Exo.14.
Moyses ad populum: State fidentes & uidete salutem quæ est à domino, quam nobis faciet hodie. Dominus ipse pugnabit pro uobis & uos tacebitis. Quod nos admonens in euangelio suo dominus & docens ne ad zabulum rursus & ad seculum quibus renunciauimus & unde euasimus reuertamur dicit: Nemo retro attendens & superponens manum suam in aratrũ Lu. 9.
aptus est regno dei. Et qui in agro est,nõ reuertatur retro. Memores estote Lu. 17.
uxoris Loth. Ac ne quis aliqua uel cupiditate rerum uel suorum dulcedine retardetur, quominus CHRISTVM sequatur addidit & dicit: Qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non potest meus esse discipulus.

VIII.

Insistendum esse & perseuerandum in fide & uirtute,& cœlestis & spiritalis gratiæ consummatione,ut ad palmam & ad coronam possit peruenire. In Paralipomenon: Dominus uobiscum est quàmdiu & uos estis cum 2.Paralip. 15.
ipso. Si autem dereliqueritis eum,derelinquet uos. Item apud Ezechielem: Iustitia iusti non liberabit eum in quacunq; die exerrauerit. Item domi- Ezech.33.
nus in euangelio loquitur & dicit: Qui perseuerauerit usq; in finem,hic sal- Matth. 10.
uus erit.& iterum: Si manseritis in uerbo meo,uere discipuli mei eritis, & Ioan.8.
cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Præmonens quoque nos semper paratos esse debere, & expeditos in procinctu firmiter stare, adiecit & dicit: Sint lumbi uestri præcincti,& lucernæ ardentes, & uos si- Lu. 12.

miles

miles hominibus expectantibus dominum ſuum,quando reuertatur à nuptijs,ut cum uenerit & pulſauerit aperiant ei.Felices ſerui illi,quos adueniens dominus inuenerit uigilantes.Item beatus Apoſtolus ut fides noſtra
1.Corin.9. proficiat & creſcat,& ad ſumma perueniat,hortatur dicens:Neſcitis quoniã qui in ſtadio currunt,omnes quidem currunt,unus tamen accipit coronã? Sic currite ut apprehendatis.Et illi quidem ut corruptibilem coronam acci-
2.Tim.2. piant,nos autem incorruptam.& iterũ:Nemo militans deo implicat ſe moleſtijs ſecularibus,ut poſſit placere ei cui ſe probauit.Sed & ſi certauerit quis
Rom.12. nõ coronabitur,niſi legitime pugnauerit.& iterum:Oro autem uos fratres per miſericordiam dei ut conſtituatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentẽ ſanctam,deo placentem,& ne configuremini ſeculo huic, ſed tranſformemini in renouatione ſpiritus ad probandum quæ ſit uoluntas dei bona, & pla-
Rom.8. cens & perfecta.& iterũ : Sumus filij dei:ſi autem filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem CHRISTI. Si quidem compatiamur ut & cõmagnificemur.In Apocalypſi eadem loquitur diuinæ prædicationis hor
Apo.3. tatio dicens: Tene quod habes,ne alius accipiat coronam tuam.Quod exẽplum perſeuerandi & permanendi deſignatur in Exodo:ubi Moyſes ad ſu
Amalech figura diaboli. perandum Amalech,qui figuram portat diaboli,in ſigno & ſacramẽto crucis alleuat ſupinas manus.Nec uincere aduerſarium potuit,niſi poſtq̃ ſta-
Exo.17. bilis in ſigno alleuatis iugiter manibus perſeuerauit. Et factum eſt, inquit, cum leuabat Moyſes manus,prævalebat Iſrael. Vbi autem ſubmiſerat manus,inualeſcebat Amalech.Et acceptо lapide ſuppoſuerunt ſub eo,& ſedebat ſuper eum.Et Aaron & Vr ſuſtentabant manus eius hinc & inde,& factæ ſunt manus Moyſi ſtabiles uſque in occaſum ſolis . Et fugauit Ieſus Amalech,& omnem populum eius.Et dixit dominus ad Moyſen: Scribe hoc(ut ſit in memoria)in libro,& da in aures Ieſu, quoniam deletione delebo memoriam Amalech ſub cœlo.

IX.

Ad hoc enim preſſuras & perſecutiones fieri ut probemur, in Deutero
Deut.13. nomio: Tentat uos dominus deus ueſter,ut ſciat ſi diligitis eũ ex toto corde ueſtro,& ex tota anima ueſtra,& ex tota uirtute ueſtra.& iterum apud
Eccl.27. Salomonem: Vaſa figuli probat fornax,& homines iuſtos tentatio tribulationis. Paulus quoque paria teſtatur,ac loquitur dicens: Gloriamur in
Rom.5. ſpe claritatis dei. Non ſolum autem ſed & gloriamur in preſſuris, ſcientes quoniam preſſura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem ſpem,ſpes autem non confunditur,quia dilectio dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt
1.Petri.4. nobis.Et Petrus in epiſtola ſua ponit & dicit:Chariſſimi nolite mirari ardorem accidentem uobis,qui ad tentationem ueſtrã fit,nec excidatis tãq̃ nouum aliquid uobis contingat.Sed quotienſcunq; cõmunicatis CHRISTI paſſionibus,per omnia gaudete,ut & in reuelatiõe facta claritatis eius

gaudentes

gaudentes exultetis. Si improperat uobis in nomine CHRISTI, beati estis, quia maiestatis & uirtutis domini nomẽ requiescit in uobis, quod quidem per illos blasphematur, per nos autem honoratur. X.

Timendas non esse iniurias & pœnas persecutionum, & ne expauescat quis ad pressuras & persecutiones quas patitur in hoc mundo, quia maior est dominus ad protegendũ, cꝫ zabulus ad impugnãdum, Ioannes in epistola sua ponit & dicit: Maior est qui in uobis est, quàm qui in isto mundo. item in psalmo: Nõ metuam quid mihi faciat homo, dominus mihi auxiliator est. & iterũ: Isti in equis, nos autẽ in nomine domini dei nostri magnificabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus. Et adhuc fortius docens & ostendens spiritus sanctus castra zabuli non timenda, & si bellum nobis hostis indixerit, in ipso magis bello spem nostram consistere, & congressione illa iustos ac diuinæ sedis & salutis æternæ præmiũ peruenire, in psalmo ponit & dicit: Si directa in me fuerint castra, non timebit cor meum. Et si exurrexerit super me bellum, in illud ego sperabo. Vnam petij à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitæ meæ. Item in Exodo declarat scriptura diuina pressuris multiplicari nos potius & augeri dicens: Quantoc̃ꝫ eos deprimebant, tanto plures fiebant & inualescebant magis. Et in Apocalypsi protectio diuina promittitur in passionibus nostris: Nihil, inquit, horum timeas, quæ passurus es. Nec alius securitatem nobis pollicetur & protectionem quàm qui & per Esaiam prophetam loquitur dicens: Noli timere quia ego te redemi, & uocaui te in nomine tuo, meus es tu. Et si pertransieris per aquam, tecum sum, & flumina te non inundabunt. Et si pertransieris per ignem, ignis non comburet te, quoniam ego dominus deus tuus sum, qui te saluum facio. Qui & in euangelio promittit auxilium diuinum dei seruis in persecutionibus non defuturum, dicens: Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. & iterum: Ponite in cordibus uestris non præmeditari excusare: ego enim dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij uestri. Sic & in Exodo ad Moysem contantem & ad populum trepidantẽ deus loquitur dicens: Quis dedit os homini? & quis fecit mutum? & quis surdum? & quis uidentem & cæcum? nónne ego dominus deus? Et nũc perge & ego aperiam os tuum, & instruam te quid loquaris. Nec difficile est deo aperire os hominis deuoti sibi, & confessori suo inspirare constantiã & fiduciam loquendi, qui in Numeris aduersus Balaam prophetam etiam asinam fecit loqui. Quare in persecutionibus nemo cogitet quod periculum diabolus importet, sed consyderet quod auxilium deus præstet, nec mentem labefaciat humana infestatio, sed corroboret fidem di-

1. Ioan. 4.
Psal. 117.
Psal. 19.
Psal. 26.
Exod. 1.
Apocal. 2.
Esa. 43.
Matth. 10.
Marc. 13.
Luc. 21.
Exod. 4.
Numer. 22.
2. Petri. 2.

uina protectio, quãdo unuſquiſq; ſecundũ dominica promiſſa & fidei ſuæ merita tantũ accipiat de dei ope, quantũ ſe credit accipere: nec ſit q̃d omnipotens præſtare nõ poſſit, niſi accipientis fides caduca defecerit. XI.

Ante prædictum eſſe quod nos mundus odio habiturus eſſet, & quod perſecutiones aduerſus nos excitaret, & quod nihil nouum Chriſtianis accidat, cum ab initio mundi boni laborauerint, & oppreſſi atq; occiſi ſint iuſti ab iniuſtis, Dominus in euangelio præmonet & prænunciat dicẽs: Si mundus uos odit, ſcitote quoniam me primo odĩt. Si de mundo eſſetis, mũdus quod ſuum eſſet amaret. Sed quia de mundo non eſtis & ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote ſermonis quem dixi uobis: Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & uos perſequẽtur. & iterum: Veniet hora ut omnis qui uos occiderit, putet ſe officium deo facere. Sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. Hæc autem locutus ſum uobis, ut cum uenerit hora eorum memores ſitis, quia ego dixi uobis. & iterum: Amen amen dico uobis: quia plorabitis & plangetis, ſeculum autem gaudebit: uos triſtes eritis, ſed triſtitia ueſtra in lætitiam ueniet. & iterum: Hæc locutus ſum uobis, ut in me pacem habeatis, in ſeculo autem preſſuram. Sed fidite quoniam ego uici ſeculum. & iterum cum à diſcipulis ſuis interrogaretur de ſigno aduentus ſui & conſummationis mundi, reſpondit & dixit: Cauete ne quis uos fallat, multi enim uenient in nomine meo dicẽtes: Ego ſum CHRISTVS, & multos fallent. Incipietis autem audire bella & auditus bellorũ, uidete nolite tumultuari: oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis. Exurget autem gens ſuper gentem, & regnũ ſuper regnum, & erunt fames & terræmotus & peſtilentiæ per loca. Omnia autem iſta initia parturitionum ſunt. Tunc tradent uos in tribulationem & interficient uos, & eritis odibiles omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & ſe inuicem tradent & odient inuicem. Et multi pſeudoprophetæ exurgẽt & ſeducẽt multos, & eo quod facinus abundet, refrigeſcet charitas multorum. Qui autem tolerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur euangelium iſtud regni per totum orbem terræ in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Cum autem uideritis abominationem uaſtationis, quæ dicta eſt per Danielem prophetam ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in montes, & qui in tecto eſt non deſcendat tollere quicquam de domo: & qui in agro eſt non conuertatur retro auferre ueſtimentum ſuum. Væh autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ne fiat fuga ueſtra hyeme neque ſabbato. Erit autem tunc preſſura magna, qualis non fuit ab initio mundi uſq; nunc, ſed neq; fiet: & niſi breuiati eſſent dies illi, non eſſet ſalua omnis caro, propter electos autem breuiabuntur dies illi. Tunc ſi quis dixerit uobis: ecce hic eſt CHRISTVS, aut ecce illic, nolite credere;

Ioan. 15.

Ioan. 16.

Luc. 21. Mar. 13. Math. 24.

Daniel. 9.

dere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia ad errorem faciendum si fieri potest & electis. Vos autem cauete, ecce prædixi uobis omnia. Si ergo dixerint uobis: Ecce in solitudine est, nolite exire, ecce in cubiculis, nolite credere. Sicut enim coruscatio quæ exit ab Oriente & paret usq; ad Occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbi fuerit corpus, illic colligentur aquilæ. Continuo autem post pressuram dierum illorum sol tenebrascet, & luna non dabit lumẽ suum, & stellæ cadẽt de cœlo, & uirtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & lamentabũtur se omnes tribus terræ, & uidebũt filium hominis uenientem in nubibus in uirtute magna & claritate. Et mittet angelos suos cum uirtute magna & claritate, & cum tuba magna. & colligent electos eius à quattuor uentis à summis cœlorum usq; ad summitates eorum. Nec noua aut repentina hæc sunt quæ nunc accidunt Christianis, cum boni & iusti semper & dei lege innocentiæ ac ueræ religionis timore deuoti per pressuras & iniurias, & graues ac multiformes infestationum pœnas angusti itineris difficultate gradiantur. Sic in orgine statim mũdi Abel iustus à fratre primus occiditur: & Iacob fugatur, & Ioseph nenundatur, & Dauid misericordem, Saul rex persequitur. & Heliam maiestatem dei cõstanter ac fortiter asserentem rex Achab opprimere conatur. Zacharias sacerdos interficitur in medio templi & altaris, ut illic hostia ipse fiat, ubi deo hostias immolabat. Tot deniq; martyria iustorum sæpe celebrata, tot edita in posterum fidei & uirtutis exempla. Tres pueri Ananias, Azarias, Misaël ætate compares, dilectione concordes, fide stabiles, uirtute constantes, flammis ac pœnis urgentibus fortiores, soli se deo seruire, solum nosse, solum colere proclamant, dicentes: Nabuchodonosor rex non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. Etenim deus cui nos seruimus, potens est nos eripere de camino ignis ardẽtis, & de manibus tuis rex liberare nos. Quod si noluerit, notum sit tibi, quia dijs tuis nõ seruiemus, & statuam auream quam statuisti, non adoramus. Et Daniel deo deuotus & sancto spiritu plenus exclamat & dicit: Nihil colo ego nisi dominum meum qui condidit cœlum & terram. Tobias quoq; sub regali licet ac tyrannica seruitute, sensu tamen ac spiritu liber, confessionem suam deo seruat, & uirtutem, maiestatemq; diuinam sublimiter prædicat dicens: Ego in terra captiuitatis meæ confitebor illi, & ostendam uirtutem eius in natione peccatrice. Quid uero in Machabæis septem fratres natalium pariter & uirtutum sorte consimiles, septenarium numerum sacramento perfectæ consummationis implentes? sic fratres septem in martyrio cohærentes, ut primi in dispositione diuina septem dies annorum septem milia continẽtes, ut septem spiritus & angeli septem qui assistunt & conuersantur ante faciem domini, & lucerna septiformis in tabernaculo martyrij, & in Apocalypsi septem candelabra aurea, & apud

Angusta bonorum uia. *Genes. 4.* *1. Reg. 14.* *3. Reg. 19.* *Matth. 32.* *Daniel. 3.* *Daniel. 14.* *Tob. 13.* *Machab. 7.* *Apocal. 1.*

Prouer. 9. Salomonem columnæ ſeptem, ſuper quas ædificat domum ſapientia, ita & iſtic ſeptem fratrum numerus, eccleſiarum ſeptem numerum ſui quantitate complexus, ſecundum quod in primo Regum libro legimus, ſterilem ſe-
Eſa. 4. ptem peperiſſe. Et apud Eſaiam: Septem mulieres unum hominem appre hendunt, cuius inuocari ſuper ſe nomen expoſcunt. Et apoſtolus Paulus: qui huius legitimi numeri & certi meminit ad ſeptem eccleſias ſcribit. Et in
Apocal. 1. Apocalypſi dominus mandata ſua diuina & præcepta cœleſtia ad ſeptem eccleſias & earundē angelos dirigit, qui nunc iſte in fratribus numerus inue nitur, ut conſummatio legitima impleatur. Cum ſeptem liberis planè copu lantur & mater origo & radix, quæ eccleſias ſeptem poſtmodū peperit, ipſa prima & una ſuper petram domini uoce fundata. Nec uacat quod in paſſio nibus ſola cum liberis mater eſt. Martyres enim qui ſe dei filios in paſſione teſtantur, iam non niſi deo patre cenſentur, ſicut in euangelio docet dicens:
Matth. 23. Ne uocaueritis uobis patrem ſuper terram, unus eſt enim pater ueſter qui in cœlis eſt. Quæ uero ediderunt confeſſionum præconia, quàm præclara, quàm magna documenta fidei præbuerunt? Rex Antiochus infeſtus, im-
2. Macbab. 7. mo in Antiocho antichriſtus expreſſus, ora martyrum glorioſa & ſpiritu confeſſionis inuicta contagio ſuillæ carnis maculare quærebat, & cum fla gellis grauiter uerberaſſet, ac nihil promouere potuiſſet, ſartagines iuſſit igniri: quibus ignitis & accenſis, eū qui primus locutus fuerat & magis re gem uirtutis & fidei conſtantia prouocauerat, admoueri præcepit & frigi, producta & execta prius lingua quæ confeſſa deum fuerat. Quod marty rium glorioſius contigit? lingua enim confeſſa nomen dei prior ad deum debuit ipſa proficiſci. Poſt in ſecundo excogitatis acrioribus pœnis, ante quàm cætera membra torqueret, cutem capitis cum capillis detraxit, odio ſcilicet certo. Nam cum caput uiri CHRISTVS ſit, & caput CHRISTI de us, qui caput laniabat in martyre, deum & CHRISTVM perſequebatur in capite. At ille martyrio ſuo fidens, & reſurrectionis ſibi præmium de dei remuneratione promittens exclamauit & dixit: Tu quidem impotens ex hac præſenti uita nos perdis, ſed mundi rex defunctos pro ſuis legibus in æternam uitæ ſurrectionem ſuſcitabit. Tertius linguam poſtulatus cito protulit: nam pœnam linguæ execandæ iam didicerat à fratre contemne re, manus quoque amputandas conſtanter extendit, multum beatus gene re iſto ſupplicij, cui contigit extenſis manibus ad pœnam paſſionis domi nicæ inſtar imitari. Necnon & quartus pari uirtute tormenta contemnens, & ad retundendum regem cœleſti uoce reſpondens exclamauit & dixit: Po tius eſt ab hominibus morti datos expectare ſpem à deo, iterum ſuſcitan dos ab eo in uitam æternam: tibi enim reſurrectio ad uitam nō eriit. Quin tus præter quod carnificinam regis & duros uarioſcp cruciatus fidei uigore calcabat, ad præſcientiam quoque & noticiam futurorum ſpiritu diuinitatis animatus

animatus prophetauit regi,& indignationem dei & ultionē uelociter proſe
cuturam.Poteſtatem,inquit,inter homines habens,cum ſis corruptibilis,fa
cis quod uis.Noli autem putare genus noſtrum à deo derelictum eſſe.Su-
ſtine & uide magnam poteſtatem eius, qualiter te & ſemen tuum torque-
bit.Quale illud leuamētum fuit martyrij,quàm magnum quàm grande ſo-
latium? in cruciatibus ſuis non tormenta propria cogitare, ſed tortoris ſui
ſupplicia prædicare? In ſexto uero non uirtus ſola,ſed humilitas prædican-
da eſt,nihil ſibi martyrem uindicaſſe,nec confeſſionis ſuæ honorem ſuper-
bis uocibus uentilaſſe,peccatis potius ſuis aſcripſiſſe, quod perſecutionem
agere pateretur, deo uero dediſſe quod poſtmodum uindicaretur. Docuit
eſſe martyres uerecūdos de ultione fidere,& nihil in paſſione iactare.Noli,
inquit,fruſtra errare,nos enim propter noſmetipſos hic patimur peccātes in
deum noſtrum. Tu autem ne te exiſtimes impune futurum aggreſſus pu-
gnare cum deo. Admirabilis quoque mater,quæ nec ſexus infirmitate fra-
cta,nec multiplici orbitate commota, morientes liberos ſpectauit libenter,
nec pœnas illas pignorū,ſed & glorias computauit, tam grāde martyrium
deo præbens uirtute oculorum ſuorum, quàm præbuerunt filij eius tormē-
tis & paſſione membrorum. Cum ſex punitis & occiſis ſupereſſet unus ex
fratribus, cui rex diuitias & potentatus & multa pollicebatur, ut crudelitas
eius aut feritas, uel unius ſubacti ſolatio foueretur, & peteret ut ad filium
deijciendum ſecum deprecaretur & mater.Deprecata eſt illa,ſed ut decebat
martyrum matrem,ut decebat legis & dei memorem, ut decebat filios ſuos
non delicate ſed fortiter diligentem. Deprecata eſt enim ſed ut deum confi
teretur, deprecata eſt ne à fratribus ſuis frater in conſortio laudis & gloriæ
ſepararetur, tunc ſe ſeptem filiorum computans matrem,ſi ſibi contingeret
ſeptem deo peperiſſe nō ſeculo.Armans itaque eum & corroborans,& feli-
ciorem tunc partu filium generans:Fili,inquit,miſerere mei,quæ te in utero
menſibus nouem portaui,& lac triennio dedi,& alui,& in ætatē iſtam per-
duxi.Oro fili aſpicias cœlum & terram,& omnibus (quæ in eis ſunt) aſpe-
ctis intelligas,quia ex nihilo fecit illa deus & hominum genus.Itaque fili ne
timeas carnificem iſtum,ſed dignus fratribus effectus excipias mortem, ut
in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam.Magna laus matris in ex-
hortatione uirtutis, ſed maior in dei timore & in fidei ueritate, quod nihil
ſibi aut filio de ſex martyrum honore promiſit,nec fratrum precem profutu
ram credidit ad negantis ſalutem. Perſuaſit potius participem fieri paſſio-
nis,ut in iudicij die poſſet cum fratribus inueniri.Poſt hæc liberis ſuis com-
moritur & mater,neque enim aliud iam decebat,quàm ut quæ martyres pe
pererat & fecerat,in conſortio illis gloriæ iungeretur, & quos ad deum præ-
miſerat,ipſa quoque ſequeretur.Ac ne quis uel libelli, uel alicuius rei obla-
ta ſibi occaſione qua fallat, amplectatur decipientium malum munus,nec

Eleazarus. Eleazatus tacendus est,qui cum sibi à ministris regis offerretur facultas, ut accepta carne qua liceret sibi uesci, ad circunueniendum regem simularet se edere, quæ de sacrificijs atque illicitis cibis ingerebantur,consentire ad hanc
2 Machab. 6. fallaciam noluit,dicens nec ætati suæ,nec nobilitati cõuenire id fingere, quo cæteri scandalizarentur,& in errorem inducerentur,existimantes & Eleazarum nonaginta annos natum ad morem alienigenarum relicta & prodita dei lege transisse: nec tanti esse lucrari breuia uitæ momẽta, ut offenso deo incurreret æterna supplicia. Atq; illic excruciatus diu & in extremo iam con
Ibidem. stitutus,cum inter uerbera & tormenta moreretur,ingemiscens ait: Domine qui sanctam habes scientiam,manifeste tu scis,quia cum possim à morte liberari,durissimos dolores corporis tolero flagellis uapulans,animo autem propter tui ipsius metum libenter hoc patior. Syncera prorsus fides & uirtus integra ac satis pura,non regem Antiochum cogitasse, sed deum iudicem,& scisse proficere sibi ad salutem non posse, si hominem derideret ac falleret, cum deus qui conscientiæ nostræ iudex est, & solus timendus est nec derideri possit omnino,nec falli. Si igitur & nos dicati deo ac deuoti uiuimus,si supra ipsa iustorum antiqua & sancta uestigia iter facimus,per eadem documẽta pœnarum, per eadem passionum martyria pergamus,hoc ampliorem gloriam computantes temporis nostri, quod cum uetera exempla numerentur, exuberante postmodum uirtutis ac fidei copia, numerari
Apocal. 7. non possunt martyres Christiani,testante Apocalypsi & dicente: Post hæc uidi turbam magnam,quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente,& ex omni tribu & populo, & lingua,stantes in conspectu throni & agni, & erant amicti stolis albis,& palmæ fuerunt in manibus eorum,& magno clamore dicebant:Salus deo nostro sedenti super thronum & agno.& respondit unus ex senioribus dicens:Hi qui amicti sunt stolis albis,qui sunt & unde uenerunt?Et dixi ei:Domine mi scis. & ait mihi:Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione,& lauerunt stolas suas,& candidas eas fecerunt in sanguine agni: propter hoc sunt in cõspectu throni dei,& seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Quod si tantus ostenditur & probatur Christianorum martyrum populus,nemo difficile uel arduum putet esse martyrẽ fieri,quãdo uideat martyrum populum non posse numerari. XII.

Quæ spes & merces maneat iustos & martyres post conflictationes huius temporis & passiones,per Salomonem spiritus sanctus ostẽdit & præ-
Sapien. 3. cinit dicens: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est.Et si in paucis uexati,in multis bene disponẽtur,quoniam deus tentauit illos & inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausta hostiæ accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.Iudicabunt nationes & dominabuntur populis,& regnabit dominus eorum in perpetuum.Item apud eundem uindicta nostra

describitur, & persequentium nos atque infestantium pœnitentia prædicatur. Tunc stabunt iusti, inquit, in magna constantia aduersus eos, qui se an- Sapien. 5.
gustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, uidentes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes inter se pœnitentiam habentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorũ est? Ergo errauimus à uia ueritatis, & iusticiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Lassati sumus in iniquitatis uia & perditionis, & ambulauimus solitudines difficiles, uiam autẽ domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tanq; umbra. Item in psalmo 115. precium & merces passionis ostenditur: Preciosa, inquit, est in conspectu domini mors sanctorum eius. Item in psalmo 125. Tristitia cõflictationis & lætitia retributionis exprimitur: Qui seminant, inquit, in lachrymis in gaudio metent. Ambulantes ambulabant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem uenient in exultatione, tollentes gremia sua. & iterum in psalmo 118. Beati qui immaculati sunt in uia, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur martyria eius, in toto corde exquirunt eum. Item dominus in euãgelio, ultor ipse persecutionis nostræ & remunerator passionis: Beati eritis, inquit, qui perse- Matth. 5.
cutionem passi fueritis propter iusticiam, quia ipsorum est regnum cœlorũ. & iterum: Beati eritis cũ odio uos habuerint homines, & separauerint uos, Ibidem.
& expulerint, & maledixerint nomini uestro quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illo die & exultate, ecce enim merces uestra multa est in cœlis. & iterum: Qui perdet animam suam propter me, hic saluabit. Nec Ibid. 10.
solos animaduersos & interfectos pollicitationis diuinæ manent præmia, sed etiam si ipsa passio fidelibus desit, fides tamen integra atq; inuicta perstiterit, & cõtemptis ac relictis suis omnibus CHRISTVM se sequi Christianus ostenderit, ipse quoq; à CHRISTO inter martyres honoratur, pollicente ipso & dicente: Nemo est qui relinquat domum, aut agrum, aut parẽtes, Luc. 18.
aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat septies tantum in isto tempore: in seculo autem futuro uitam æternã. Item in Apocalypsi hoc idem loquitur: Vidi, inquit, animas occisorum propter nomen Apocal. 20.
IESV & sermonem dei, & cum primo loco posuisset occisos, addidit dicens: Et quicunq; imaginem bestiæ non adorauerunt, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, quos uniuersos à se in eodẽ loco simul uisos cõiungit & dicit: & uixerũt & regnauerũt cũ CHRISTO. Viuere omnes dicit & regnare cũ CHRISTO, nõ tantũ qui occisi fuerint, sed & quicq; in fidei suæ firmitate & dei timore perstantes, imaginem bestiæ non adorauerunt,

neq; ad funesta eius & sacrilega edicta consenserunt. Plus nos accipere in passionis mercede, quàm quod hic sustinemus in ipsa passione, probat bea-
2. Cor. 12. tus apostolus Paulus qui dignatione diuina usq; in tertium cœlum atq; in paradisum raptus, audisse se inenarrabilia testatur, qui occulta fide IESVM CHRISTVM uidisse se gloriatur, qui id quod & didicit & uidit maioris cō-
Roma. 8. scientiæ esse ueritate profitetur. Non sunt, inquit, condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quis ergo non omnibus uiribus elaboret ad tantam claritatem peruenire, ut amicus dei fiat, & cum CHRISTO statim gaudeat? ut post tormenta & supplicia terrena, ad præmia diuina perueniat? Si militibus secularibus gloriosum est, ut hoste deuicto redeant in patriā triumphantes, quanto potior & ma-ior est deuicto zabulo, ad paradisum triumphantes redire, & unde Adam peccator eiectus est, illuc prostrato eo, qui ante deceperat, trophæa uictricia reportare? offerre deo acceptissimum munus, incorruptam fidem & uirtutē mentis incolumem, laudem deuotionis illustrem? comitari eum, cum ueni-re cœperit uindictam de inimicis recepturus, lateri eius assistere, cum sederit iudicaturus? cohæredem CHRISTI fieri? angelis coæquari? cū patriarchis, cum apostolis, cum prophetis cœlestis regni possessiōe lætari? has cogitati-ones quæ persecutio potest uincere, quæ possunt tormenta superare? Du-rat fortis & stabilis religiosis meditationibus fundata mens, & aduersus omnes diaboli terrores & minas mundi animus immobilis perstat, quem futurorum fides certa & solida corroborat. Clauduntur oculi in persecutio-nibus terræ, sed patet cœlum: minatur antichristus, sed dominus CHRI-STVS tuetur: mors infertur, sed immortalitas sequitur: occiso mundus eri-pitur, sed restituto paradisus exhibetur: uita temporalis extinguit, sed æter na reparatur. Quanta est dignitas & quanta securitas, exire hinc lætum, exi-re inter pressuras & angustias, glorioſum claudere in momento oculos, qui-bus homines uidebantur & mundus, & aperire eosdem statim ut deus ui-deatur & CHRISTVS, tam uelociter migrandi quāta uelocitas ut terris re-pente subtraharis, & in regnis cœlestibus reponaris? Hæc oportet mente contemplari & cogitatione, hæc die ac nocte meditari. Si talem persecutio-nis dies CHRISTI militem inuenerit, uinci non poterit uirtus ad præmium prompta. Vel si accersitio ante præuenerit, sine præmio non erit fides quæ erat ad martyriū parata. Sine damno temporis merces deo iudice redditur, in persecutione militia, in pace conscientia coronatur. Amen.

LIBELLI DE EXHORTATIONE MARTYRII FINIS.

Liber

LIBER PRIMVS BEATI CYPRIANI ADVERSVS IVDAEOS AD QVIRINVM, CVIVS ARGVMENTVM SVBSCRIPTA EPISTOLA CONTINET.

CYPRIANVS QVIRINO FILIO SALVTEM.

OBTEMPERANDVM fili chariſſime deſyderio tuo ſpiritali, impẽſiſſima petitione diuina magiſteria poſcenti, quibus nos dominus per ſcripturas ſanctas erudire dignatus eſt & inſtruere, ut à tenebris erroris abducti, & luce eius pura & cãdida luminati, uiam uitæ per ſacramenta ſalutaria teneamus. Et quidẽ ſicut petiſti, ita à nobis ſermo compoſitus, & libellus compendioſa brẽuitate digeſtus eſt, ut quæ ſcribantur non copia latiore diffunderem, ſed quantum mediocritas memoriæ ſuggerebat excerptis capitulis & annexis neceſſaria quæq; colligerem, quibus non tam tractaſſe, cq; tractantibus materiam præbuiſſe uideamur. Sed & legẽtibus breuitas huiuſmodi plurimum prodeſt, dum non intellectum legentis & ſenſum liber longior ſpargit, ſed ſubtiliore compendio (id quod legitur) tenax memoria cuſtodit. Complexus ſum uero libellos duos pari æqualitate *moderatos: Vnum quo oſtendere nixi ſumus Iudæos ſecundum quæ fuerant ante prædicta, à deo receſſiſſe, & indulgentiam domini, quæ ſibi & pridem data, & in poſterum promiſſa fuerat, perdidiſſe, ſucceſſiſſe uero in eorum locum Chriſtianos fide dominum promerentes, & de omnibus gentibus ac de toto orbe uenientes. Item libellus alius cõtinet CHRISTI ſacramẽtũ, quod idem uenerit qui ſecundũ ſcripturas annunciatus eſt, & geſſerit ac perfecerit uniuerſa, quibus intelligi & cognoſci poſſe prædictus eſt: quæ legenti tibi interim proſunt ad prima fidei liniamenta formãda. Plus roboris tibi dabitur, & magis ac magis intellectus cordis operabitur ſcrutãti ſcripturas ueteres ac nouas plenius, & uniuerſa librorum ſpiritalium uolumina perlegenti. Nam nos nũc de diuinis fontibus impleuimus modicum, quod tibi interim mitteremus. Bibere uberius & ſaturari copioſius poteris, ſi tu quoq; ad eoſdem diuinæ plenitudinis fontes nobiſcum pariter poturus acceſſeris. Opto te fili chariſſime ſemper bene ualere.

*Als *moderatus.

CAPVT. I.

Libellus primus Iudæos in offenſam dei grauiter deliquiſſe, quod dominũ dereliquerint & idola ſecuti ſint.

2 Item quod prophetis non crediderint, & eos interfecerint.

3 Ante p̃dictũ qd̃ dñm neq; cognituri, neq; intellecturi neq; recepturi eſſẽt.

Quod

4 Quod ſcripturas ſacras intellecturi Iudæi non eſſent, intelligi autem haberent in nouiſſimis temporibus, poſteaq; CHRISTVS ueniſſet.

5 Nihil poſſe Iudæos intelligere de ſcripturis, niſi prius crediderint in CHRISTVM.

6 Quod Hieruſalē perdituri eſſent, & terram quā acceperunt relicturi.

7 Item quod eſſent amiſſuri lumen domini.

8 Quod circunciſio prima carnalis euacuata ſit, & ſecunda ſpiritalis repromiſſa ſit.

9 Quod lex prior quæ per Moyſen data eſt, ceſſatura eſſet.

10 Quod lex noua dari deberet.

11 Quod diſpoſitio alia & teſtamentum nouum dari haberet.

12 Quod baptiſma uetus ceſſaret & nouum inciperetur.

13 Quod iugum uetus euacuaretur, & iugum nouum oriretur.

14 Quod paſtores ueteres ceſſaturi eſſent, & noui inciperentur.

15 Quod domus & templum dei CHRISTVS futurus eſſet, & ceſſaſſet templum uetus, nouumque cœpiſſet.

16 Quod ſacerdotūi uetus ceſſaret, & nouus ſacerdos ueniret, qui in æternum futurus eſſet.

17 Quod propheta alius ſicut Moyſes promiſſus ſit, ſcilicet, qui teſtamentum nouum daret, & qui magis audiri deberet.

18 Quod duo populi prædicti ſint, maior & minor, id eſt, uetus Iudæorum, & nouus qui eſſet ex nobis.

19 Quod eccleſia, quæ prius ſterilis fuerat, plures filios habitura eſſet ex gentibus quàm quot ſynagoga ante habuiſſet.

20 Quod gentes magis in CHRISTVM credituræ eſſent.

21 Quod panem & calicem domini & omnē gratiam eius amiſſuri eſſent Iudæi, nos uero accepturi, & quod Chriſtianorum nouum nomen benedicetur in terris.

22 Quod ad regnum cœlorum magis gentes q; Iudæi perueniant.

23 Quod ſolo hoc Iudæi accipere ueniam poſſint delictorum ſuorum, ſi ſanguinem CHRISTI occiſi baptiſmo eius abluerint, & in eccleſiam tranſeuntes præceptis eius obtemperauerint.

LIBRI PRIMI CAPVT. I.

IVdæos in offenſam dei grauiter deliquiſſe quod dominū reliquerint, & idola ſecuti ſint, in Exodo populus ad Aaron: Exurge & fac nobis deos q nos præcedāt, quia Moyſes uir hic, qui nos eiecit de Aegypto, quid ei accid derit, nō ſcimus. Itē illic Moyſes ad dominū: Precor te domine, deliquit populus hic delictū grande: fecerūt ſibi deos aureos & argenteos, & ſi dimittis eis, dimitte: ſin autē, dele me de libro quē ſcripſiſti. Et dixit dñs ad Moyſen:

Exod. 32.

Ibidem.

Si quis

Si quis deliquerit ante me, delebo illum de libro meo. Item in Deuteronomio: Sacrificauerunt demonijs & non deo. Item in libro Iudicum: Et fecerunt filij Israël malignum contra dominum deum patrum suorũ, qui eiecit eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos gẽtium, qui circa illos sunt, & offenderunt deum, & seruierunt Baal. Item illic: Et adiecerunt filij Israël iterum facere malignum contra dominum, & seruierunt Baal & dijs alienigenarũ, & reliquerũt dominũ, & nõ seruierunt illi. Derelictus est Iuda, & abominatio facta est in Israël, & in Hierusalẽ, quoniã profanauit Iudas sancta dñi, in quibus dilexit & affectauit deos alienos. Exterminabit dñs hominẽ qui facit hæc, & humilis efficietur in tabernaculis Iacob apud Malachiel. II.

Exod. 32. Deuter. 32. Iudic. 2. Ibidem.

Quod prophetis non crediderint & eos interfecerint: apud Hieremiam dominus dicit: Misi ad uos seruos meos prophetas, ante lucem mittebam & non audiebatis me, neque intendebatis auribus uestris dicens: Conuertatur unusquisq; à uia sua mala, & à nequissimis affectionibus uestris à seculo & usq; in secula. Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis, & ne adoraueritis, & ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad dispergendos uos, & non audistis me. Item in Regum libro tertio Helias ad deũ: Aemulãdo æmulatus sum dominum deum omnipotẽtem, quia dereliquerunt te, altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerũt gladio, & remansi ego solitarius, & quærunt auferre animam meã. Item in Esdra: Descisuerunt à te & abiecerũt legem tuam post dorsum suum, & prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, ut reuerterentur ad te. III.

Hiere. 7. 3. Reg. 19.

Quod dominum neq; cogniturí, neq; intellecturi, neque recepturi essent, apud Esaiam: Audi cœlum & præbe aurẽ terra, quoniam dominus locutus est: Filios generaui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem non cognouit, & populus me nõ intellexit. Væh genti peccatrici, populo pleno peccatis, * semini nequam, filij sceleſti reliquistis dominum, & in indignationẽ misistis illum sanctum Israël. Item apud eundem dominus dicit: Vade & dic populo isti: Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Incrassaui enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos concluserunt, ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & reuertantur, & curem illos. Item apud Hieremiam dominus dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt sibi lacus detritos qui non poterunt aquam portare. Item apud eundem: Ecce sermo domini factus est eis in maledictum non uolunt illum. Item apud eundem dominus dicit: Cognouit tempus suum turtur & hirundo, ruris passeres custodierunt tempora introitus sui: populus autem meus non cognouit iudiciũ domini. Quomodo dicetis, sapientes sumus, & lex domini nobiscũ est? Incassum facta est mœchatura falsa, scribæ confusi sunt, sapientes trepidauerunt,

Esa. 1. Al's * semen. Hiere. 2. Ibid. 20. Ibid. 8.

& capti

& capti sunt, quia uerbū dei reprobauerunt. Item apud Salomonē: Quærunt me mali & non inuenient: odio enim habuerunt sapientiā, sermonem
Psal. 27. autem domini non receperunt. Item in psalmo: Redde eis retributionem
Psal. 13. eorum, quoniam nō intellexerunt in operibus domini. Item in psalmo: Nō cognouerunt neq; intellexerunt, in umbra deambulabunt. Item in euange-
Ioan. 1. lio secundum Ioannem: In sua propria uenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem ut filij dei fierent, qui credunt in nomine eius. IIII.

Quod scripturas sacras Iudæi intellecturi non essent, intelligi autem haberent in nouissimis temporibus, postea quàm CHRISTVS uenisset, apud
Esa. 29. Esaiam: Et erunt uobis hi omnes sermones sicut sermones libri, qui signatus est, quem si dederis homini scienti literas ad legendum, dicet: Non possum legere, signatus est enim. Sed in illa die audient surdi sermones libri, & qui in tenebris, & qui in nebula sunt, oculi cæcorum uidebunt. Item apud Hiere-
Hiere. 23. miam: In nouissimis diebus cognoscetis ea. Itē apud Danielem: Muni ser-
Dani. 12. mones, & signa librum aduscq; tempus cōsummationis, quo addiscant multi, & impleatur agnitio, quoniam cum fiet dispersio, cognoscent omnia hæc. Paulus ad Corinthios in epistola prima: Nolo enim uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt. Item in epistola ad Corinthios secunda: Obtusi sunt sensus eorum usq; ad hunc diem, hoc eodem uelamento in lectione ueteris testamenti manente, quod nō reuelatur, qui in CHRISTO euacuatur, & usq; in hodiernum si quando legitur Moyses uelamentum est super cor eorum. Mox autem ut conuersus est ad dominum, auferLuc. 24. tur uelamentum. In euangelio dominus post resurrectionem: Isti sunt sermones, quos locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quia oportet adimpleri omnia scripta in lege Moysi & prophetis, & psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit illis: Quia scriptum est CHRISTVM pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissam peccatorū usq; in omnes gentes. V.

Nihil posse Iudæos intelligere de scripturis, nisi crediderint in CHRI-
Esa. 7. STVM, apud Esaiam: Et si nō crediderit is, neq; intelligetis. Vnde dominus
Ioan. 8. in euangelio: Si enim non crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Fide autem stare iusticiam, & illic esse uitam, prædictum est apud
Abac. 2. Abacuc: Iustus autem ex fide mea uiuet, tamē Abraham pater gentium cre-
Genes. 15. didit. In Genesi: Credidit Abraham deo, & deputatum est ei ad iusticiam.
Galat. 3. Item Paulus ad Galatas: Abraham credidit deo, & deputatum est ei ad iusticiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus prænunciat Abra-
Galat. 3. hæ, quia benedicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fideli Abraham. VI.

Quod

Quod Hierusalem perditurі essent,& terram quam acceperant relictu-
ria:pud Esaiam: Terra uestra deserta,ciuitates uestræ igni exustæ, regionẽ Esa.1.
uestram in conspectu uestro alieni comedent eam. & deserta & subuersa
à populis alienis derelinquetur filia Sion sicut casa in uinea, & sicut custo-
diarium in cucumerario, quasi ciuitas quæ expugnatur.Et nisi dominus sa-
baoth reliquisset nobis semen,quasi Sodoma fuissemus,& quasi Gomor-
ra similaremus.Item in euangelio dominus dicit:Hierusalem,Hierusalem Matth. 23.
quæ occidis prophetas & lapidas missos ad te,quotiẽs uolui colligere filios
tuos sicut gallina pullos sub alas & noluisti?Ecce relinquetur uobis domus
uestra deserta.

VII.

Quod essent amissuri lumen domini: apud Esaiam: Venite ambule- Esa.2.
mus in lumine domini,dimisit enim populum suum domum Israel. Item
in euãgelio. Fuit lumen uerũ quod illuminat oẽm hominẽ uenientẽ in hũc Ioan.1.
mundum.In hoc mundo fuit,& mundus per ipsum factus est, & mundus
eum non cognouit.Item illic.Qui non crediderit,iam iudicatus est,quia nõ Ioan.3.
crediderit in nomine unici filij dei.Hoc autem est iudicium quoniam lux ue
nit in seculum,& magis dilexerunt tenebras quàm lumen.

VIII.

Quod circũcisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritalis repro
missa sit: apud Hieremiam:Hæc dicit dominus uiris Iuda, & qui habitant
Hierusalem. Renouate inter uos nouitatem, & ne seminaueritis in spi-
nis,circũcidite deo uestro uos,& circũcidite præputium cordis uestri,ne exe-
at sicut ignis ira mea,& exurat & non sit qui extinguat. Item Moyses dicit:
In nouissimis diebus circũcidet deus cor tuum & cor seminis tui,ad domi- Deut. 30.
num deum amandum. Item apud Iesum Naue. Et dixit dominus ad Ie-
sum:Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos,& abcide & circũcide secundo
filios Israel.Item Paulus ad Colossenses.Circũcisi estis circũcisione non ma Coloss. 2.
nufacta in expoliationem carnis,sed in circũcisione CHRISTI. Item quod
Adã primus à deo factus incircũcisus,& Abel iustus & Enoch qui deo pla-
cuit,& translatus est.Et Noë qui terris omnibus ob delicta pereuntibus so-
lus in quo humanum genus seruaretur,electus est. ut Melchisedech sacer-
dos,secundum cuius ordinem CHRISTVS repromissus est, tunc quod
illud signaculum seminis non profecit.Signo aũt domini oẽs signant.

IX.

Quod lex prior quæ per Moysen data est, cessatura esset: apud Esaiã:
Tunc manifesti erunt qui signant legem,ne discedãt.Et dices.Expecto deũ
qui auertit faciem suam à domo Iacob,& fidens ero in illum.Item in euan-
gelio:Omnes prophetæ & lex usq; ad Ioannem prophetauerunt. Matth. 11.

X.

Quod lex noua dari haberet: apud Micheam: Quoniam lex de Sion Michee. 4.
proficiscetur,& sermo domini ab Hierusalem. Et iudicabit inter plurimos
populos,& reuincet,& deteget ualidas nationes.Itẽ apud Esaiam:De Sion Esaiæ.2.
enim procedet lex,& uerbum domini de Hierusalem,& iudicabit inter gen

Matth.3. tes. Item in euangelio secundum Matthæum: Ecce uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo bene sensi, ipsum audite.

XI.

Hiere. 23. Quod dispositio alia & testamentum nouum haberet dari: apud Hieremiã: Ecce dies ueniũt dicit dñs, & cõsũmabo in domũ Israel in domũ Iuda testamentum nounm. Non secundũ testamẽtum quod disposui patribus eorum in diem qua apprehendi manus eorũ, ut educerẽ eos de terra Aegypti, quia non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc testamẽtũ quod disponã domui Israel post dies illos dicit dominus: Dans leges meas, in sensum illorũ scribam illa, & ero illis in deo, & ipsi erunt mihi in plebem, & non docebunt unusquisq; fratrem suum dicentes: Dinosce dominum. quia omnes scient me à minimo usq; ad maximum eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorũ non ero memor amplius.

XII.

Esa. 43. Quod baptisma uetus cessaret, & nouũ inciperet: apud Esaiam: Nolite priora meminisse, & antiqua nolite reputare. Ecce facio noua quæ nũc oriẽtur, & cognoscetis, & faciã in deserto uiã, & flumina in loco inaquoso adaquare genus humanum, electam plebem meam quam acquisiui, ut uirtutes meas exponeret. Item apud eundem. Si sitierint per deserta adductis ilis findetur petra, & fluet aqua & bibet plebs mea. Item in euangelio secun

Matth.3. dum Matthæum Ioannes dicit: Ego uos quidem baptizo in aqua & in pœnitentia, qui uenit post me fortior me est, cuius non sum idoneus calciamẽta portare. Ipse uos baptizabit spiritu sancto & igne. Item secundum Ioan

Ioan.3. nem: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod enim natum est de carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

XIII.

Quod iugum uetus euacuaretur, & iugum nouum daretur: in Psalmo:

Psal.2. Ad quid tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterũt reges terræ & principes collecti sunt in unum aduersus dominum, & aduersus CHRISTVM eius. Disrumpamus uincula eorũ, & abiiciamus à nobis

Matth.11. iugum eorum. Item secundum Matthæum dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos requiescere faciam. Tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meũ bonum est, & sar-

Hiere.30. cina mea leuis. Apud Hieremiam. In illa die contribulabo iugum à ceruice illorum, & uincula illorum disrumpam, & non operabuntur alijs, sed operabuntur domino deo, & Dauid regem suscitabo ipsis.

XIIII.

Quod pastores ueteres cessaturi essent & noui inciperent: apud Ezechielem: Propterea hoc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquirã oues meas de manibus eorum, & auertam eos, ut non pascant oues meas, & iam non pascent eas, & extraham oues meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio.

iudicio. Apud Hieremiam dominus dicit: Et dabo uobis paſtores ſecun- Hiere.3.
dum cor meum, & paſcent uos paſcentes cum diſciplina. Item apud Hiere-
miam: Audite uerbum domini gentes, & nũciate in inſulis quæ longe ſunt. Hiere.31.
dicite: Qui diſpergit Iſrael congregabit illum, & cuſtodiet ſicut paſtor gre-
gem ſuũ. Quia eruit dominus Iacob, & eruit de manu fortioris illius. XV.

Quod dominus & templum dei CHRISTVS futurus eſſet, & ceſſaſ
ſet templum uetus nouuḿq; cœpiſſet: primo Regum ſecũdo: Et fuit uerbũ
domini ad Nathan dicens: Vade & dic ſeruo meo Dauid. Hæc dicit domi-
nus. Tu non ædificabis mihi domum ad habitandum, ſed erit cum imple-
ti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuũ poſt
te, qui erit de utero tuo, & parabo regnum eius, hic ædificabit domum no-
mini meo, & erigam thronum eius in ſecula, & ego ero ei in patrem, & ipſe
erit mihi in filium, & fidem cõſequetur domus eius, & regnum eius uſq; in
ſecula in conſpectu meo. Item in euangelio dominus dicit: Non relinquet Mar.13.
in templo lapis ſuper lapidem qui non diſſoluat, & poſt triduum aliud ex-
citabitur ſine manibus. XVI.

Quod ſacrificium uetus euacuaretur, & nouũ celebraretur: apud Eſaiã: Eſaiæ.1.
Quid mihi multitudinem ſacrificiorum ueſtrorum dicit dominus? Plenus
ſum. Holocauſta & pinguamina agnorum, & ſanguinem taurorum & hir-
corũ nolo. Quis enim exquiſiuit iſta de manibus ueſtris? Item in Pſalmo
quadrageſimo nono. Non edam carnes taurorum, aut ſanguinem hircorũ
bibam. Sacrifica deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo uota tua. Inuo-
ca me in die preſſuræ, & eruam te & clarificabis me. Item in Pſalmo eodem:
Sacrificium laudis clarificabit me, & illic uia eſt, in qua oſtendam illi ſaluta-
re dei. Item in Pſalmo quarto. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in
deum. Item apud Malachiam: Non eſt uolũtas mihi circa uos, dicit domi- Malach.1.
nus, & ſacrificium acceptum non habebo ex manibus ueſtris. Quoniam à
ſolis ortu & uſq; in occaſum clarificatũ eſt nomẽ meũ apud gẽtes, & in omi
loco odores incenſi offerent nomini meo, & ſacrificium mundum, quoniã
magnum eſt nomen meum apud gentes, dicit dominus. XVII.

Quod ſacerdotiũ uetus ceſſaret, & nouus ſacerdos ueniret, qui in æter
num futurus eſſet: in Pſalmo: Ante luciferum genui te. Iurauit dominus & Pſal.109.
non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem melchi-
ſedech. Item in Regum primo deus ad Heli ſacerdotem. Et ſuſcitabo mihi 1. Regum.2.
ſacerdotem fidelem, qui omnia quæ ſunt in corde meo faciet, & ædificabo
ei domum fidelem, & tranſibit in conſpectu Chriſtorum meorum omni-
bus diebus, & erit qui remanſerit in domo tua, ueniet adorare in obolo pe-
cuniæ & pane uno. XVIII.

Quod propheta alius ſicut Moyſes promiſſus ſit, ſcilicet qui teſtamen-
tum nouum daret, & qui magis audiri deberet: in Deuteronomio deus ad

Deut.18. Moysem.Et dixit dominus ad me Prophetam excitabo eis de fratribus eo
rum sicut & te.Dabo uerbum meum in ore eius,& loquetur ad eos ea quæ
præcepero.Et quisquis non audierit quæ loquetur propheta ille in nomine
meo,ego uindicabo.De quo & CHRISTVS in euangelio secundum Io
Ioan.5. annem:Scrutamini scripturas,in quibus putatis uos uitam æternam habe-
re,hæ sunt quæ testimonium perhibent de me,& non uultis uenire ad me,
ut uitam habeatis.Nolite putare quia ego uos accuso apud patrem,est qui
uos acuset Moyses,in quem uos speratis.Si enim credidissetis Moysi, cre-
deretis & mihi,de me enim ipse scripsit.Si autem illius scripturis non credi-
tis,quomodo uerbis meis credetis? XIX.

Quod duo populi prædicti sint maior & minor,id est uetus iudæorum,
Gen.25. & nouus qui est ex nobis futurus: in Genesi. Et dixit dñs Rebeccæ. Duæ
gentes in utero tuo sunt,& duo populi de utero tu diuidentur, & populus
Osee.2. populum superabit,& maior seruiet minori.Item apud Osee: Vocabo nō
populum meum,populum meum,& non dilectum dilectū. Erit enim quo
loco dicetur non populus meus,illo loco uocabuntur filij dei uiui. XX.

Quod ecclesia quæ prius sterilis fuerat,plures filios habitura esset ex gen
Esa.54. tibus,quàm quot Synagoga antea habuisset:apud Esaiam:Iocundare ste-
rilis,quæ non paris,erumpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij
desertæ magis quàm eius quæ habet uirum.Dixit enim dominus: Dilata
locum tabernaculi tui,& pelles tabernaculorum tuorum extende.Noli par
cere,longas fac mensuras tuas,& palos tuos confirma. Adhuc in dexteram
tuam & in sinistram extende,& semen tuum possidebit gentes, & ciuitates
desertas inhabitabit.Noli timere quia reuinces.Neq; reuerearis,quia ma-
ledicta es,quoniam confusionem æternam obliuiscaris. Sic & Abrahæ, cū
de ancilla natus esset prior filius,Sara sterilis diu mansit, & sero in senecta
de pollicitatione peperit filiū Isaac,qui fuit typus CHRISTI. Sic & Iacob
accepit uxores duas,maiorem Liam oculis infirmioribus in Typum Syna
gogæ,minorē speciosam Rachel in typū ecclesiæ,quæ & sterilis diu mansit,
& postea peperit Ioseph,qui & ipse fuit Typus CHRISTI.& in Regū pri-
mo legitur Helcana uxores duas habuisse, Fenennam cum filijs, & Annā
sterilem,ex qua nascitur Samuel,non secundum ordinem generandi,sed se
cundum dei miserationem & promissionem cum illa orasset in templo, &
natus Samuel typus fuit CHRISTI. Item in Regum primo.Sterilis septē
peperit,& quæ plurimos haberet filios infirmata est.Filij autem sunt eccle-
Apoc.1. siæ septē. Vnde & Paulus septē dona spūs scripsit. & Apocalypsis ecclesias
septem ponit,ut seruetur septenarius numerus.ut dies septem, quibus do-
minus mundum fecit.ut angeli septem qui assistunt & conuersantur ante
faciem dei,sicut Raphaël angelus dicit in Tobia. & lucerna septiformis in
tabernaculo testimonij,& oculi domini,qui mundum speculantur,& lapis
cum ocu

cũ oculis ſeptem ut Zacharias dicit,& ſpiritus ſeptẽ & candelabra in Apocalipſi ſeptem,& columnæ ſeptem ſuper quas ædificauit domum ſapientia apud Salomonem.

XXI.

Quod gentes in CHRISTVM magis credituræ eſſent:in Geneſi. Et dixit dominus ad Abraham:Exi de terra tua,& de cognatiõe tua,& de domo patris tui,& uade in illam terrã,quam tibi oſtẽdero,& faciam te in gentem magnam,& benedicam te,& magnificabo nomen tuum,& eris benedictus,& benedicam qui te benedixerit,& maledicã qui te maledixerit, & benedicent in te omnes tribus terræ.de hoc ipſo in Geneſi,& benedixit Iſaac Iacob:Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et det tibi deus de rore cœli,& à fertilitate terræ multitudinem frumenti,uini & olei,& ſeruient tibi gentes,& adorabunt te principes, & eris dominus fratris tui,& qui maledixerit tibi,ſit maledictus, & qui benedixerit tibi, ſit benedictus.De hoc ipſo in Geneſi. Vt uidit autem Ioſeph quoniam poſuit pater ſuus manum dexteram ſuper caput Effraim,graue illi uiſum, & apprehendit Ioſeph manum patris ſui auferre à capite Effraim ad caput Manaſſe.Dixit autem Ioſeph ad patrem ſuum.Non ſic pater, hic eſt primituus meus,ſuperpone dexteram tuam ſuper caput eius. Ipſe autem noluit, & dixit:Scio fili ſcio,& hic erit in populum,& hic exaltabitur,ſed frater eius iunior maior illo erit,& ſemen eius erit in multitudinem gentium. Item in Geneſi:Iuda te laudabunt fratres tui,manus tuæ ſuper dorſum inimicorũ tuorum. Adorabunt te filij patris tui,catulus leonis Iuda de frutice fili mi aſcendiſti,recubans obdormiſti uelut leo,& uelut catulus leonis.Quis excitabit illum? Non deficiet princeps de Iuda,& dux de femoribus eius,quoadũſq; ueniant depoſita illi, & ipſe erit ſpes gentium. Deligans ad uitem pullum ſuum,& ad ilicem pullum aſinæ ſuæ. Lauabit in uino ſtolam ſuam, & in ſanguinæ uuæ amictum ſuum.*Formidoloſi oculi eius à uino,& candidi dentes eius magis quàm lac. Inde in Numero de populo noſtro ſcriptum eſt.Ecce populus quaſi populus leoninus conſurget. in Deuteronomio:Eritis gentes in caput,incredulus autem populus in caudam. Audite uocem tubæ,& dixerunt,non audiemus.propter hoc audient gentes,& qui paſcent pecora in eis.In Pſalmo decimo ſeptimo:Conſtitues me in caput gentium.Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi.De hoc ipſo apud Hieremiam dominus dicit: Priuſquàm te formarem in utero noui te,& prius quàm exires de uulua ſanctificaui te.& pphetã in gentibus poſui te.Itẽ apud Eſaiã:Ecce poſui illũ teſtẽ nationibus. Manifeſtaui principẽ & imperatorẽ gentibus. Itẽ apud eũdẽ.Gentes quæ nõ nouerũt te, inuocabunt te.& populi qui ignorabant te,ad te cõfugient. Item apud eundem.Et erit in illa die radix Ieſſe,qui ſurgẽs imperabit omibus gẽ

Gen.12.

Gen.27.

Gen.48.

Gen.49.

als Diuerſa lectio legendũ opinor*formoſi.

Deut.28.

Hiere.1.

Eſa.55.

Ibidem.11.

bus gentibus,& in illum gentes ſperabunt,& erit requies eius honor. Item
Ibidem.9. apud eundem: Terra Zabulon & terra Neptalim uia maris,& qui mariti-
ma inhabitatis,& trans Iordanem gẽtium populus ambulans in tenebris,
uidete lumen magnum qui habitatis in regione umbræ mortis. Lumen
Eſa.66. lucebit ſuper uos. Item apud eundem. Sic dicit dominus deus CHRISTO
meo domino,cuius tenui dexteram,ut exaudiant eum gentes. Fortitudinẽ
tuam diſrumpet, & in illum gentes ſperabunt, & ciuitates concludentur.
Item apud eundem: Venio colligere omnes gentes & linguas,& uenient &
uidebunt claritatem meam,& dimittam ſuper eos ſignum,& mittam ex eis
conſeruatos in gentes,quæ longe ſunt,quæ nõ audierunt nomen meũ,neq;
uiderunt gloriam meam,& nunciabunt claritatem meam inter gentes. Itẽ
apud eundem: Et in omnibus his non ſunt conuerſi,igitur extollet ſignum
in gentes,quæ ſunt longe,& attrahet illos à ſummo terræ. Item: Quibus nõ
Eſa.65. eſt nunciatum de eo,uidebunt,& qui non audierunt,intelligent. Item: Ma-
nifeſtus ſum eis,qui me non quærunt,inuentus ſum ab eis,qui me non in-
terrogabant. Dixi ecce ſum genti,quæ non inuocauit nomẽ meum. De hoc
Actuũ.13. ipſo in Actis apoſtolorum Paulus: Vobis primũ oportuerat indicari uer-
bum dei: ſed quia expuliſtis illud,nec uos dignos uitæ æternæ iudicaſtis,ec-
ce conuertimus nos ad gentes,ſic enim dixit per ſcripturas dominus: Ecce
lucẽ poſui te inter gentes,ita ut ſis in ſaluationem uſq; ad fines terræ. XXII.

Quod panem & calicem CHRISTI,& omnem gratiam eius amiſſu-
ri eſſent Iudæi,nos uero accepturi,& quod Chriſtianorum nouum nomen
Eſa.65. benediceretur in terris: apud Eſaiam ſic dicit dominus: Ecce qui ſeruiunt mi
hi,manducabunt, uos autem eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi bibent,uos
autem ſitietis. qui mihi ſeruiunt lætabuntur, uos autem confundemini, &
ſeruos meos uocabo nomine alio,quod benedicetur in terra. Item illic. Igi-
tur extollet ſignum in gentes,quæ ſunt longe. & attrahet illas ab extremo
terræ. Et ecce cito leuiter aduenient non eſurient neq; ſitient. Item illic. Ecce
itaq; dominator dominus Sabaoth auferet à Iuda. & ab Hieruſalem ua-
lentem & ualidum,ualentiam panis,& ualentiam aquæ. Item in Pſalmo tri
ceſimo tertio: Guſtate & uidete quoniam dominus dulcis eſt. Felix eſt uir,
qui ſperat in eum. Timete deum omnes ſancti eius, quoniam non eſt ino-
pia eis qui eum metuunt. Diuites egerunt & eſurierũt,qui autem inqui-
runt dominum,non egebunt omni bono. Item in euangelio ſecundum Io-
Ioan.6. annem dominus dicit. Ego ſum panis uitæ,qui uenit ad me,non eſuriet. &
Ibidem. 7. qui in me crediderit,non ſitiet unq;. Item illic ipſe. Si quis ſitit,ueniat & bi-
bat. Qui credit in me flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Item illic
Ibidem.6. ipſe. Niſi ederitis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem, non ha-
bebitis uitam in uobis. XXIII.

Quod ad

Quod ad regnũ cœlorũ magis gentes q̃ Iudæi perueniant: in euangelio dominus dicit: Multi uenient ab Oriente & Occidẽte & recumbẽt cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni exibunt in tenebras exteriores. Illic erit ploratio & stridor dentium. Matth. 8. XXIIII.

Quod solo hoc Iudæi accipere ueniam possint delictorum suorũ, si sanguinem CHRISTI occisi baptismo eius abluerint, & in ecclesiam eius transeuntes præceptis eius obtemperauerint: apud Esaiam dominus dicit: Iam non relaxabo peccata uestra. Cum extenderitis manus, auertã faciem meã à uobis. & si multiplicaueritis preces, non exaudiam uos, manus enim uestræ sanguinis plenæ. Lauamini, mundi estote, auferte nequitias ab inimicis uestris, à conspectu oculorum meorum, cessate à nequitijs uestris. Discite bonum facere, exquirite iudicium, conseruate eum qui iniuriam patitur, iudicate pupillo, & iustificate uiduam, & uenite disputemus. Item dominus dicit. Et si fuerint peccata uestra ut Phœniceum, ut niuẽ exalbabo. & si fuerint quasi coccinum, ut lanam inalbabo. & si uolueritis, & audieritis me, bona terræ edetis. Si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius uos consumet. Os enim domini locutum est ista. Esaiæ.

LIBRI PRIMI FINIS.

LIBRI SECVNDI CAPVT I.

CHRISTVM primogenitum esse, & ipsum esse sapiẽtiam dei, per quẽ omnia facta sint.

2 Quod sapientia dei CHRISTVS, & de sacramento incarnationis eius, & passionis & calicis & altaris, & apostolorum qui missi prædicauerunt.

3 Quod idem sit sermo dei.

4 Quod CHRISTVS idem manus & brachium dei est.

5 Quod idem angelus & deus CHRISTVS.

6 Quod CHRISTVS deus uenturus esset illuminator & saluator generis humani.

7 Quod cum à principio filius dei fuisset, generari denuo haberet secundum carnem.

8 Quod hoc futurum esset signum natiuitatis eius, ut de uirgine nascerẽtur homo & deus, hominis & dei filius.

9 Quod & homo & deus & CHRISTVS ex utroq; genere concretus ut mediator esse inter nos & patrem possit.

10 Quod semine Dauid secundum carnem nasci haberet.

11 Quod in Bethleem.

12 Quod humilis in primo aduentu suo ueniret.

13 Quod ipse sit CHRISTVS, quẽ Iudæi occisuri essent.

14 Quod ipse dictus sit ouis & agnus, qui occidi haberet, & de sacramento passionis.
15 Quod idem & lapis dictus sit.
16 Quod deinde idem lapis mons fieret, & impleret totum orbem.
17 Quod in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur sup quē gentes uenirent, & in quem iusti quique ascenderent.
18 Quod ipse sit sponsus, ecclesiam sponsam habens, de qua filij spiritaliter nascerentur.
19 Quod cruci illum fixuri essent Iudæi.
20 Quod in passione crucis & signo uirtus omnis sit & potestas.
21 Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in frontibus notantur.
22 Quod medio die in passione eius tenebræ futuræ essent.
23 Quod à morte non uinceretur, nec apud inferos remansurus esset.
24 Quod ab inferis tercia die resurgeret.
25 Quod cum resurrexisset, acciperet à patre omnem potestatem, & potestas eius æterna sit.
26 Quod perueniri non possit ad deum patrem, nisi per filium eius Iesum CHRISTVM.
27 Quod ipse iudex uenturus sit.
28 Quod ipse sit rex in æternum regnaturus.
29 Quod ipse sit & iudex & rex.

LIBER SECVNDVS ADVERSVS IVDAEOS. CAP. I.

Prouerb. 8.

CHRISTVM primogenitum esse, & ipsum esse sapientiam dei, per quem omnia facta sint: in Prouerbijs: Dominus condidit me initium uiarum suarum, in opera sua ante secula fundauit me in principio antequam terram faceret, & antecp abyssos cōstitueret, ꝓduceret fontes aquarū, antecp montes collocarentur, ante omnes colles genuit me dñs. Fecit regiones & inhabitabilia, & fines inhabitabiles sub cœlo. Cum pararet cœlum, aderam illi, & cum secerneret suam sedem. Cum super uentos ualidas faceret desuper nubes, & cum confirmatos ponebat fontes sub cœlo: quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram penes illum disponens, ego eram cui adgaudebat. Quotidie autem iocundabar ante faciem eius in omni tempore, cum lætaretur orbe perfecto. Item apud eundem in Ecclesiastico: Ego ex ore altissimi prodij ante omnem creaturam. Ego in cœlis feci, ut operaretur lumen indeficiens & nebula texi omnē terram. Ego in altis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Gyrū cœli circuiui

Eccl. 24.

li circuiui,& profundum abyſſi penetraui,& in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti,In omni populo & in omni gente primatum tenui,& omnium excellentium & humilium corda propria uirtute calcaui. Spes omnis in me uitæ & uirtutis. Tranſite ad me oēs qui concupiſcitis me. Itē in Pſalmo octogeſimo octauo:Et ego primogenitum ponam illum altiſſimum apud reges terræ. In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam,& teſtamentum meum fidele ipſi.Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius. Si dereliquerint filij eius legem meam,& in iudicijs meis non ambulauerint, uiſitabo in uirga eorum facinora,& in flagellis delicta eorum. Miſericordiā autem meam non diſpergam ab eis. Item in ſecundum Ioannem dominus dicit:Hæc eſt autem uita æterna,ut cognoſcant te ſolum & uerum dominū, & quem miſiſti Ieſum CHRISTVM. Ego te clarificaui in terra,opus perfeci q̄d dediſti mihi ut faciam ea. Nūc tu clarifica me apud teipſum claritate quam habui apud te,prius quàm mundus fieret. Item Paulus ad Coloſſenſes. Qui eſt ergo imago dei inuiſibilis & primogenitus totius creaturæ. Itē illic:primogenitum à mortuis ut fieret in oīmibus ille primatum tenens. Itē in Apocalipſi:Ego ſum alpha,& o mega,initium ac finis.Ego ſitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis, quod idem ſit & ſapientia & uirtus dei. Paulus ad Corinthios:Quoniam Iudæi ſigna deſyderant,& Græci prudētiā quærunt,nos autem prædicamus Ieſum crucifixum,Iudæis quidem ſcādalum, gentibus autem ſtultitiam,ipſis autem uocatis Iudæis & Græcis CHRISTVM dei uirtutem & dei ſapientiam. II.

Ioan.17.

Coloſſ. 1.

Apoc.21.

1.Corin.1.

Quod ſapiētia dei CHRISTVS,& de ſacramēto incarnationis eius, & paſſionis & calicis,& altaris,& apoſtolorū qui miſſi prædicauerūt: apud Salomonem in Prouerbijs:Sapiētia ædificauit ſibi domum & ſubdidit columnas ſeptem. Mactauit ſuam hoſtiam,miſcuit in cratera uinum ſuum,& parauit ſuam menſam,& miſit ſeruos ſuos cum excelſa prædicatione ad craterem dicens:Qui eſt inſipiens declinet ad me.& egentibus ſenſu dixit: uenite edite de meis panibus,& bibite uinum qnod miſcui uobis. Derelinqui te ſtultitiam & quærite prudentiam,& corrigite ſcientiæ intelligētiam. III.

Prouerb. 9.

Quod CHRISTVS idem ſit ſermo dei in Pſalmo 44. Eructauit cor meum ſermonem bonum,dico ego opera mea regi. Item in Pſalmo triceſimo ſecūdo:Sermone dei cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item apud Eſaiam: Verbum conſummans & breuians in iuſtitia,quoniam ſermonem breuiatum faciet deus in toto orbe terræ. Item in Pſalmo centeſimo ſexto:Miſit ſermonē ſuū & curauit illos. Item in euangelio ſecundū Ioannem:In principio fuit uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbū,hoc erat in principio apud deū,omnia per ipſum facta ſūt,& ſine ipſo factū eſt nihil. Q̄d factū eſt in ipſo uita erat,& uita erat lux

Eſa 10.

Ioan.1.

hominum

hominum,& lux lucet in tenebris,& tenebræ illam non comprehenderunt.

Apoc.6. Item in Apocalipsi:Et uidi cœlum apertum,& ecce equus albus, & qui sedebat super eum,uocabatur fidelis & uerus,æquum iustumq; iudicans, & præliaturus,eratq; coopertus ueste conspersa sanguine, & dicitur nomen eius sermo dei.

IIII.

Quod CHRISTVS idem manus & brachium dei sit: apud Esaiam:

Esa.50. Nūquid nō ualet manꝰ dei,ut saluos faciat? aut generauit aurē ut nō exaudiat?

Esa.59. Si peccata uestra inter uos & deum separāt,& propter peccata uestra auertit faciem suam à uobis ne misereatur, manus enim uestræ inquinatæ sunt sanguine,& digiti uestri in peccatis. Labia autem uestra loquuta sunt

Ibidē.66. facinus,& lingua uestra iniusticiam meditatur. Nemo loquitur uera,neque est iudicium uerum. Fundunt in uanis & loquuntur inania, qui parturiunt dolorem,& pariunt facinus. Item apud eundem sic dicit dominus. Cœlum mihi thronus,& terra suppedaneum pedum meorum. Quam mihi domū ædificabitis? aut quis locus ad requiem mihi? omnia enim ista fecit manus

Esa.52. mea. Item. Domine deus altum est brachium tuum,& non sciebant, cū co-

Psal.97. gnouerint autem confundentur. Item. Reuelauit dominus brachium suū sanctum in conspectu omnium gentium uidebunt omnes gentes & ipsa su

præma terræ salutem à deo.

V.

Quod idem angelus & deus CHRISTVS: in Genesi ad Abraham:

Gen.22. Et uocauit eum angelus domini de cœlo & dixit illi. Abraham, Abraham. Ille autem dixit:Ecce ego.& dixit:Noli imponere manum tuam super puerum,neque feceris illi quicq;. Nunc enim cognoui quoniam times deum tuum,& non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item illic ad Iacob.

Ibidem.31. Et dixit mihi angelus in somnis. Ego sum quem uidisti in loco dei,ubi un-

Exo.15. xisti mihi titulum lapideum,& uouisti mihi uotum. Item in Exodo: Deus autem præibat eos,die quidem per columnam nubis, ostendens illis iter, nocte autem in columna ignis. Item illic. Promouit autem angelus dei, qui præcedebat exercitum filiorum Israel. Item. Ecce ego præmitto angelū meū ante faciem tuam ad custodiendum te in itinere, ut te inducat in terram quam tibi præparaui. Obserua enim & obaudi eum,ne fueris inobaudiēs,

Ioan.5. & non deerit tibi,nomen enim meum in illo est. Vnde ipse in euangelio dicit:Ego ueni in nomine patris mei,& non recepistis me. Cum alius uenerit in nomine suo,illum accipietis. & iterum in Psalmo, cxvij. Benedictus est

Gen.35. qui uenit in nomine domini. Quod deus CHRISTVS,in Genesi:Dixit autem ad Iacob:Exurge & ascende in locum Betheli,& habita illic, & fac illic altare deo, qui tibi apparuit cum fugeres à facie Esau fratris tui. Item

Esa.45. apud Esaiam. Sic dicit dominus Sabaoth. Fatigata est Aegyptus,negocatio Aethiopum & Sabaim uiri alti ad te transgredientur,& tui erunt seruui, & postea ambulabunt uincti compedibus, & adorabunt uincti compedibus

pedibus. Et interpretabuntur quoniam in te deus est, & non est alius deus præter te. Tu enim es deus, & non sciebamus, deus Israel saluator. Confundentur & reuerebuntur omnes qui aduersantur tibi, & cadent in confusione. Item apud eundem: Vox clamantis in deserto parate uiam domino, rectas facite semitas dei nostri. Omnis riuus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt omnia tortuosa in directum, & aspera in campũ, & uidebit omnis claritas domini, & uidebit omnis caro salutare dei, quoniã dominus locutus est. Item apud Baruch: Hic deus noster & non deputabitur alius absq; illo: qui inuenit omnẽ uiam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Item apud Zachariam deus dicit: Et trãsibunt per mare angustum, & percutient in mari fluctus, & arefacient omnes altitudines fluminum, & confundentur omnes iniuriæ Assyriorum, & sceptrum Aegypti auferetur, & confortabo eos in domino deo ipsorum, & in nomine eius gloriabuntur dicit dominus. Item apud *Moysen dicit dominus: Non faciã iuxta iram indignationis meæ, non sinã deleri Effrem, quoniam deus ego sum, & non homo in te sanctus, & nõ introibo in ciuitatem, post deũ ibo. Item in Psalmo xliiij. Thronus deus in secula seculorũ, uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis super participes tuos. Item in Psalmo xlv. Vacate & cognoscite quoniam ego sum deus. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Item in Psalmo. lxxxi. Non cognouerunt neq; intellexerunt, in umbra deambulabunt. Item in Psalmo. lxvij. Cantate deo psallite nomini eius, uiam facite illi qui ascendit in occasu, deus nomen illi. Item in euangelio secundum Ioannem: In principio fuit sermo, & sermo erat apud deũ, & deus erat sermo. Item in eodem dominus ad Thomam. Infice huc digitum tuum, & uide manus meas, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit illi. Dominus meus & deus meus. Dixit illi Iesus, quoniam uidisti & credidisti. Beati qui non uiderunt & crediderunt. Item Paulus ad Romanos: Optabam ego ipse anathema esse à CHRISTO pro fratribus cognatis meis secũdum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio & claritas, & testamentum, & legis constitutio, & famulatus, & promissiones, quorum patres, ex quibus CHRISTVS secundum carnem, qui est super omnia benedictus in secula. Item in Apocalipsi: Ego sum alpha & o mega, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis, qui uicerit possidebit ea & eorum hæreditatem, & ero eius deus, & ille erit mihi filius. Item in Psalmo octogesimo primo. Deus stetit in synagoga deorum. in medio autem deos discernens. & iterum illic: Ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Quod si iusti qui fuerint & præceptis diuinis obtemperauerint, dij dici possunt,

Esa 40.
Baruch.3.
Zach.10.
alis* Osee. 11.
Ioan.1.
Ioan.20.
Rom.9.
Apoca.21.

sunt;quanto magis CHRISTVS dei filius? Sicut ipse in euangelio dicit se-
Ioan.10. cundum Ioannem: Nõne est scriptum in lege,quoniam dij estis? Si illos di
xit deos, & non poterit solui, quem pater sanctificauit & misit in seculum,
uos dicitis:quoniam blasphemas:quia dixi filius dei sum? Si non facio fa-
cta patris,nolite mihi credere,& si non uultis mihi credere,factis credite, &
cognoscite quoniam in me est pater,& ego in illo. Item in euangelio secun-
Matth.1. dum Mattheum: Et uocabis nomen eius Emanuel,quod est interpretatum
Emanuel. nobiscum deus. VI.

Quod CHRISTVS deus uenturus esset illuminator & saluator gene
Esa.35. ris humani: apud Esaiam: Confortamini manus resolutæ & genua debi-
lia,& hortamini,qui estis pusillanimes,nolite metuere. Deus noster iudiciũ
retribuet,ipse ueniet & saluos nos faciet. Tũc aperientur oculi cæcorum, &
aures surdorum audient. Tũc saliet claudus sicut ceruus,& plana erit lingua
mutorum,quia rupta est in deserto aqua,& riuus in terra sitienti. Item illic.
Non senior neq; angelus,sed ipse dominus liberabit illos,qui diligit eos &
parcet,& ipse redimet eos. Itẽ illic. Ego dominus deus uocaui te in iustitia,
Esa.42. ut teneam manum tuam & confortabo te,& dedi in testamentum generis
mei in lumen gentium,aperire oculos cæcorum,producere de uinculis uin-
ctos,& de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus deus hoc no-
men mihi est,claritatem meam alteri non dabo,neq; uirtutes meas sculpti-
Psal.24. libus. Item in psalmo: Vias tuas domine ostẽde mihi,& semitas tuas edo-
ce me,quia tu es deus saluator meus. Vnde in euangelio secundum Ioan-
Ioan.8. nem dominus dicit: Ego sum lumen mundi,qui me secutus fuerit non am-
bulabit in tenebris,sed habebit lumen uitæ. Item secũdum Mattheum: Ga
Matth.1. briel angelus ad Ioseph,Ioseph fili Dauid,ne metueris assumere Mariam
Luc.1. uxorem tuam. Quod enim ex illa natum fuerit,de spiritu sancto est. Pariet
autem filium,& uocabis nomen eius Iesum. Hic enim saluum faciet popu-
lum suum à peccatis eorum. Item secundum Lucam,& Zacharias impletus
Luc.1. est spiritu sancto & prophetauit dicens: Benedictus dominus deus Israel,
qui prospexit redemptionẽ populo suo,& excitauit nobis cornu salutis in
domo Dauid pueri sui. Item illic. Angelus ad pastores: Ne timueritis: ecce
enim annuncio uobis,quoniã natus est uobis hodie saluator,qui est CHRI
STVS Iesus in ciuitate Dauid. VII.

Quod cum à principio filius dei fuisset,generari denuo haberet secun-
dum carnem: In psalmo.ij. Dominus dixit ad me, filius meus es tu,ego ho
die genui te. Postula à me & dabo tibi gentes,hæreditatem tuam, & possef
Luc.1. sionem tuam terminos terræ. Item in euangelio: Et factum est, ut audiuit
salutationem Mariæ Helisabeth exultauit infans in utero eius, & impleta
est spiritu sancto & exclamauit uoce magna & dixit: Benedicta tu inter
mulieres,& benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat ma-
ter dñi

ter domini mei ad me? Item Paulus ad Galatas: At ubi aduenit adimple- Galat. 4.
tio temporis, misit deus filium suum factum de muliere. Item in epistola Io
annes: Omnis spiritus, qui confitetur IESVM CHRISTVM in carne ue- 1. Ioan. 4.
nisse, de deo est, qui autem negat eum in carne uenisse, de deo non est, sed
de antichristi spiritu.

VIII.

Quod hoc futurum esset signum natiuitatis eius, ut de uirgine nasceretur
homo & deus, hominis & dei filius, apud Esaiam: Et adiecit dominus loqui Esa. 7.
ad Achaz: Pete tibi signum à domino deo tuo in altitudinem sursum, & in
altitudinem deorsum. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominũ Ibidem.
deum meum. Et dixit: Audi itaq; domus Dauid: non pusillum uobis certa-
men cum hominibus, quoniam deus præstat agonem. Propter hoc dabit
deus ipse uobis signum: Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filium, & uoca
bis nomen Emanuel. Butirum & mel manducabit, ut sciat reprobare malũ,
& eligere bonum. Hoc semen dixerat deus de muliere procedere, quod cal-
caret caput diaboli in Genesi. Tunc dixit deus ad serpẽtem: Quid tu hoc fe- Genes. 3.
cisti? maledictus tu ab omni pecore, & ab omni genere bestiarum terræ. Pe-
ctore tuo & uẽtre repes, & erit tibi terra cibus omnibus diebus uitæ tuæ. Et
ponam inimicitiam inter se & mulierem, & inter semen tuum & semen eius,
ipse tuum obseruabit caput, & tu obseruabis calcaneum eius.

IX.

Quod homo & deus CHRISTVS ex utroq; genere concretus, ut media-
tor esse inter nos & patrem posset, apud Hieremiã: Et homo est, & quis co- Hiere. 17.
gnoscet eum? Item in Numeris: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo Nume. 24.
ex Israël. Item illic: Procedet homo ex semine eius, & dominabitur multarũ
gentium, & exaltabitur *ipsum regnum, & augebitur regnum eius, & deus Act.* gog.
duxit eum in Aegyptum, quasi daritas uniformis ei, & edet carnes inimico-
rum suorum, & crassitudines illorum emedullabit, & balistis suis cõfiget ini
micum. Recubans requieuit quasi leo, & quasi catulus leonis. Quis suscita- Ibidem:
bit eum? qui benedicunt te, benedicti sunt, & qui maledicunt tẽ, maledicti
sunt. Itẽ apud Esaiam: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, Esa. 61.
bene nunciare pauperibus misit me, curare contribulatos corde, prædicare
captiuis remissionem, & cæcis uisum, uocare annum domino acceptabilem
& diem retributionis. Vnde in euangelio Gabriel ad Mariam: Spiritus san Luc. 1.
ctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit te, quapropter hoc qd̃
nascetur, sanctum uocabit̃ filius dei. Item in epistola Pauli ad Corinthios
priore: Primus homo de terræ limo, secundus homo de cœlo, qualis ille è li- 1. Cor. 15.
mo, tales & qui de limo, & qualis cœlestis, tales & cœlestes: quomodo por-
tauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius qui
de cœlo est.

X.

Quod ex semine Dauid secundum carnem nasci haberet, in Regum se-
cundo. Et fuit uerbum domini ad Nathan dicens: Vade & dic seruo meo 2. Reg. 7.

Dauid: Hæc dicit dominus: Non tu ædificabis mihi domum ad habitandum: sed erit cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, qui erit de utero tuo, & parabo regnũ eius. Hic ædificabit domum nomini meo, & erigam thronum eius usq; in seculũ. Et ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem cõsequetur domus eius, & regnum eius usq; in seculum in conspectu meo. Item apud Esaiam:

Esa. 11. Et exibit uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & implebit eum spiritus timoris domini. Item in psalmo: Iurauit deus ipsi Dauid in ueritate, & non reprobauit

Psal. 131. eum, de fructu uentris tui ponam super thronum tuum. Item in euangelio

Luc. 1. secundum Lucam: Et dixit angelus ad illam: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus & filius altissimi uocabitur, & dabit illi dominus deus thronum Dauid patris sui, & regnum Iacob in secu-

Apocal. 5. la, & regni eius non erit finis. Item in Apocalypsi: Et uidi librũ in dextera dei sedentis super thronum, scriptum intus & retro, signatum signis septem, & uidi angelum fortem prædicantem uoce magna: Quis dignus est accipere librum, & aperire signa eius? Nec quisquam poterat, neque in cœlo, neq; super terram, neque sub terra aperire librum, neque prospicere eum. Et ego flebam multum quod nemo dignus repertus esset qui aperiret librum, aut uideret illum. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris, ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signa eius.

XI.

Mich. 5. Quod in Bethleem nasceretur, apud Micheam: Et tu Bethleem Effrata non exigua es, ut constituaris in milibus Iuda, ex te mihi procedit, qui sit princeps apud Israël, & possessiones eius à principio à diebus seculi. Item in

Matth. 2. euangelio: Et cum IESVS natus esset in Bethleem in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente aduenerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus cum muneribus adorare illum.

XII.

Esa. 53. Quod humilis in primo aduentu suo ueniret, apud Esaiam: Domine quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Annunciauimus coram ipso sicut pueri, sicut radix in terra sitienti. Non est figura ei neq; claritas, & uidimus illum & non habuit figuram neque speciem. Sed figura eius sine honore, & deficiens præter cæteros homines. Homo in plaga positus & sciẽs ferre imbecillitatem, quia aduersa est facies eius, inhonoratus est, & nõ est computatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos putauimus esse illum in dolore, & in plaga, & in uexatione: ipse autem uulneratus est propter facinora nostra, & infirmatus est propter

peccata

peccata nostra. Doctrina pacis nostræ super illum, & liuore eius sanati sumus. Omnes sicut oues errauimus, homo uia sua errauit. Et dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse propterea quod uexatus est non aperuit os suum. Item apud eundem: Non sum contumax neq; cõtradico, dorsum meum posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciem autẽ non auerti à fœditate sputorum, & fuit deus auxiliator meus. Item nõ damabit, neq; audiet quis in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, sed in ueritate proferet iudicium. Fulgebit, & non quassabitur quoadusq; ponat iudicium in terra, & in nomine eius gentes credent. Itẽ in psalmo 21. Ego autẽ sum uermis, & nõ homo: ma ledictũ hominũ & abiectio populi. Omnes qui uidebãt me, despiciebãt me, & locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum. Item illic: Aruit uelut testa uirtus mea, & lingua mea adglutinata est faucibus meis. Item apud Zachariã: Et ostẽdit mihi dominus Iesum sacerdotem illum maximum stantem ante faciem angeli domini, & diabolus stabat ad dexteram eius aduersari ei. Et Iesus erat indutus ueste sordida, & stabat ante faciem ipsius angeli, & respõdit, & ait ad eos qui stabant ante faciem eius dicens: Auferte uestimenta sordida ab eo, & induite eum mutatorijs, & imponite cydarim mundam super caput eius, & dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas. Item Paulus ad Philippenses: Qui in figura dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus IESVS CHRISTVS in gloria dei patris est.

Ibid. 53.

Esa. 42.

Psal. 21.

Zacha. 3.

Philipp. 2.

XIII.

Quod ipse sit IESVS CHRISTVS, quem Iudæi occisuri essent, in Sapientia Salomonis: Circunueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris, & exprobrat nobis peccata legis. Promittit se scientiam dei habere, & filium dei se nominat. Factus est nobis in traductione cogitationum, grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs uita illius, & mutatæ sunt uiæ illius, tãq; nugaces æstimati sumus ab illo, & continet se à uijs nostris quasi ab immundicijs, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uentura sunt illi. Contumelia & tormento interrogemus illum, ut sciamus reuerentiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim illos malicia ipsorum, & nescierunt sacramenta dei. Item apud Esaiam: Videte

Sapien. 2.

Esa. 57.

quomodo iustus perit,& nemo intelligit,& uiri iusti tollũtur,& nemo recognoscit. A facie enim iniusticiæ saluatus est iustus, & erit in pace sepultura
Exod.23. eius. De hoc ipso ante prædictum est in Exodo: Innocentem & iustum non
Matth.27. occides. Item in euangelio: Iudas pœnitentia ductus, sacerdotibus & senioribus dixit, peccaui tradens sanguinem iustum. XIIII.

Quod ipse dictus sit ouis & agnus, qui occidi haberet, & de sacramento
Esa.53. passionis, apud Esaiam: Sicut ouis ad uictimã adductus est, & sicut agnus coram tondentibus eum sine uoce, sic nõ aperuit os suum: in humilitate iudicium eius sublatum est: natiuitatem eius quis enarrabit? Quoniam auferetur à terra uita eius, à facinoribus populi mei adductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & ipsos diuites pro morte eius, quia facinus non fecit, neq; insidias ore suo, propterea ipse confitetur multos, & fortium diuidet spolia, propterea quod tradita est ad mortem anima eius, & inter facinorosos deputatus est. Et ipse peccata multorum pertulit, & propter faci
Hiere.11. nora illorum traditus est. Item apud Hieremiam: Domine significasti mihi & cognoscam, tũc uidi meditationes eorũ. Ego sicut agnus sine malicia productus sum ad uictimam: in me cogitauerunt cogitatum dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & fraudemus à terra uitam eius, & nõ erit
Exod.12. in memoria nomen eius amplius. In Exodo deus ad Moysen: Accipiant singuli ouem per domum tribuum, ouem sine uitio, perfectum masculũ anniculum & erit uobis. Ab agnis & hœdis accipietis, & occident illũ omne uulgus filiorũ Israël ad uesperam, & accipient de sanguine eius, & ponẽt super duos postes, & super limen in domibus, in quibus edent eũ in ipsis, & edent carnes istas nocte assatas igni, & azyma cum lactucis agrestibus edent. Nõ edetis de eis cruda, neq; cocta in aqua, sed assata igni, caput cum pedibus & interaneis, nihil derelinquentes ex his mane, & ossa non confringetis ex eo. Quæ autem relicta fuerint ab eo usq; in mane, igni crementur. Sic autẽ comedetis eum: Lumbi uestri præcincti, & caligæ uestræ in pedibus uestris, &
Apocal.5. edetis eum festinanter, quia pascha domini est. Itẽ in Apocalypsi: Et uidi in medio throni, & quatuor animaliũ, & in medio seniorum agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei missi per orbem terræ. Et uenit & accepit librũ de dextera sedentis in throno. Et cũ accepisset librũ, quatuor animalia, & uigintiquatuor seniores prostrauerunt se ante agnũ, habentes singuli aureas citharas plenas odoramentis supplicationũ, quæ sunt orationes eorũ, & cantauerunt nouũ canticũ dicentes: Dignus es domine accipere librũ & aperire signa eius, quoniam occisus es, & emisti nos de sanguine tuo ex omi tribu & lingua, & populo, & natione, & eos regnum deo nostro, sacerdotesq; fecisti, & regnabũt
Ioan.1. super terram. Item in euangelio: Altera die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce qui aufert peccata mundi. XV.

Quod

Quod idem lapis dictus sit, apud Esaiam sic dicit dominus: Ecce ego mitto in fundamenta Syon lapidem pretiosum, summum angularem honoratum, & qui crediderit in eum, non confundetur. Item in psalmo: Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factus est iste, & est mirabilis in oculis nostris. Iste dies quæ fecit dominus, exultemus & iocũdemur in eo. O domine salua igitur, ò domine dirige igitur, benedictus est qui uenit in nomine domini. Item apud Zachariam: Ecce ego adduco puerum meum, ortus nomen ei est, quoniam lapis, quem dedi ante faciem Iesu, super ipsum unũ septem oculi sunt. Item in Deuteronomio: Et scribes super lapidem omnem legem hanc manifeste nimis. Item apud Iesu Naue: Et accepit lapidem magnum & statuit eum illic contra dominum, & ait Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit uobis in testimonium, quod audieritis omnia quæ dicta sunt à domino, quanta locutus est ad uos hodie erit ipse uobis in testimonium in nouissimo dierum, quando recesseritis à deo uestro. Item in Actibus apostolorũ Petrus: Principes populi, & seniores Israël ecce nos interrogamur hodie à uobis super benefacto hominis infirmi in quo iste saluatus est. Sit uobis omnibus notũ & omni populo Israël, quia in nomine IESV CHRISTI Nazaræi quẽ uos crucifixistis, quẽ deus suscitauit à mortuis, in illo ipse in conspectu uestro sanus astitit, in alio autem nullo. Hic est lapis qui contemptus est à uobis ædificãtibus, qui factus est in caput anguli. Nõ est enim nomen aliud sub cœlo, in quo oportet saluari nos. Hic est lapis in Genesi, quem ponit Iacob ad caput suũ, quia caput uiri CHRISTVS, & dormiens uidit scalam ad cœlũ pertingentem in qua constitutus erat dominus, & angeli ascendebãt, & descendebant, quẽ lapidem consecrauit & unxit, sacramento unctionis CHRISTVM significãs. Hic est lapis in Exodo, super quem sedit Moyses in cacumine collis, quãdo Iesu Naue cõtra Amalech dimicauit, & sacramento lapidis, & stabilitate sessiõis Amalech superatus est ab Iesu, id est, diabolus à CHRISTO uictus est. Hic est lapis magnus in Regũ primo, super quem posita est arca testamẽti, quando eam ab Allophy remissam & redditam in plaustro boues reportauerunt. Item hic est lapis in Regũ, quo Dauid frõtem Goliæ percussit & occidit, significãs diabolũ & seruos eius inde prosterni, uicta scilicet ea capitis parte quam signatam nõ habent. Quo signo nos tuti semper sumus & uiuimus. Hic est lapis, quem cũ alienigenas Israël uicisset statuit Samuel, & appellauit nomen eius Abennezer, id est, auxiliator.

Esa. 28. Psal. 117. Zacha. 3. Deuter. 27. Iosue. 24. Act. 4. Psal. 117. Genes. 28. Exod. 17. 1. Reg. 4. 1. Reg 17. Ibid. 7.

XVI.

Quod deinde idem lapis mons fieret, & impleret totam terram, apud Danielem: Ecce imago nimis magna, & contemplatio eius imaginis metuenda & elata stabat contra te, cuius caput fuit ex auro bono, pectus & brachia eius argentea, uenter & fœmur ærea, pedes autem ex parte ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusque abscissus est lapis de monte sine ma-

Daniel. 2.

nibus concidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles & comminuit eos minutatim, & factum est simul ferrum & testa, & æramentum, & argentum, & aurum facta sunt minuta quasi palea, aut puluis in area æstate, & uentilauit illa uentus, ita ut nihil remanserit ex illis, & lapis qui percussit imaginem, factus est mons magnus, & impleuit totam terram.

XVII.

Quod in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem

Esa.2. gentes uenirent, & in quem iusti quiq; ascenderent, apud Esaiam: Et erit in nouissimis temporibus manifestus mons domus domini super uerticem montium, & exaltabitur super colles, & uenient super illum omnes gentes, & ambulabunt multi & dicent: Venite ascendamus in mõtem domini, & in domum dei Iacob, & nũciabit nobis uiam eius, & ambulabimus in illa. De Syon enim procedet lex, & uerbum domini ab Hierusalem, & iudicabit inter gentes, & redarguet populum multum, & condient gladios suos in ara-

Psal.23. tra, & lanceas suas in falces, & iam nõ discent pugnare. Itẽ in psalmo: Quis ascendet in montem domini, & quis stabit in loco sancto eius? Innocẽs manibus & mundus corde, qui non accepit in uano animam suam, & non subdole iurauit proximo sibi. Iste accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari.

XVIII.

Quod ipse sit sponsus ecclesiam habens sponsam, de qua filij spiritaliter

Iohel.2. nascerentur, apud Iohel: Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium, & indicite curationem, aggregate populum, sanctificate ecclesiam, excipite maiores natu, colligite paruulos lactãtes, procedat sponsus de cubili suo, & spon-

Hiere.16. sa de thalamo suo. Item apud Hieremiam: Et auferam de ciuitatibus Iuda, & de quadriuijs Hierusalem uocem lætantium, & uocem gaudentium, uo-

Psal.18. cem sponsi, & uocem sponsæ. Item in psalmo: Et ipse uelut sponsus egrediens de thalamo suo. Exultauit ut gigas uiam currere, à summo cœli egressio eius, & decursio eius usq; ad summum eius, & non est qui lateat à calore

Apocal.21. eius. Item in Apocalypsi: Veni ostendam tibi nouã nuptam uxorem agni, & duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, à deo habentem claritatem dei.

Ioan.3. Item in euangelio: Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum CHRISTVS, sed quoniam missus sum ante illum. Qui enim habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi est qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocẽ sponsi. Huius rei my-

Mos ueius. sterium ostensum est apud Iesu Naue, quando iussus est excalciare se, quod scilicet sponsus non ipse esset. Erat enim in lege, ut quisquis nuptias recusaret, calciamentum deponeret, calciaretur uero ille qui sponsus futurus esset.

Iosue.5. Et factum est cum esset Iesus in agro Iericho, circunspexit oculis & uidit hominem stantem ante faciem suam, & frameam tenentem in manu eius, & dixit

& dixit: Noster es an aduersariorum? Ille autem dixit: Ego sum dux uirtutis domini, nunc adueni. Et Iesus cecidit ad terram & ait illi: Domine quid imperas famulo tuo? & ait dux uirtutis domini: Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. Item in Exodo: Moyses iubetur calciamentum deponere, quod nec ipse sponsus esset. Et apparuit angelus domini in flamma ignis de rubo, & uidit quoniam rubus arderet igni, & non cremabatur. Et dixit Moyses: Transiens uidebo hoc grande uisum, cur utique non crematur rubus. Vt uidit autem quoniam accedit uidere, uocauit eum dominus deus de rubo dicens: Moyses Moyses, qui dixit: Quid est? & dixit, ne accesseris huc, nisi solueris calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est, & dixit ei, ego sum deus patris tui, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Hoc autem manifestum est in euangelio secundum Ioannem. Et respondit illis Ioannes: Ego quidem baptizo in aqua, in medio autem uestri stat, quem uos nescitis: ipse est enim de quo dixi: Post me ueniens homo ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Item in euangelio secundum Lucam: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat à nuptiis, ut cum uenerit & pulsauerit, aperiant ei. Felices serui illi, quos adueniens dominus inuenerit uigilantes. Item in Apocalypsi: Regnauit dominus deus omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus ei gloriæ claritatem, quoniam uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius se præparauit. Exod. 3. Ioan. 1. Luc. 12. Apocal. 19.

XIX.

Quod crucifixuri illum essent Iudæi, apud Esaiam: Expandi manus meas tota die ad plebem contradicentem, & contumacem mihi, qui ambulant uias non bonas, sed post peccata sua. Item apud Hieremiam: Venite & mittamus lignũ in panem eius, & eradamus à terra uitam eius. Item in Deuteronomio: Et erit pendens uita tua ante oculos tuos, ac timebis die ac nocte, & non credes uitæ tuæ. Iem in psalmo: Et foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt, & uiderunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam sortem miserunt. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum: in auxilium meum attende. Libera à gladio animam meam, & de manu canis unicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus unicornis humilitatem meam. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiarum laudabo te. Item in psalmo: Confige clauis de metu tuo carnes meas. Item in psalmo: Alleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. de quo sacrificio Sophonias dicit: Metuite à facie domini dei, quoniam propè est dies eius, quia apparauit dominus sacrificium suum, sanctificauit electos suos. Item apud Zachariam: Et intuebuntur me, in quẽ transfixerunt. Esa. 65. Hiere. 11. Deuter. 28. Psal. 21. Psal. 118. Samech. Psal. 140. Sopho. 1. Zacha. 12.

Psal.76. Item in psalmo: Exclamaui ad te tota die, domine extendi ad te manus me/
Nume.23. as. Item in Numeris: Non quasi homo suspenditur, neq; quasi filius homi
Ioan.3. nis patitur. Vnde in euangelio dominus dicit: Sicut Moxses exaltauit ser/
pentem in eremo: ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credide/
rit in filium, habeat uitam æternam. XX.

Quod in passione crucis & signo uirtus omnis sit & potestas, apud Aba/
Abac.3. cuc: Texit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena est terra, & splendor eius ut
lux erit, cornua in manibus eius erunt. Et illic constabilita est uirtus gloriæ
eius, & constituet dilectionem ualidam, ante faciem suam ibit uerbū, & pro/
Esa.9. cedet in campos secundum gressus suos. Item apud Esaiam: Ecce natus est
nobis puer, datus est nobis filius, cuius imperium super humerū eius, & uo/
catū est nomen eius magnæ cogitationis nuncius, hoc signo crucis & Ama/
Exod.17. lech uictus est ab Iesu p Moysem. In Exodo dixit Moyses ad Iesum: Elige
tibi uiros & exi, & cōstitue cum Amalech in crastinum: Ecce ego stabo in ca/
cumine collis, & uirga dei in manu mea. Et factum est cum leuabat manum
Moyses prævalebat manus Israël. Vbi autem submiserat manus, inualesce
bat manus Amalech: sed manus Moysi erant graues, & accepto lapide sup
posuerunt sub eo, & sedebat super eum, & Aaron & Vr sustentabāt manus
eius hinc & inde, & factæ sunt manus Moysi stabiles usq; in occasum solis,
& fugauit Iesus Amalech & omnē populū eius. Et dixit dominus ad Moy/
sen, scribe hoc, ut sit memoriale in libro, & da in aures eius, quoniam deleti/
one deleam memoriam Amalech de sub cœlo. XXI.

Quod in hoc signo salus sit omnibus, qui in frontibus notantur, apud
Ezech.9. Ezechielē dicit dominus: Transi mediā Hierusalem, & notabis signum su/
per frontes uirorum qui ingemunt & mœrent ob iniquitates quæ fiunt in
Ibidem. medio eorum. Item illic: Vadite & cædite, & nolite parcere oculis uestris,
nolite misereri. Seniores, & iuuenes, & uirgines interficite, ut perdeleantur.
Omnem autem super quem signum scriptum est, ne tetigeritis, & ab ipsis
Exod.12. sanctis meis incipite. Item in Exodo deus ad Moysen: Et erit is sanguis in
signo uobis super domos, in quibus ibi eritis, & uidebo sanguinem, & pro-
tegam uos, & non erit in uobis plaga diminutionis, cum percutiam terram
Apoca.14. Aegypti. Item in Apocalypsi: Et uidi agnum stantem in montem Syon, &
cum eo 144. milia, & habebant nomen eius, & nomen patris eius scriptum
Apocal.21. in frōtibus suis. Item illic: Ego sum alpha & o mega, primus & nouissimus,
initium & finis. Felices eos qui faciunt præcepta eius, ut sint postes eorum
super lignum. XXII.

Amos.8. Quod medio die in passione eius tenebræ futuræ essent, apud Amos: Et
erit in illo die, dicit dominus, sol occidet meridie, & obtenebrabitur dies lu/
cis, & conuertam dies festos uestros in luctum, & omnia cantica uestra
Hiere.15. in lamentationem. Item apud Hieremiam: Et territa est quæ parit, &

tæduit anima eius. Subijt sol, cum adhuc medius dies esset, confusa est & maledicta, reliquos eorum in gladio dabo, in conspectu inimicorum suorum. Item in euangelio: A sexta autem hora tenebræ factæ sunt per totam terram, usque ad horam nonam. Item in psalmo uicesimonono: Domine abstraxisti ab inferno animam meam. Matth. 27.

XXIII.

Quod à morte uindicaretur, nec apud inferos remansurus esset, in psalmo decimoquinto: Non derelinques animam meam apud inferos, neque dabis sanctum tuum uidere interitum. Item in psalmo tertio: Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam dominus auxiliator mihi. Itẽ secundum Ioannem: Nemo aufert animã meam à me, sed ego pono eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc enim mandatum accepi à patre meo.

XXIIII.

Quod ab inferis tertio die resurgeret, apud Osee: Viuificauit nos post biduum die tertio. Itẽ in Exodo: Et dixit dominus ad Moysen, descẽde, & testificare populo, & sanctifica illos hodie & cras, & lauent uestem suam, & sint parati in perendinum diem, die enim tertio descendet dominus in montem Syna. Item in euangelio: Progenies nequam adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Quomodo enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ. Osee. 6. Exod. 19. Luc. 11.

XXV

Quod cum resurrexisset, acciperet à patre omnem potestatem, & potestas eius æterna sit, apud Danielem: Videbam in uisu noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ueniens, uenit usq; ad ueterem dierum, & stetit in cõspectu eius, & qui assistebant obtulerunt ei, & data est ei potestas regia, & omnes reges terræ, & genus omnis claritatis seruiẽt ei, & potestas eius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius nõ corrumpetur. Item apud Esaiam: Nunc exurgam dicit dominus, nunc clarificabor, nunc exaltabor, nunc uidebitis, nunc intelligetis, nunc confundemini, uana erit fortitudo spiritus, uos ignis consumet. Item in psalmo 109. Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, quoadusq; ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Item in Apocalypsi: Et conuersus respexi, ut uiderem uocẽ, quæ mecum loquebatur, & uidi septem candelabra aurea, & in medio candelabrorum similem filio hominis uestitũ podere, & erat præcinctus supra mamillas zona aurea. Caput autem & capilli eius erant albi uelut lana aut nix, & oculi eius uelut flamma ignis, & pedes eius aurichalco similes, sicut de fornace ignis, ut sonus aquarum multarum, & habebat in dextera sua septem stellas, & ex ore eius gladius utraque parte acutus exibat, & facies eius splendebat ut sol in uirtute sua. Et cum uidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & posuit super me dexteram suam dicens. Noli timere, ego sum primus, & nouissimus, & uiuus qui fueram mortuus: Dan. 7. Esa. 33. Apocal. 1.

& ecce

& ecce ſum uiuens in ſecula ſeculorum,& habeo claues mortis & inferorum.

Matth.28. Item in euangelio dominus poſt reſurrectionem diſcipulis dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: ite ergo & docete omnes gentes,tin gentes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos obſerua/re omnia quæcunq; præcepi uobis. XXVI.

Quod peruenìri ad deum patrem non poſſit,niſi per filium eius CHRI/

Ioan.14. STVM IESVM, in euangelio: Ego ſum uia,& ueritas,& uita: nemo uenit

Ibid.10. ad patrem niſi per me.Item illic:Ego ſum hoſtium,per me qui introierit,ſal

Matth.15. uabitur. Item illic: Multi prophetæ & iuſti cupierunt uidere quæ uidetis,

Ioan.3. & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Item illic: Qui credit in filium,habet uitam æternam. Qui dicto non audiens eſt in filium, non habet uitam,ſed ira dei manebit ſuper eum.Item Paulus ad Epheſios:

Ephes.2. Et cum ueniſſet annũciauit uobis pacem qui longe, & pacem ijs qui propè, quia per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad patrẽ. Item ad

Rhoma.3. Rhomanos:Omnes enim peccauerunt,& egent claritate dei,iuſtificãtur au tem dono ipſius & gratia per redemptionẽ quæ eſt in CHRISTO IESV

1.Petri.3. Itẽ in epiſtola Petri apoſtoli: CHRISTVS ſemel pro peccatis noſtris mor/ tuus eſt,iuſtus pro iniuſtis,ut nos offerret deo.Itẽ illic:In hoc enĩ & mortu/

1.Ioan.2. is prædicatum eſt,ut ſuſcitentur. Item in epiſtola Ioannis: Qui negat filiũ, neq; patrem habet:qui confitetur filium,& patrem habet. XXVII.

Malach.4. Quod ipſe iudex uenturus ſit,apud Malachiã:Ecce dies uenit ardens ue/ lut clybanus,eruntq; omnes alienigenæ,& omnes iniqui ſtipula, & ſuccen/ det illos aduenìens dies, dicit dominus. Item in pſalmo 49. Deus deorum dominus locutus eſt,& uocauit terram.A ſolis ortu uſq; ad occaſum, ex ſy/ on ſpecies decoris eius. Deus manifeſte ueniet, deus noſter & non ſilebit. Ignis ante eum ardebit, & in circuitu eius procella nimia. Vocauit cœlum ſurſum & terram, ut ſepararet populum ſuum. Colligite illi iuſtos eius, eos qui diſponunt teſtamentum eius in ſacrificijs, & annunciabunt cœli iuſtici/

Eſa.42. am eius,quoniam deus iudex eſt. Item apud Eſaiam: Dominus deus uir/ tutum prodibit,& comminuet bellum.Excitabit certamẽ, & clamabit ſuper inimicos eius cum fortitudine.Tacui nunquid ſemper tacebo? Item in pſal/ mo ſexageſimoſeptimo:Exurgat deus,& diſſipentur inimici eius,& fugiant qui oderunt eum à facie eius. Quomodo deficit fumus, deficiant: quomo/ do tabeſcit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie dei.Et iuſti iocun/ dentur, & exultent in conſpectu dei. Pſallite nomini eius, uiam facite illi, qui aſcendit in Occaſum, deus nomen illi. Turbabuntur à facie eius pa/ tres orphanorum & iudices uiduarum. Deus in loco ſancto ſuo, deus qui inhabitare facit in domo unanimes, producens uinctos in uirtute, ſimili/ ter eos qui habitant in monumentis.Deus cum tranſires,prodires in cõſpe/ ctu populi tui, in tranſeundo in eremum. Item in pſalmo 81. Exurge deus

& iudica

& iudica terrã, quoniã tu exterminabis in omnibus gentibus. Item in euangelio secundum Matthæum: Quid nobis & tibi fili Dauid? Quid huc uenisti ante tempus punire nos? Item secundum Ioannem: Nihil pater iudicat, sed omne iudicium filio dedit, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui eum misit. Item in epistola Pauli ad Corinthios 2. Omẽs nos manifestari oportet ante tribunal CHRISTI, ut reportet unusquisq; sui corporis propria, secundum quæ egit, siue bona, siue mala. Matth. 8. Ioan. 5. 2. Cor. 5.

XXVIII.

Quod ipse sit rex in æternum regnaturus, apud Zachariam: Dicite filiæ Syon: Ecce rex tuus uenit tibi, iustus & saluans, mitis sedẽs super asinum domitum. Item apud Esaiam: Quis nunciabit uobis quia ignis ardet? quis nunciabit uobis locum æternum? Ambulans in iustitia, & manus abstinẽs à muneribus, grauans aures, ut non audiat iudiciũ sanguinis, & comprimẽs oculos suos, ne uideat iniustitiã, hic habitabit in alta spelunca petræ fortis. Panis illi dabitur & aqua eius fidelis: regem cũ claritate uidebitis. Itẽ apud Malachiam: Rex magnus sum ego dicit dominus, & nomen meum illustre est apud gentes. Item in psal. 2. Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctũ eius, nuncians præceptũ eius. Item in psalmo 20. Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominũ omnes termini terræ, & adorabunt in conspectu tuo omnes patriæ gentiũ, quoniã domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Item in psalmo 23. Auferte portas principes uestras, & extollimini portæ æternales, & introibit rex gloriæ & claritatis dominus fortis in prælio. Auferte portas principes uestras, & extollimini portæ æternales, & introibit rex claritatis, dominus uirtutum ipse est rex claritatis. Item in psalmo 43. Eructauit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scriptoris acute scribentis decoris speciẽ super filios hominum. Effusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in secula. Accingere ense tuo ad fœmur potentissime. Decori & speciei tuæ intende, & dirige, & regna propter ueritatem & mansuetudinem & iusticiam. Item in psalmo 4. Rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo domine mane, exaudies uocem meam, mane assistam tibi & contemplabor te. Item in psalmo 95. Dominus regnauit exultet terra, iocundentur insulæ multæ. Item in psalmo 44. Assistit regina ad dexteram tuam in ueste inaurata. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui & domus patris tui. Quoniam desyderauit speciem tuam rex, quia ipse est dominus deus tuus. Itẽ in psalmo septuagesimo secundo: Deus autem rex noster ante seculum operatus est salutẽ in medio terræ. Item in euangelio secundum Matthæum: Cum IESVS natus esset in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis: ecce magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam Zach. 9. Esa. 35. Malach. 1. Matth. 2.

lam eius in Oriente, & uenimus adorare eum. Item ſecundum Ioannem
Ioan. 18. dixit IESVS: Regnum meum nõ eſt de iſto ſeculo: ſi de hoc ſeculo eſſet re-
gnũ meũ, miniſtri mei turbarẽtur, ne traderer Iudæis. Nũc autẽ regnũ meũ
non eſt hinc. dixit Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit IESVS: Tu dicis, quo-
niã rex ſum. Ego in hoc natus ſum, & in hoc ueni in ſeculũ, ut teſtimonium
perhibeam ueritati. Omnis qui eſt de ueritate audit meã uocẽ. XXIX.

Quod ipſe ſit & iudex & rex, in pſalmo 70. Deus iudicium tuũ regi da, &
Apocal. 6. iuſticiã tuã filio regis. Iudicare populũ tuũ in iuſticia. Itẽ in Apocalypſi: Et
uidi cœlũ apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum uocabatur
fidelis & uerax, æquũ iuſtũ qui prædicat & præliatur. Oculi autẽ eius erant
tãq; flamma ignis, & ſuper caput eius diademata multa, & portabat nomẽ
ſcriptũ, nemini alij niſi ipſi ſoli notũ. Et erat coopertus ueſte aſperſa ſangui
ne, & dicit' nomẽ eius uerbũ dei, & exercitus qui ſunt in cœlo ſequebantur
eũ in equis albis induti byſſino mũdo, & de ore eius exibat gladius utraq;
parte acutus, ut de eo percuteret natiões, quas ipſe pacturus eſt in uirga fer-
rea, & ipſe calcabit torcular uini iræ dei omnipotentis, habet etiã in ueſte &
in fœmore ſuo nomẽ ſcriptũ, rex regum & dominus dominantium. Itẽ in
Matth. 25. euangelio: Cũ uenerit filius hominis in claritate ſua, & omnes angeli cũ eo,
tunc ſedebit in throno claritatis ſuæ, & colligentur antẽ eũ omnes gentes, &
ſegregabit illos abinuicẽ, quemadmodũ paſtor ſegregat oues ad hœdis, &
ſtatuet oues ad dexteram ſuã, hœdos autẽ ad ſiniſtrã. Tũc dicet rex eis, qui
ad dexterã eius erũt: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod uo
bis paratũ eſt ab origine mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare:
ſitiui, & potaſtis me: hoſpes fui, & abduxiſtis me: nudus, & texiſtis: infir-
mus fui, & uiſitaſtis me: in carcere, & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebũt iuſti
dicentes: Domine quando te uidimus eſurientẽ, & pauimus? ſitientẽ, & po-
tauimus? quando te uidimus hoſpitẽ, & abduximus? nudũ, & ueſtiuimus?
quando autẽ te uidimus infirmari, & in carcere, & uenimus ad te? Et reſpon
dẽs rex dicit eis: Amen dico uobis, cãdiu feciſtis uni horũ ex fratribus meis
minimis, mihi feciſtis. Tũc dicet ijs, qui ad ſiniſtrã eius erunt: Diſcedite à me
maledicti in ignẽ æternum, quẽ parauit pater meus diabolo & angelis eius:
eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non potaſtis me: ho-
ſpes fui, & nõ abduxiſtis me: nudus, & nõ ueſtiſtis me: infirmus & in carce-
re, & nõ ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicẽtes: Domine quãdo
te uidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infir-
mum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Et reſpondebit illis: Amen
dico uobis, quamdiu non feciſtis uni ex minimis his, neque mihi feciſtis: &
abibunt iſti in ambuſtionem æternam, iuſti autem in uitam æternam.

LIBRI SECVNDI FINIS.

Liber

AD QVIRINVM

LIBER TERTIVS.

CYPRIANVS QVIRINO FILIO SALVTEM.

RO FIDE ac deuotione tua quã domino deo exhibes fili chariſſime, petiſti ut ad inſtruẽdũ te excerperem de ſcripturis ſanctis quædam capitula, ad religioſam ſectæ noſtræ diſciplinam pertinentia, lectionis diuinæ ſuccinctam diligentiam quærens, ut animus deo deditus, non longis aut multis librorum uoluminibus fatigetur, ſed eruditus breuiario præceptorum cœleſtium, habeat ad fouendam memoriam ſuam ſalubre & grande compendium. Et quia tibi plenum dilectionis obſequium debeo, feci quod petiſti, ut laborem ſemel, ne tu ſemper laborares. Quantum potuit itaq; mediocritas noſtra complecti, collecta ſunt à me quædam præcepta dominica & magiſteria diuina, quæ eſſe facilia & utilia legentibus poſſint: dum in breuiarium pauca digeſta, & uelociter perleguntur, & frequẽter iterantur. Opto te fili chariſſime ſemper bene ualere.

CAPITVLA TERTII LIBRI.

1 De bono opere & miſericordia.
2 In opere & eleemoſynis, etiam ſi per mediocritatem minus fiat ipſam uoluntatem ſatis eſſe.
3 Agapen & dilectionem fraternam religioſe & firmiter exercendam.
4 In nullo gloriandum quando noſtrum nihil ſit.
5 Humilitatem, & quietem in omnibus tenendam.
6 Bonos quoq; & iuſtos plus laborare, ſed tolerare debere, quia ꝓbant.
7 Non contriſtandum ſpiritum ſanctum, quem accepimus.
8 Iracundiam uincendam eſſe ne cogat delinquere.
9 Inuicem ſe fratres ſuſtinere debere.
10 In deum ſolum fidendum, & in ipſo gloriandum.
11 Eum qui fidẽ conſecutus eſt expoſito priore homine cœleſtia tanta & ſpiritualia cogitare debere, nec attendere ad ſeculũ cui iã renũciauim⁹.
12 Non iurandum.
13 Non maledicendum.
14 Nunc̃q; muſſitandũ, ſed circa omnia quæ accidunt benedicendũ deũ.
15 Ad hoc tentari homines à deo ut probentur.
16 De bono martyrij.
17 Minora eſſe quæ in ſeculo patimur, c̃q; ſit præmiũ quod ꝓmiſſum eſt.

18 Dilectione dei & CHRISTI nihil præponendum.
19 Voluntati non noſtræ,ſed dei obtemperandum.
20 Fundamentum,& firmamentum ſpei,& fidei eſſe timorem.
21 Non temere de altero iudicandum.
22 Accepta iniuria remittendum,& ignoſcendum.
23 Vicem malis non reddendam.
24 Non poſſe ad patrem peruenire,niſi per CHRISTVM.
25 Ad regnum dei niſi baptizatus, & renatus qui fuerit, peruenire non poſſe.
26 Parum eſſe baptizari,& euchariſtiam accipere, niſi quis factis & opere perficiat.
27 Baptizatum quoque gratiam perdere,quam conſecutus ſit, niſi innocentiam ſeruet.
28 Non poſſe in eccleſia remitti ei,qui in domino deliquerit.
29 De odio nominis ante prædictum.
30 Quod quis deo uouerit cito reddendum.
31 Eum qui non crediderit,iam iudicatum eſſe.
32 De bono uirginitatis & continentiæ.
33 Nihil patrem iudicare,ſed filium,& patrem ab eo non honorificari, à quo non honorificetur filius.
34 Fidelem gentiliter uiuere non oportere.
35 Deum ad hoc patientem eſſe, ut nos pœniteat peccati noſtri & reformemur.
36 Mulierem ornari ſeculariter non debere.
37 Fidelem non oportere ob alia delicta,niſi ob nomen ſolum puniri.
38 Seruum dei innocentem eſſe debere, ne incidat in pœnam ſecularem.
39 Datum nobis eſſe exemplum uiuendi in CHRISTO,
40 Non iactanter nec tumultuoſe operandum.
41 Inepte & ſcurriliter non loquendum.
42 Fidem tantum prodeſſe,& tantum nos poſſe quantum credimus.
43 Poſſe eum ſtatim conſequi qui uere crediderit.
44 Fideles inter ſe diſceptantes,non debere gentilem iudicem experiri.
45 Spem futurorum eſſe,& ideo fidem circa ea quæ promiſſa ſunt patientem eſſe debere.
46 Mulierem in eccleſia tacere debere.
47 Delicto merito noſtro fieri,ut laboremus, nec dei opem in omnibus ſentiamus.
48 Non fœnerandum.
49 Inimicos quoque diligendos.
50 Sacramentum fidei non eſſe prophanandum.

Quod

51 Quod nemo in opere ſuo extolli debeat.
52 Credendi uel non credendi libertatem in arbitrio poſitam.
53 Dei arcana perſpici non poſſe, & ideo fidem noſtram ſimplicem eſſe debere.
54 Neminem ſine ſorde & ſine peccato eſſe.
55 Non hominibus ſed deo placendum.
56 Deum nihil latere ex his quæ gerantur.
57 Fidelem emendari & reſeruari.
58 Neminem cõtriſtari morte debere, cum ſit in uiuendo labor & periculum, in moriendo pax, & reſurgendi ſecuritas.
59 De idolis quæ gentiles deos putant.
60 Ciborum concupiſcentiam nimiam non appetendam.
61 Poſſidendi cõcupiſcentiam & pecuniam non appetendam.
62 Matrimonium cum gentilibus non iungendum.
63 Grauius delictum eſt fornicationis.
64 Quæ ſint carnalia, quæ mortem parant, & quæ ſpiritualia quæ ad uitam ducant.
65 Omnia delicta in baptiſmo deponi.
66 Diſciplinam dei in eccleſiaſticis præceptis obſeruandam.
67 Prædictum, quod diſciplinam ſanam aſpernaturi eſſent.
68 Recedendum ab eo qui inordinate, & contra diſciplinam uiuat.
69 Non in ſapientia mundi nec in eloquentia eſſe regnum dei, ſed in fide crucis & uirtute conuerſationis.
70 Parentibus obſequendum.
71 Patres quoq; aſperos eſſe circa filios non oportere.
72 Seruos cum crediderint plus dominis carnalibus ſeruire debere.
73 Item dominos mitiores eſſe debere.
74 Viduas probatas quaſq; honorandas.
75 Suorum & maxime fidelium curam plus unumquẽq; habere debere.
76 Maiorem natu non temere accuſandum.
77 Peccantem publice obiurgandum.
78 Cum hæreticis non loquendum.
79 Innocentiam fidenter petere, & impetrare.
80 Nihil licere diabolo in homine, niſi deus permiſerit.
81 Mercedem mercenario cito reddendam.
82 Non augurandum.
83 Cirrum in capite non habendum.
84 Non uellendum.
85 Surgendum cum epiſcopus aut preſbyter ueniat.

86 Schiſma non faciendum, etiam ſumma fide & in eadem traditione permaneat qui recedit.
87 Fideles ſimplices cum prudentia eſſe debere.
88 Fratrem non circũueniendum.
89 Subito uenire finem mundi.
90 Vxorem à uiro non recedere, aut ſi receſſerit innuptam manere.
91 Tantum unumquenq; tentari, quantum poteſt ſuſtinere.
92 Non quicquid licet eſſe faciendum.
93 Prædictum quod hæreſes futuræ eſſent.
94 Cum timore & honore euchariſtiam accipiendam.
95 Bonis conuiuendum, malos autem uitandos.
96 Factis non uerbis operandum.
97 Et ad fidem & ad conſecutionem properandum.
98 Catechumenum peccare non debere.
99 Iudicium ſecundum tempora futurum, uel æquitatis ante legem, uel legis poſt Moyſen.
100 Gratiam dei gratuitam eſſe debere.
101 Spiritum ſanctum in igne frequenter apparuiſſe.
102 Correptionem quoq; bonos libenter audire debere.
103 A multiloquentia temperandum.
104 Non mentiendum.
105 Frequenter emendandos qui delinquunt in domeſtico miniſterio.
106 Iniuria accepta patientiam tenendam, & ultionem deo relinquẽdam.
107 Non detrahendum.
108 Non eſſe proximo inſidiandum.
109 Infirmos uiſitandos.
110 Suſurrones maledictos eſſe.
111 Sacrificia malorum acceptabilia non eſſe.
112 Grauius iudicari de his qui in hoc ſeculo plus habuerint poteſtatis.
113 Viduam & pupillos protegi oportere.
114 Dum in carne eſt quis exhomologeſin facere debere.
115 Adulationem perniciosam eſſe.
116 Plus ab eo diligi deum, cui in baptiſmo plura peccata dimittuntur.
117 Fortem congreſſionem eſſe aduerſus diabolum, & ideo fortiter nos ſtare debere, ut poſſimus uincere.
118 De antichriſto quod in homine ueniat.
119 Graue fuiſſe iugum legis quod à nobis abiectum eſt, & leue eſſe iugũ domini, quod à nobis ſuſceptum eſt.
120 Orationibus inſiſtendum.

Libri

DIVI CAECILII CYPRIANI AD QVIRINVM, LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

DE BONO OPERIS & misericordiæ apud Esaiam: Exclama, inquit, in fortitudine, & noli parcere, sicut tuba exalta uocem tuam, adnuncia plebi meæ peccata ipsorum, & domui Iacob facinora eorum. Me de die in diē quærunt, & cognoscere uias meas concupiscunt, quasi plebs quæ iustitiā fecerit, & iudiciū non deseruerit. Postulant me nunc iudicium iustum, & appropinquare deo concupiscunt dicentes: Quid quia ieiunauimus & non uidisti, humiliauimus animas nostras & non cognouisti? In diebus enim ieiuniꝭ inueniūtur uoluntates uestræ, aut enim subiectos nobis subpungitis, aut ad iudicia, & lites ieiunatis, aut proximos cædditis pugnis, ut quid mihi ieiunatis? ut hodie audiatur uox uestra in clamore? Non hoc ieiunium ego elegi, nisi humilíet homo animam suam. Et si cōtorseris quasi circulū collū tuum, & saccum, & cinerem substraueris, nec sic uocabitur ieiunium acceptum. Non tale ieiunium elegi, dicit dominus: sed solue omnē nodum iniustitiæ, resolue suffocationes impotentium commerciorum. Dimitte quassatos in requiem & omnem consignationem iniustam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum, uesti, & domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & uestimenta tua cito orientur. Et præibit ante te iustitia, & claritas dei circundabit te. Tūc exclamabis, & deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris dicet: ecce adsum. de hoc ipso apud Iob: Conseruaui egenum de manu potentis, & pupillo, cui non erat adiutor, auxiliatus sum. Os uiduæ benedixit me, cum essem oculus cæcorum, pes quoque claudorum ego essem, & inualidorum pater. De hoc ipso apud Tobiam: Et dixi Tobiæ filio meo: Vade & adduc quēcunque pauperem inueneris ex fratribus nostris, qui tamen in mente habet deum ex toto corde suo, hunc adduc & manducabit pariter meum prandium

Esa. 58.

Tob. 2.

Iob. 29.

hoc. Sustineo te fili donec uenias. Item illic: Omnibus diebus uitæ tuæ fili deum in mente habe, & noli præterire præcepta eius. Iustitiam fac omnibus diebus uitæ tuæ, & noli ambulare uiam iniquitatis, quoniam agente te ex ueritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita fiet ut nec à te auertatur facies dei. Quomodo habueris fili, sic fac. Si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam. Si enim exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica. Et ne timueris, cum facis eleemosynam: præmium bonum repones, repones tibi in diem necessitatis, quoniam eleemosyna à morte liberat, & non patitur ire in tenebris. Munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram summo deo. de hoc ipso apud Salomonem in parœmijs: Qui pauperi miseretur, deo fœneratur. Item illic: Qui dat pauperi, nunquàm indigebit. Qui autem auertit oculum suum, in multa penuria erit. Item illic: Eleemosynis & fide peccata purgantur. Item illic: Si esurierit inimicus tuus ciba eum, si sitierit potabis eum: hoc enim faciens, carbones uiuos superfundes in caput eius. Item illic: Sicut aqua extinguit ignem, sic & eleemosyna extinguit peccatũ. de hoc ipso in Parœmijs: Ne dixeris, abi & reuertere, cras ego dabo, cum possis continuo benefacere: non enim scis quid contingat sequenti die. Item illic: Qui obturat aures suas ne audiat imbecillem, & ipse inuocabit deum, & non erit qui exaudiat eum. Item illic: Qui conuersatur sine uituperatione in iustitia, beatos filios relinquit. apud eundem in Ecclesiastico: Fili si habes bene fac tecum, & deo dignas oblationes offer, memorare, quoniam mors non tardat. Item illic: Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te orabit ab omni malo. De hoc in Psalmo triceſimo primo: misericordiã & postero prodesse: Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & fœneratur, & semen eius in benedictione est. de hoc ipso in Psalmo quadrageſimo: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die malo liberabit illum deus. Item in Psalmo cẽteſimoundecimo: Distribuit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. de hoc ipso apud Oseæ: Misericordiam uolo quàm sacrificium, & agnitionem dei plusquàm holocaustomata. de hoc ipso in Euangelio κατὰ Matthæum: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Item illic: Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Item illic: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi neque tinea, neque comestura exterminat, & ubi fures non effodiunt, & furantur, ubi enim fuerit thesaurus tuus, illic erit, & cor tuum. Item illic: Simile est regnum cœlorum homini negocianti, quærenti bonam Margaritam

Prouer. 19.
Ibidem. 28.
Prouer. 15
Ibidem. 25.
Eccl. 3.
Prouer. 3.
Prouer. 21.
Eccl. 14.
Ibidem. 29.
Osee. 6.
Matth. 5.
Ibidem. 6.
Matth. 13.

tam:ubi autem inuenerit precioſam margaritam,abijt & uendidit omnia quæ habuit & emit eam. Etiam modicum opus prodeſſe. Item illic:Et qui potauerit unum ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, amen dico uobis, non peribit merces eius. Nemini negan dã eleemoſynam. Item illic: Omni poſcenti da,& ab eo qui uoluerit mutuari,ne auertaris te. Item illic:Si uis ad uitam uenire, ſerua mandata. Dicit illi,quæ? & dicit Ieſus: Non occides, non mœchaberis, non falſum teſtimonium dices. Honora patrem & matrem & diliges proximum tibi tanquàm te. Dicit illi iuuenis: Omnia iſta obſeruaui. Quid adhuc mihi deeſt? Dicit illi Ieſus: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me. Item illic:Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit in throno claritatis ſuæ, & colligentur ante eum omnes gentes. Et ſegregabit illos ab inuicem, quemadmodum ſegregat paſtor oues ab hœdis. Et ſtatuet oues ad dexteram ſuam,hœdos autem ad ſiniſtram. Tunc dicet rex eis, qui ad dexteram ſuam ſunt. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare. Sitiui & potaſtis me, hoſpes fui,& adduxiſtis me. Infirmatus ſum,& uiſitaſtis me. In carcere fui,& ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes. Domine quando te uidimus eſurientem,& pauimus, ſitientem & potauimus? Quando te uidimus hoſpitem & adduximus,nudum, & ueſtiuimus? Quando autem te uidimus infirmum, & in carcere & uenimus ad te? Reſpondens rex dicit. Amen dico uobis, quàm diu feciſtis uni horum ex fratribus meis minimis, & mihi feciſtis. Tunc dicet illis, qui à ſiniſtris eius ſunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare. Sitiui & non potaſtis me. Hoſpes fui & non adduxiſtis me. Nudus fui & non ueſtiſtis me: Infirmus & in carcere, & non uiſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes: Domine quando te uidimus eſurientem,aut ſitientem,aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Et reſpondebit illis. Amen dico uobis,quàm diu non feciſtis uni ex minimis his,neque mihi feſtis. Et ibunt iſti in ambuſtionem æternam, Iuſti autẽ in uitã æternã. De hoc ipſo in euãgelio κατὰ Lucam: Res ueſtras uendite & date eleemoſynã. Itẽ illic: Qui fecit quod eſt intus,fecit quod & foris eſt. Verũ tamẽ date eleemoſynã,& ecce uobis oñia ſunt mũda. Itẽ illic: Ecce dimi-

Matth. 10.

Matth. 19.

Ibidem. 25.

Lu. 12.

Lu. 11.

Luc.19. dium ex substantia mea do egenis, & si cui quid fraudaui, quadruplum reddo. Dixit autem Iesus, quia salus hodie domui huic facta est, quoniam & ipse filius est Abrahæ. de hoc ipso ad Corinthios secunda:
2.Corin.8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia nostræ inopiæ sit supplementum, ut sit æqualitas sicut scriptum est:
Exo.16. Qui multum habuit non abundauit, & qui modicum, non indiguit.
2.Corin.9. Item illic: Qui parce seminat, parce & metet. Qui seminat in benedictionem, de benedictione metet. Vnusquisque autem sicut corde proposuit, non quasi ex tristitia, uel ex necessitate. Hilarem enim datorem
Psal.3. diligit deus. Item illic: Sicut scriptum est: Distribuit dedit pauperibus,
2.Corin.9. iustitia eius manet in æternum. Item illic: Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad edendum præstabit. Et multiplicabit semen nostrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ nostræ, ut in omnibus locupletemini. Item illic: Administratio huius officij non tantum suppleuit ea quæ sanctis desunt, sed & abundauit, per multarum gra-
1.Ioan.3. tiarum actionem in deum. de hoc ipso in epistola Ioannis: Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum desyderantem, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo? de hoc
Luc.14. ipso in Euangelio ✠ Lucam: Cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres, neque uicinos, neque diuites, ne forte & illi reinuitent te, & fiat retributio tibi. Sed cum facis epulum, uoca pauperes, debiles, cæcos, & claudos, & beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

II.

In opere & eleemosynis, etiam si per mediocritatem minus fiat, ipsam uoluntatem satis esse: in epistola Pauli ad Corinthios secunda:
2. Corin.8. Si uoluntas prompta est, secundum quodcunque habuerit, acceptabile est, non secundum quod non habuerit, neque sit alijs refrigerium uobis pressura.

III.

Agapen & dilectionem fraternam, religiose & firmiter exercendam: apud Malachiam: Nonne deus unus condidit nos? Nónne pa-
Malach.2. ter est unus omnium nostrum? Quid utique dereliquistis unusquisque
Io.14. que fratrem suum? de hoc ipso ✠ Ioannem: Pacem remitto uobis, pa-
Ibidem.15. cem meam do uobis. Item illic: Hoc est mandatum meum ut diligatis inuicem, quemadmodum dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Item
Matth.5. illic: Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei uocabuntur. Item illic: Amen di-
Ibidem.18. co uobis, quoniã si duob⁹ ex uobis cõuenerit in terra de omni re, quãcũq; petieritis

petieritis continget uobis à patre meo qui in cœlis est. Vbicunq; enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. de hoc ipso ad Corinthios prima: Et ego quidem fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quasi infantibus in CHRISTO, lac uobis potum dedi, non escam. Dū enim ad huc pusilli eratis, & poteratis, sed neq; nunc potestis. Adhuc enim estis carnales. Vbi enim inuocatis æmulationes, & dissensiones, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Item illic. Et si habuero fidem ita ut montes transferam, charitatem autem nō habeam nihil proficio. Et si distribuero omnia mea & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil proficio. Charitas magnanima est? Charitas benigna est. Charitas non æmulatur. Charitas non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniustitiam, conlætatur autem in ueritate. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquàm excidet. de hoc ipso ad Galatas: Diliges proximum tibi tanquàm te. Si autem mordetis, & incusatis inuicem, uidete ne consumamini ab inuicem. de hoc ipso in epistola Ioannis: In hoc apparent filij dei, & filij diaboli. Omnis q̄ non est iustus, non est de deo, & qui nō diligit patrē suū & matrē suā: q̄ ēm fratrē suū odit homicida est, & scitis quia omnis homicida non habet in se uitā æternā. Itē illic. Si quis dixerit quoniā diligit deū, & fratrem suū odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quē uidet, deum quē non uidet, quomodo potest diligere? de hoc ipso in Actibus apostolorū: Turba autem eorum qui crediderant, anima ac mente una agebant, nec fuit inter illos discrimen ullum, nec quicquàm suum iudicabant ex bonis quæ eis erant, sed fuerunt illis omnia communia. de hoc ipso in Euangelio κατὰ Matthæum: Si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum ad altare. Item in epistola Ioannis: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Item illic. Qui dicit se in luce esse & fratrem suum odit mendax est, & in tenebris ambulat usq; adhuc. IIII.

1. Corin. 3.
Ibidem. 13.
Gal. 5.
1. Io. 3.
Actuū. 4.
Matth. 5.
1. Io. 4.
Ibidem.

In nullo gloriandum quando nostrum nihil sit: in Euangelio κατὰ Ioannem: Nemo potest quicquàm accipere, nisi datum illi fuerit de cœlo. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Quid enim habes quod non acceperis? Si autē accepisti quid gloriaris, quasi nō acceperis? Item in βασιλέων lib. primo. Nolite gloriari neq; loquamini elata, nō procedat magniloquentia ex ore uestro, quia deus scientiarū dñs. Item illic. Inualidus factus est arcus potentū, & infirmi accincti sunt uirtute. de hoc ipso in Machabæis: Iustū est subditū deo esse, & mortalē nō paria deo sentire. Itē illic: Et uerba

Io. 19.
1. Corin. 5.
1. Reg. 2.
2. Mach. 9.

uiri

uiri peccatoris ne timueris,quia gloria eius in ſtercore erit & in uermes. Ho die extolletur,& cras non inuenietur quoniam cõuerſus eſt in terram ſuam & cogitatio eius peribit.

V.

Eſa.66. Humilitatem & quietem in omnibus tenendam: apud Eſaiam ſic dicit dominus deus:Cœlum mihi thronus & terra ſcabellum pedum meorum. Quam mihi ſedem ædificabitis,aut quis locus ad requiem mihi? Omnia enim iſta fecit manus mea,& ſunt omnia mea.Et ſuper quem aſpiciam aliũ niſi ſuper humilem & quietum, & timẽtem ſermones meos? de hoc ipſo in Matth.5. Euangelio κατὰ Matthæum:Beati mites,quoniam ipſi hæreditabunt ter- Lu.9. ram. de hoc ipſo κατὰ Lucam: Qui minimus fuerit in omnibus uobis, Ibidem.14. hic erit magnus. Item illic.Qui ſe extollit humiliabitur, & qui ſe humilia- Ro.11. uerit exaltabitur.de hoc ipſo ad Romanos: Noli altum ſapere, ſed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. de hoc ipſo in Pſalmo triceſimotertio:Et humiles ſpiritu ſaluabit.Item ad Ro- Ro.13. manos:Reddite omnibus quæ debentur:cui tributum,tributum,cui uectigal,uectigal:cui timorem,timorem:cui honorem,honorem. Nemini quic- quàm debeatis,niſi ut inuicem diligatis.Item in Euangelio κατὰ Matthæũ: Matth.23. Deligunt primum recumbendi locum in cœnis, & primam ſeſſionem in ſy nagogis,& ſalutationes in foro,& uocari ab hominibus rabbi. Vos aũt ne uocaueritis rabbi. Vnus eſt em̃ uobis magiſter. Item in Euangelio κατὰ Io- Ioan.13. annẽ:Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo neq; apoſtolus maior eo q̃ ſe miſit. Hæc ſcientes beati eritis,ſi feceritis ea.Item in Pſalmo octogeſimo primo: Humilem & pauperem iuſtificate.

VI.

Bonos quoq; & iuſtos plus laborare, & tolerare debere, quia probãtur: Eccl.27. apud Salomonem: Vas figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Item in Pſalmo quinquageſimo:Sacrificium deo ſpiritus con tribulatus,cor contritum,& humiliatum deus non ſpernet.Item in Pſalmo trigeſimo tertio: Proximus eſt dñs contribulato corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.Item illic.Multa flagella iuſtorum,& ex omnibus illis liberauit il- Iob.1. los dominus.de hoc ipſo apud Iob:Nudus exiui de utero matris meæ,nu- dus ego ibo ſub terrã:dominus dedit,dominus abſtulit,ſicut domino pla- cuit ita factum eſt,ſit nomen domini benedictum. In his omnibus quæ contigerunt ei,nihil peccauit Iob labr̃s ſuis in conſpectu domini. de hoc Matth.5. ipſo in Euangelio κατὰ Matthæum: Beati plangentes,quoniam ipſi con- Ioan 16. ſolabuntur.Item κατὰ Ioannem: Hæc locutus ſum uobis ut in me pacem habeatis,in ſeculo autem preſſuram habebitis,ſed fidite,quoniam ego uici 2. Corin.12. mundũ.de hoc ipſo ad Corinthios ſecũda:Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,angelus ſatanæ, qui me collaphizet, ne me extollat.Propter quod ter dominum rogaui, ut diſcederet à me.Et dixit mihi:ſufficit tibi gratia mea.

Nam

Nam uirtus in infirmitatem perficitur. de hoc ipso ad Romanos: Glo-
riamur in spe claritatis dei: Non solum autem, sed & gloriamur in Roma. 5.
pressuris, scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia
probationem, probatio autem spem. Spes autem non confundit, quia
dilectio dei infusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui da-
tus est nobis. de hoc ipso κατὰ Matthæum: Quàm lata & spacioſa uia Matth. 7.
est quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm arta
& angusta uia est, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui eam inueniunt.
de hocipso in Tobiam: Vbi sunt iustitiæ tuæ? ecce quæ pateris. Item in Sa Tob. 2.
pientia Salomonis: In locis impiorum gemunt iusti, in illorum autem per- Ecclia. 5.
ditionem abundabunt iusti.

VII.

Non contristandum spiritum sanctum, quem accepimus: apud
Ephesios: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis, in Eph. 4.
die redemptionis. Amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphe-
miæ auferantur à uobis.

VIII.

Iracundiam uincendam esse, ne cogat delinquere: apud Salomo-
nem in parœmijs: Melior est uir patiens forti. Qui enim iracundiam con- Prouerb. 16.
temnit melior est, quàm qui urbem capit. Item illic: Imprudens in eadem Ibidem. 12.
die nunciat iram suam, abscondit autem inhonorationem suam astu-
tus. de hoc ipso ad Ephesios: Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat Eph. 4.
super iracundiam uestram. Item in Euangelio κατὰ Matthæum: Audistis Matth. 5.
quia dictum est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudi-
cio. Ego autem dico uobis, quia omis qui irascitur fratri suo sine causa, reus
erit iudicio.

IX.

Inuicem se fratres sustinere debere: ad Galatas: In contempla- Gal. 6.
tionem habentes unusquisque, ne & uos contentemini. Alterutrum onera
sustinete, & sic adimplebitis legem CHRISTI.

X.

In deum solum fidendum esse & in ipso gloriandum: apud Hicre- Hiere. 9.
miam: Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec glorietur dives in diuitijs
suis, & fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur qui gloriatur intellige-
re, & nosse quoniam ego sum deus, qui facio misericordiam, & iudicium, &
iustitiam super terram, quoniam in his est uoluntas mea, dicit dominus. de
hoc in Psalmo, quinquagesimo quarto: In domino speraui non timebo
quid faciat mihi homo. Item illic. Non nisi deo soli subdita est anima mea.
Item in Psalmo centesimodecimoseptimo: Non metuam quid faciat mi-
hi homo, dominus mihi auxiliator est. Item illic. Bonũ est confidere in do-
minum, quàm fidere in hominem. Bonum est sperare in dominum, quàm
sperare in principibus. de hoc ipso apud Danielem. Responderunt autem Daniel. 3.
Sidrac, Misac, & Abdenago Nabuchodonosor regi. Rex non opus est
nobis de hoc sermone respondere tibi. Est enim deus cui nos seruimus,

potens

potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis liberabit nos. Et si non: notum tibi sit rex, quia dijs tuis non seruimus, & imaginem
Hiere. 17. auream quam statuisti, non adoramus. Item apud Hieremiam: Maledictus homo qui spem habet in homine, & benedictus homo, qui fidet in
Deut. 6. domino, & erit in deũ spes eius. De hoc ipso in Deuteronomio: Dominũ
Rom. 1. deum tuum adorabis, & illi soli seruies. De hoc ipso ad Romanos: Et coluerunt & seruierunt creaturæ relicto creatore, propter quod & tradidit illos deus in passiones ignominiæ: de hoc ipso apud Ioannem: Maior est qui in uobis est, quàm qui in hoc mundo.

XI.

Eum qui fidem assecutus est exposito priore homine, cœlestia tantum & spiritualia cogitare debere, nec attendere ad seculum, cui iam renunciauimus: apud Esaiam: Quærite dominum & cum inueneritis inuocate eum.
Esa. 55. Cum autem appropinquauerit uobis, relinquat impius uias suas, & uir facinorosus cogitationes suas, & conuertatur ad dominum & misericordiam cõsequet, quia in multũ remittet peccata uestra. de hoc ipso apud Salomonem: Vidi uniuersa opera quæ facta sunt sub sole, & ecce omnia uanitas. de
Eccl'iastes. 1. hoc ipso in Exodo: Sic autem comedetis illum. Lumbi uestri præcincti, &
Exo. 12. calciamenta uestra in pedibus uestris, & baculi uestri in manibus uestris, & edetis eum festinanter, pascha domini est. de hoc ipso in Euangelio κατὰ
Matth. 6. Matthæum: Nolite cogitare dicentes, quid edemus, aut bibemus, aut quid uestiemur: hæc enim nationes inquirunt. Scit autem pater uester, quia horum omnium indigetis. Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & omnia ista apponentur uobis. Item illic: Nolite cogitare in crastinũ. Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sufficit diei malicia sua. Item illic: Nemo retro attendens & superponens manum suam super aratrum, aptus est regno dei. Item illic. Aspicite uolatilia cœli, quoniam non seminant, neque metunt, neque colligunt in horrea, & pater uester cœlestis pascit
Luc. 12. illa. Non uos plures estis illis? de hoc ipso κατὰ Lucam: Sint lumbi uestri accincti, & lucernæ ardentes. Et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat à nuptijs & cum uenerit, & pulsauerit, aperiant illi. Felices serui illi, quos adueniens dominus inuenerit uigilantes. de
Matth. 8. hoc ipso apud Matthæum: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli diuersoria, filius autem hominis non habet ubi caput suum inclinet. Item illic. Qui non renunciat omnibus, quæ sunt eius, non potest meus discipulus esse. de
1. Corin. 6. hoc ipso ad Corinthios secundo: Non estis uestri, empti enim estis precio
Ibidem. 7. magno, clarificate, & portate deum in corpore uestro. Item illic. Tempus collectum: superest ergo ut qui habent uxores quasi non habentes sint, & q
plangẽt quasi non plangentes, & qui gaudent quasi non gaudentes, & qui emunt quasi non ementes, & qui possident quasi non possidentes, & qui
Ibidem. 15. hoc mundo utũtur quasi nõ utantur. Præteribit enim figura huius mũdi.

Item

Item illic: Primus homo de terræ limo, ſecundus homo de cœlo. Qualis ille è limo, tales & qui è limo, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo eſt, portemus & imaginem eius qui de cœlo eſt. 1. Cor. 15.

De hoc ipſo ad Philippenſes: Omnes ſua quærunt, & nõ quæ ſunt CHRISTI, quorum finis eſt interitus, quorum deus eſt uenter, & gloria in confuſionem eorum qui terrena ſapiunt. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, unde & ſaluatorem expectamus dominum noſtrũ IESVM CHRISTVM, qui transformauit corpus humilitatis noſtræ, conformatum corpori claritatis ſuæ. Philipp. 2.

De hoc ipſo ad Galatas: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri IESV CHRISTI, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Galat. 6.

De hoc ipſo ad Timotheum: Nemo militans deo obliget ſe moleſtijs ſecularibus, ut poſſit placere ei cui ſe probauit. Sed & ſi certauerit quis, nõ coronabitur, niſi legitime pugnauerit. 2. Timo. 2.

De hoc ipſo ad Coloſſenſes: Si mortui eſtis cum CHRISTO ab elementis mundi, quid tanq̃ uiuẽtes in mundo uana ſectamini? Coloſſ. 2.

Itẽ de hoc ipſo: Si non reſurrexiſtis in CHRISTO: quæ ſurſum ſunt quærite, ubi CHRISTVS eſt in dextera dei ſedẽs: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ terrena ſunt. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum CHRISTO in deo. Cũ autem CHRISTVS apparuerit uita ueſtra, tunc & uos cum eo apparebitis in gloria. Ibid. 3.

De hoc ipſo ad Epheſios: Exponite prioris conuerſationis ueterem hominem qui corrumpitur, ſecundum concupiſcentias deceptionis. Innouamini autem ſpiritu ſenſus ueſtri, & induite nouum hominem, qui ſecundum deum conſtitutus eſt in iuſtitia, & ſanctitate & ueritate. Epheſ. 4.

De hoc ipſo in epiſtola Petri: Quaſi hoſpites & aduenæ, & peregrini abſtinete uos à carnalibus deſyderijs, quæ militant aduerſus animam: conuerſationem autem habentes inter gentes bonam, ut dum uniuerſa retractant de uobis, quaſi de malignis, bona opera ueſtra aſpicientes magnificent deum. 1. Petri. 2.

De hoc ipſo in epiſtola Ioannis: Qui dicit ſe in CHRISTO manere, debet quomodo ille ambulauit, & ille ambulare. Itẽ illic: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, nõ eſt charitas patris in illo. Quoniã omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi, quæ non eſt à patre, ſed ex concupiſcentia ſeculi, & mundus tranſibit & concupiſcentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem dei patris manet in æternũ, quomodo & deus manet in æternum. 1. Ioan. 2.

Item in epiſtola Pauli ad Corinthios prima: Expurgate uetus fermentum, ut ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Nam & paſcha noſtrum immolatus eſt CHRISTVS, itaque feſta celebremus nõ in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & ueritatis. 1. Cor. 5.

XII.

Non iurandum, apud Salomonem: Multum iurans replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo eius plaga, & ſi uane iurauerit nõ iuſtificabitur, Eccl. 23.

Matth.5. De hoc ipso ℣ Matthæum: Dico uobis non iurare in toto. Sit autem ser-
Exod.20. mo uester, est est, non non. De hoc ipso in Exodo: Non accipies nomen do
mini dei tui in uanum. XIII.

Ibid.22. Non maledicendum, in Exodo: Non maledices, neque principi populi
tui detraxeris. Item in psalmo triceſimosecundo: Quis est homo qui uult ui
tam, & cupit uidere dies bonos? Cõtine linguam tuam à malo, & labia tua
Leuit.24. ne loquantur dolum. De hoc ipso in Leuitico: Et locutus est dominus ad
Moysen dicens: Produc eum foras, qui maledixerit extra castra, & imponẽt
omnes qui audierint manus suas super caput eius, & lapidabit eum omnis
Ephes.4. synagoga filiorum Israël. De hoc ipso in epistola Pauli ad Ephesios: Omis
sermo malus de ore uestro non procedat, sed bonus ad ædificationem fidei,
Rhoma.12. ut det gratiam audientibus. De hoc ipso ad Rhomanos: Benedicentes, nõ
Matth.5. maledicentes. De hoc ipso in euangelio ℣ Matthæum: Qui dixerit fratri
Matth.12. suo fatue, reus erit in gehennã ignis. De hoc ipso ℣ Matthæum: Dico autẽ
uobis quia omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent
pro eo rationẽ in die iudicij. De sermonibus enim tuis iustificeris, & de ser-
monibus tuis condemnaberis. XIIII.

Nunquam mussitandum, sed circa omnia quæ accidunt, benedicendum
Iob.2. deum, apud Iob: Dic uerbum aliquod in deum & morere. At ille intuitus
eam dixit: Tanquam una ex ineptis mulieribus locuta es: Si bona accipia-
mus de manu domini, mala cur non tolerabimus? In his omnibus quæ ac-
Ibid. ciderunt, nihil peccauit Iob labijs suis in conspectu domini. Item illic: Ani-
maduertisti in puerum meum Iob? non enim similis est illi quisquam in ter
ris, homo sine querela uerus dei cultor, abstinens se ab omni malo. De hoc
ipso in psalmo triceſimotertio: Benedicam dominũ in omni tempore, sem-
Numer.11 per laus eius in ore meo. Item in Numeris: Desinat murmuratio eorum à
Actu.16. me, & non morientur. Item in Actibus apostolorum: Circa autem mediam
noctem Paulus & Silas orantes gratias agebant deo, audiebãt autem eos
Philipp.2. uincti. Item in epistola Pauli ad Philippenses: Omnia autem pro delecta-
tione facite, sine murmurationibus & reputationibus, ut sitis sine querela,
& immaculati filij dei. XV.

Genes.22. Ad hoc tentari homines à deo ut probentur, in Genesi: Et tentauit deus
Abraham, & dixit ad illum: Accipe filium tuum unicum quem diligis Isaac,
& uade in terram, impones illum ibi in holocaustum hostiam, in unum ex
Deuter.13. montibus, de quo dixero tibi. De hoc ipso in Deuteronomio: Tentat do-
minus deus uester uos, ut sciat, si diligitis domin deũ uestrum ex totoũ cor-
Sapien.3. de uestro, & ex tota anima uestra. De hoc ipso in Sapientia Salomonis: Et
si coram hominibus tormẽta passi sunt, spes eorũ immortalitate plena est,
& in paucis uexati, in multis bene disponẽtur, quoniam deus tentauit illos,
& inuenit eos dignos se. Tanq; aurum in fornace probauit illos, & quasi ho
stiæ

ſtiæ holocauſta accepit illos, & in tẽpore erit reſpectus illorum. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus eorum in perpetuum. De hoc ipſo in Machabæis: Abraham nõnne & in tentatione inuentus eſt fidelis, & deputatum ei ad iuſticiam? 1. Macha. 2.

XVI.

De bono martyrij, in Sapientia Salomonis: Liberat de malis animã martyr fidelis. Itẽ illic: Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui labores eorum diripuerũt. Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes inter ſe pœnitentiam habentes, & per anguſtiam ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Quomodo computati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt? Ergo errauimus à uia ueritatis, & iuſticiæ lumen non luxit nobis, & ſol nõ eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus ſolitudines difficiles, uiam autẽ domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? tranſierunt omnia iſta ſicut umbra. De hoc ipſo in pſalmo 115. Precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius. Item illic: Qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metent. Et ambulantes ambulabant, & plorabant mittẽtes ſemina ſua. Venientes autem uenient, in exultatione colligentes gramina ſua. De hoc ipſo in euangelio κατὰ Ioãnem: Qui amat animam ſuam perdet illam, & qui odit animam ſuam in iſto ſeculo, in uitam æternam inueniet illam. Item illic: Cũ autem tradiderint uos, nolite cogitare quid loquamini, non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Item illic: Veniet hora, ut oms qui interficit uos, arbitretur obſequium ſe deo facere. Sed & hoc facient, quoniam nõ cognouerũt patrem neq; me. De hoc ipſo apud Matthæum: Beati qui perſecutionem paſſi fuerint propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Item illic: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Magis autem metuite eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Item illic: Quicunque me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram patre meo qui in cœlis eſt. Qui autem me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſaluus erit. De hoc ipſo κατὰ Lucam: Beati eritis cum oderint uos homines, & ſeparauerint uos, & expulerint & maledixerint nomini ueſtro quaſi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces ueſtra multa eſt in cœlis. Item illic: Amen dico uobis, nemo eſt qui relinquat domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat ſepties tantum in iſto tempore, in ſeculo autẽ futuro, uitam æternam. De hoc ipſo in

Prouerb. 14.
Sapien. 5.
Pſal. 125.
Ioan. 12.
Matth. 10.
Ioan. 16.
Matth. 5.
Ibid. 10.
Ibidem.
Luc. 6.
Luc. 18.

Apoca.6. Apocalypsi: Et cum aperuissem quintum signum, uidi sub ara dei animas occisorum propter uerbum dei, & martyrium suum, & clamauerunt magna uoce dicentes: Quousque domine uerus & sanctus, non iudicas & uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? Et datæ sunt eis singulis stolæ albæ, & dictum est eis ut quiescerēt adhuc breui tempore, donec impleatur numerus conseruatorum, & fratrum eorum, quiq; postea occidentur exemplo ipsorum. Item illic: Post hæc uidi turbam multam quam dinumerare ex his nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & ex omni populo & lingua, stantes in conspectu throni, & in conspectu agni, & erant amicti stolis albis, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Laus deo nostro sedenti super thronum, & agno. Et respondit unus de senioribus dicens mihi: Qui amicti sunt stolas albas, qui sunt & unde uenerunt? Et dixi ei: Domine mi tu scis. Et ait mihi: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni, ideo sunt in conspectu throni dei, & seruiunt ei diebus & noctibus in templo eius. Et is qui sedet in throno habitabit super eos, neque esurient, neque sitient unquam, sed neque sol super eos cadet, neque ullum æstum patientur. Quoniam agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad fontem aquæ uiuæ, & absterget deus omnem lachrymam ex oculis eorum. Item illic: Qui uincet dabo illi edere ex omni ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Item illic: Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Beati erunt, qui uigilabunt & seruabunt uestimenta sua ne nudi ambulent & uideant turpitudinem suam.

Apoca.2.

2. Tim.4. De hoc ipso ad Timotheum in secunda: Ego iam delibor, & tempus instat assumptionis, bonum *certamen certaui, cursum perfeci, fidem seruaui, iam superest mihi corona iusticiæ, quam mihi reddet dominus in illo die iudex iustus: non solum autem mihi, sed & omnibus qui dilexerunt aduentum eius. De hoc ipso ad Rhomanos: Sumus filij dei, si autem filij & hæredes dei, cohæredes autem CHRISTI. Si quidem compatiamur & commagnificemur. De hoc ipso in psalmo centesimo decimooctauo: Beati qui immaculati sunt in uia, & qui ambulant in uijs domini. Beati qui perscrutantur martyria eius.

Al's *agonem.

Rhoma. 8.

XVII.

Minora esse quæ in seculo patimur, quàm sit præmium quod promissum est, in epistola Pauli ad Rhomanos: Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad superuenturam claritatem quæ reuelabitur in nobis.

Rhoma.8.

XVIII.

Dilectione dei & CHRISTI nihil præponendum, in Deuteronomio: Diliges dominum deum tuum de toto corde tuo, & de tota uirtute tua. In euangelio κατὰ Matthæum: Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus

Deuter.6.

Matth.10.

gnus, & qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est meus discipulus. Item in epistola Pauli ad Rhomanos: Quis nos separabit à charitate CHRISTI, pressura, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Quoniam causa tui occidimur tota die, deputati sumus ut oues uictimæ, sed in his omnibus superuincimus, pro quod dilexit nos. Rhom. 8. Psal. 43.

XIX.

Voluntati non nostræ, sed dei obtemperandum, in euangelio κατὰ Ioannem: Non descendi de cœlo ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit. De hoc ipso κατὰ Matthæum: Pater, si fieri potest transeat à me calix iste, ueruntamen non quod ego uolo, sed quod tu. Item in prece cottidiana: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Item κατὰ Matthæum: Non omnis qui dicit mihi domine domine, introibit in regnum cœlorum, sed is qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse introibit in regnum cœlorum. Item κατὰ Lucam: Ille autem seruus qui cognoscit uoluntatem domini sui, & non paruerit uoluntati eius, uapulabit multas. Item in epistola Ioannis: Qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in æternum, quomodo & ipse manet in æternum. Ioan. 6. Matth. 26. Ibidem. 6. Matth. 7. Luc. 12. 1. Ioan. 2.

XX.

Fuundamentum, & firmamentum spei & fidei esse timorem, in psalmo centesimo decimo: Initium sapientiæ timor domini. De hoc ipso in Sapientia Salomonis: Initium sapientiæ, metuere dominum. In parœmijs eiusdem: Beatus est homo qui ueretur omnia per metum. De hoc ipso apud Esaiam: Et super quem alium respiciam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos. De hoc ipso in Genesi: Et uocauit eum angelus domini de cœlo, & dixit illi: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Noli iniicere manum tuam in puerum, neque feceris illi quicquam. Nunc enim cognoui, quoniam times deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item in psalmo secundo: Seruite domino in timore, & exultate cum tremore. Item in psalmo tricesimotertio: Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia eis qui eum metuunt. Item in psalmo decimooctauo: Timor domini castus perseuerans in secula seculorum. Eccl. 1. Prouerb. 28. Esa. 66. Genes. 22.

XXI.

Non temere de altero iudicandum, in euangelio κατὰ Lucam: Nolite iudicare, ne iudicemini: nolite condemnare, ne condemnemini. De hoc ipso ad Rhomanos: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat, aut cadit, stabit autem, potens enim deus statuere eum. Et iterum: Quare *excusatione es ò homo? in quo enim iudicas alium, te ipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Speras autem tu qui iudicas eos qui mala agunt & eadem facis, quia ipse es fugiés iudicium dei? Item in epistola Luc. 6. Rhom. 14. Ibidem. 2. Als *inexcusabilis.

ii. Cor. 10. ſtola ad Corinthios prima: Et qui ſe ſperat ſtare uideat ne cadat. Et iterum:
Ibid. 8. Si quis ſe putat ſcire aliquid dum nō ſit quemadmodum oporteat. XXII.

Accepta iniuria remittendum & ignoſcendum, in euangelio in pre-
Matth. 6. ce cotidiana: Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debi-
Mar. 11. toribus noſtris. Item κατὰ Marcum: Et cum ſteteritis ad orationem, re-
mittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, ut & pater ueſter qui in cœlis eſt
Ibid. 4. remittat uobis peccata ueſtra. Item illic: In qua menſura menſi fueritis, in ea
remetietur uobis. XXIII.

Rho. 12. Vicem malis non reddendam, in epiſtola Pauli ad Rhomanos: Ne-
mini malum pro malo reddentes. Item illic: Noli uinci à malo, ſed uin-
Apo. 22. ce in bono malum. De hoc ipſo in Apocalypſi: Et dixit mihi, ne ſignaue-
ris uerba prophetiæ libri huius, quia iam tempus in proximo eſt, & hi qui
perſeuerant nocere, noceant, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat: iuſtus autem
adhuc iuſtiora faciat, ſimiliter & ſanctus ſanctiora. Ecce uenio cito, & mer-
ces mea mecum eſt reddere unicuiq; ſecundum facta ſua. XXIIII.

Non poſſe ad patrem peruenire, niſi per filium eius IESVM CHRI-
Ioan. 14. STVM, in euangelio ✠ Ioannem: Ego ſum uia ueritas & uita, nemo ue-
Ioan. 10. nit ad patrem niſi per me. Item illic: Ego ſum ianua, per me ſi quis introie-
rit, ſaluabitur. XXV.

Ad regnum dei, niſi baptizatus & renatus quis fuerit, peruenire non
Ioan. 3. poſſe, in euangelio κατὰ Ioannem: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpi-
ritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Quod enim natum eſt de
Ibid. 6. carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Item illic: Niſi ede-
ritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem eius, non habebitis uitam
in uobis. XXVI.

Parum eſſe baptizari, & euchariſtiam accipere, niſi quis factis, & ope-
i. Cor. 9. re perficiat, in epiſtola Pauli ad Corinthios: Neſcitis quia qui in ſtadio
currunt, omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam? Sic currite,
ut occupetis, & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos uero
Matth. 3. incorruptam. In euangelio ✠ Matthæum: Omnis arbor non faciens fru-
Ibid. 7. ctum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Item illic: Multi mihi di-
cent in illa die: Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus,
& in nomine tuo dæmonia excluſimus, & in tuo nomine uirtutes magnas
fecimus? Et tunc dicam illis: Nequaquam uos uidi, recedite à me qui ope-
Matth. 5. ramini iniquitatem. Item illic: Luceat lumen ueſtrum coram hominibus,
ut uideant bona opera ueſtra, & darificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.
Philipp. 2. Item Paulus ad Philippenſes: Lucete ſicut luminaria in mundo. XXVII.

Baptizatum quoque gratiam perdere quam conſecutus ſit, niſi inno-
Ioan. 5. centiam ſeruet, in euangelio ✠ Ioannem: Ecce ſanus factus es, iam noli

peccare

peccare, ne quid tibi deterius fiat. Item in epistola Pauli ad Corinthios: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. De hoc ipso in Paralipomenon: Dominus uobiscum est dum estis uos cum ipso, si dereliqueritis eum, derelinquet uos. 1. Cor. 3. 2. Paralip. 15.

XXVIII.

Non posse in ecclesia remitti ei qui in deum dereliquerit, in euangelio ☩ Matthæum: Qui dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittetur illi, qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur illi, neque in isto seculo, neque in futuro. Item κατὰ Marcum: Omnia peccata remittentur filijs hominum & blasphemiæ: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur illi, sed reus erit æterni peccati. De hoc ipso in βασιλέων primo: Si derelinquendo peccetur aduersus uirum, orabunt pro eo dominũ, si autẽ in deũ peccet homo, quis exorabit pro eo? Matth. 12. Marc. 3.

XXIX.

De odio nominis ante prædictum, in euangelio ☩ Lucam: Et eritis odibiles omnibus hominibus propter nomen meum. Item κατὰ Ioannem: Si seculum uos odit, scitote quoniam me primo odit, si de seculo essetis, seculum quod suum est amaret: sed quia de seculo non estis, & ego elegi uos de seculo, propterea odit uos seculum. Mementote sermonem quem dixi uobis: Non est maior domino suo seruus, si me persecuti sunt, & uos persequentur. Luc. 21. Ioan. 15.

XXX.

Quod quis deo uouerit cito reddendum, apud Salomonem: Prout uoueris uotũ domino, ne moram feceris reddere illud. De hoc ipso in Deuteronomio: Si autem uoueris uotum domino deo tuo, non tardabis reddere illud, quia inquirens quæret illud deus tuus à te, & erit in peccatum: ea quæ egredientur per labia tua, obseruabis, & facies donum quod locutus es ex ore tuo. De hoc ipso in psalmo quadragesimonono: Sacrifica deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Inuoca me in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me. De hoc ipso in Actibus apostolorum: Cur impleuit satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, cũ esset fundus in tua potestate: Non hominibus mentitus es, sed deo. Item apud Hieremiam: Maledictus qui facit opera domini negligenter. Deuter. 23. Actuũ. 5. Hiere. 48.

XXXI.

Eum qui non crediderit, iam iudicatum esse, in euangelio κατὰ Ioannem: Qui non crediderit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unici filij dei. Hoc autem est iudicium, quoniam lux uenit in seculum, & magis dilexerunt homines tenebras quàm lucem. De hoc ipso in psalmo primo: Propterea non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. Ioan. 3.

XXXII.

De bono uirginitatis & continentiæ, in Genesi: Multiplicans multiplicabo tristicias tuas, & gemitus tuos, & in tristicia paries filios, & erit conuersio tua ad uirum tuum, & ipse tui dominabitur. De hoc ipso in euan- Genes. 3.

Matth.16. gelio κατὰ Matthæum: Non omnes capiunt uerbum, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadones, qui ex utero matris nati sunt, & sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus, & sunt spadones qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, qui potest capere, capiat. Item

Luc.20 κατὰ Lucam: Filij seculi huius generant & generantur, qui autem habuerint dignationem seculi illius, & resurrectionem à mortuis non nubunt, neque nubuntur, Neque enim incipient mori, æquales enim sunt angelis dei, cum sint filij resurrectionis. Resurgere autem mortuos Moyses significat, quomodo dicit in rubo: Dominus deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, non est deus mortuorum, sed uiuorum, omnes enim illi

1.Cor 7. uiuunt. De hoc ipso in epistola Pauli ad Corinthios prima: Bonum est hominem mulierem non contingere, propter fornicationem autem unusquisque uxorem habeat suam, & unaquæque uirum suum habeat. Vxori uir debitum reddat, similiter & uxor uiro. Vxor corporis sui potestatem non habet, similiter & uir corporis sui potestatem non habet, sed uxor. Nolite fraudare inuicem, nisi ex conuentione ad tempus ut uacetis orationi. Et iterum: Reuertamini in idipsum, ne tentet uos satanas propter incontinentiam. Hoc dico secundum consilium, non secundum imperium, uolo autem omnes homines esse, sicut & me, sed unusquisque

Ibidem. proprium habet charisma à deo, alius sic, alius autem sic. Item illic: Cœlebs cogitat quæ sunt domini, quomodo placeat deo. Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quæ sunt mundi huius, quomodo placeat uxori: Sic & mulier, & uirgo innupta cogitat ea quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & spiritu, quæ autem nubit, cogitat ea quæ sunt mundi hu-

Exod.19. ius, quomodo placeat uiro. De hoc ipso in Exodo: Cum præcepisset deus Moysi, ut sanctificaret populum in diem tertium, sanctificauit ille, & adiecit: Estote parati tribus diebus, non accedentes ad mulieres. De hoc ipso in Βασιλέων primo: Et respondit sacerdos ad Dauid & dixit: Non sunt panes prophani in manu mea, nisi panis sanctus unus: si obseruati sunt pue-

Apocal.14. ri à muliere, manducabunt. Item in Apocalypsi: Hi sunt qui cum mulieribus non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt, hi sunt qui sequuntur agnum quocunque uadit. XXXIII.

Nihil patrem iudicare, sed filium, & patrem ab eo non honorificari, à quo non honorificetur & filius, in euangelio κατὰ Ioannem: Nihil pa-

Ioan.5. ter iudicat, sed iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat

Gene.19. patrem qui eum misit. Item in Genesi: Et pluit dominus à domino super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem de cœlo. Item in psalmo septuagesimo: Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filio regis. Iudicare populum in tuam iusticiam. XXXIIII.

Fidelem

Fidelem gentiliter uiuere non oportere, apud Hieremiam: Hæc dicit dominus: Secundum uiam gentilium non ambulaueritis. Hiere.7.

De hoc ipso quod segregare se quis debeat à gentilibus, ne sit socius culpæ, & fiat particeps plagæ, in Apocalypsi: Et audiui aliam uocem de cœlo dicentem: Exi de ea populus meus ne particeps sis delictorum eius, & ne præstringaris plagis eius, quoniam delicta eius usque ad cœlum peruenerunt, & meminit dominus deus iniquitatum eius. Ideo reddet ei dupla, & in quo poculo miscuit, duplum remixtum est ei, sed in quantum se clarificauit, & deliciarum habuit, in tantum datur ei & cruciatus, & luctus, quoniam in corde suo dicit: Regina sum, & uidua esse non possum, nec luctus uisura sum, propterea una hora plagæ eius aduenient, mors, luctus & fames, & igni cremabitur, quia fortis est dominus deus qui eam iudicabit. Et flebunt, & plangebunt se in ea reges terræ, quia cum ea fornicati sunt, & in delictis conuersati sunt. Item apud Esaiam: Exite de medio eorum, qui fertis uasa domini. Apoca.18. Esa.52.

XXXV.

Deum ad hoc patientem esse, ut nos pœniteat peccati nostri, ut reformemur, apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triste? est enim altissimus patiens redditor. Item ad Rhomanos: An nunquid opulentiam bonitatis eius, & sustinentiam, & patientiam contemnis, ignorans, quia bonitas dei in pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impatiens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Ecc.5. Rho.2.

XXXVI.

Mulierem ornari seculariter non debere, in Apocalypsi: Et uenit unus ex septem angelis habentibus phialas, & aggressus est me dicens: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Et uidi mulierem sedentem super bestiam, & mulier illa amicta erat pallium purpureum, & coccineum, & adornata erat auro, & lapidibus preciosis, & margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum execrationum, & immunditiæ, & fornicationis totius terræ. Item ad Timotheum: Sint mulieres uestræ cum uerecundia, & pudicicia componentes se, non tortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut uestę preciosa, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. De hoc ipso in epistola Petri ad Ponticos: Sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut uestis cultus, sed cultus cordis. Item in Genesi: Thamar cooperuit se pallio, & adornauit, & cum aspexisset eam Iudas, uisum est ei meretricem esse. Apoca.17. 1.Timo.2. 1.Petri.3. Gene.38.

XXXVII.

Fidelem non oportere ob alia delicta, nisi ob nomẽ solum puniri, in epistola Petri ad Ponticos: Ne quisquam uestrum tanquam fur aut homicida 1.Petri.4.

patiatur

patiatur, aut tanquam maledicus, aut curas alienas agens, sed tanquam Christianus.

XXXVIII.

Seruum dei innocentem esse debere, ne incidat in pœnam secularem, in
Rhom. 13. epistola Pauli ad Rhomanos: Vis non timere potestatem? bonum fac, &
habebis laudem ab ea.

XXXIX.

1. Petri. 2. Datum nobis esse exemplum uiuendi in CHRISTO: CHRISTVS enim
passus est pro nobis, relinquēs exemplū uobis, ut sequamini uestigia eius,
qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum maledi-
ceretur, non maledixit, cum pateretur, non minabatur: tradebat autem se iu
Philipp. 2. dicanti iniuste. Item Paulus ad Philippenses: Qui in figura dei constitutus,
non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed se inaniuit formam ser
ui accipiens, in similitudinem hominis factus, in habitu inuētus est homo.
Humiliauit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
Propter quod deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, ut sit super omne
nomen: ut in nomine IESV omne genu curuetur, cœlestium, & terrestrium,
& infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus IESVS in glo-
Ioan. 13. ria est dei patris. De hoc ipso in euāgelio κατὰ Ioannem: Si ego laui pedes
uestros dominus & magister, & uos debetis aliorum pedes lauare. Exem-
plum enim dedi uobis, ut sicut ego feci, & uos alijs faciatis.

XL.

Non iactanter, nec tumultuose operandum, in euangelio ✠ Matthæū:
Matth. 6. Nesciat sinistra quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondi-
Ibidem. to, & pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi. Item illic: Cum facis elee-
mosynam, noli tumultuare quomodo hypocritæ faciunt, in uicis, & in sy-
nagogis, ut clarificentur ab hominibus. Amen dico uobis compleuerunt
mercedem suam.

XLI.

Ephe. 5. Inepte & scurriliter non loquendum, in epistola Pauli ad Ephesios: Stul-
tiloquium & scurrilitas, quæ ad rem nō pertinent, nec nominentur quidem
in uobis.

XLII.

Genes. 15. Fidem tātum prodesse, & tantum nos posse, quantū credimus, in Gene-
Esa. 7. si: Et credidit Abraham deo, & deputatum est ei ad iusticiam. Itē apud Esa-
Matth. 14. iam: Et si non crediderit is, neq; intelligetis. Item in euangelio ✠ Matthæū:
Modicæ fidei quare dubitasti? Et iterum: Si habueritis fidem quasi granū
Mar. 11. sinapis, diceretis monti huic, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibi-
le erit uobis. Item κατὰ Marcum: Omnia quæcunq; oratis & petitis, credite,
Abacuc. 2. quia accipietis, & erunt uobis. Et iterum: Omnia possibilia credenti. Item in
Daniel. 3. Abacuc: Iustus autem ex fide mea uiuet. Item in Daniele: Ananias, Azari-
as, Misahel credentes deo liberati sunt de flamma.

XLIII.

Actu. 8. Posse eum statim consequi qui crediderit uere, in Actibus apostolorum:
Ecce aqua, quid est quod me impedit baptizari? Tunc dixit Philippus: si cre
dis ex toto corde tuo, licet.

XLIIII.

Fideles

Fideles inter se disceptantes,non debere gentilem iudicem experiri:in epistola Pauli ad Corinthios prima:Audet quisq̃ uestrum aduersus alterum negocium habens,disceptare apud iniustos, & non apud sanctos? Nescitis quia sancti hunc mundũ iudicabũt? Et iterum: Iam quidem in totũ delictũ in uobis est,quia iudicia habetis cũ inuicem. Quare nõ magis iniuriã patimini,& quare nõ magis fraudamini, * & uos iniuriam facitis,& fraudatis,& hoc fratribus: aut nescitis, quoniã iniusti regnũ nõ consequentur? XLV. 1.Cor.6. Alias* sed.

Spem futurorum esse, & ideo fidem circa ea quæ promissa sunt patientem esse debere, in epistola Pauli ad Rhomanos: Spe saluati sumus. Spes autem quæ uidetur,non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per spectationem speramus. XLVI. Rhoma. 8.

Mulierem in ecclesia tacere debere, in epistola Pauli ad Corinthios prima: Mulieres uestræ in ecclesia taceant. Si quæ autem discere uolunt, domi uiros suos interrogent. Item ad Timotheum: Mulier cum silentio discat in omni subiectione. Docere autem mulierem non permitto,neque præpositam esse uiro. Adam enim primus formatus est,deinde Eua,& Adam non est seductus,mulier autem seducta est. XLVII. 1.Cor. 14. 1.Timo. 2.

Delicto & merito nostro fieri ut laboremus, nec dei opem in omnibus sentiamus: apud Osee: Audite sermonem domini filij Israël,quia iudicium est domino aduersus incolas terræ: quod neque misericordia, neque ueritas,neque agnitio dei sit super terram. Execratio,& mendacium,& cædes,& furtum, & adulterium diffusum est super terram. Sanguinem sanguini supermiscent, & idcirco terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum bestijs agri, & cum serpentibus terræ, cum uolucribus cœli, & deficient pisces maris, ut nemo iudicet, nemo reuincat. De hoc ipso apud Esaiam: Nunquid non ualet manus domini,ut saluos faciat,aut grauauit aurem,ut non exaudiat? Sed peccata uestra inter uos & deũ separant, & propter peccata uestra auertit faciem à uobis ne misereatur. Manus enim uestræ plenæ sunt sanguine, & digiti uestri in peccatis, labia autem uestra locuta sunt facinus, & lingua uestra iniusticiam meditatur: nemo loquitur uera,neque est iudicium uerum: fidunt in uanis, & loquuntur inania: qui parturiunt dolorem, & parient facinus. Item apud Sophoniam: Defectione deficiat à facie terræ dicit dominus. Deficiat homo,& pecudes deficiãt, uolucres cœli, & pisces maris,& auferam iniquos à facie terræ. XLVIII. Osee. 4. Esa. 59. Sopho. 1.

Non fœnerãdum,in psalmo 13. Qui pecuniã suam nõ dedit in fœnore, & munera super innocentes non accepit, qui ista fecerit, non commouebitur in æternum. De hoc ipso in Ezechiele: Homo autem qui erit iustus homines nõ opprimet,& pignus debitoris reddet,& rapinam nõ rapiet: panem suum esuriẽti dabit,& nudum opperiet,& pecuniam suam in usuras nõ dabit. Item in Deuteronomio: Non fœnerabis fratri tuo usuram pecuniæ, & Ezech. 18. Deuter. 23.

usuram

uſuram ciborum. XLIX.

Luc.6. Inimicos quoq; diligendos: In euãgelio κατὰ Lucam: Si diligitis qui uos diligunt, quæ uobis gratia eſt? & peccatores enim diligunt eos qui ſe diligunt. De hoc ipſo ℣ Matthæũ: Diligite inimicos ueſtros, & orate pro his qui uos perſequuntur, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. L.

Matth.5.

Sacramentum fidei non eſſe prophanandum, apud Salomonem in paroemijs: In aures imprudentis noli quicq̃ dicere, ne quãdo audierit irrideat ſenſatos ſermones tuos. De hoc ipſo in euangelio ℣ Matthæum: Ne deritis *ſemen canibus, neq; miſeritis margaritas ueſtras ante porcos, ne forte conculcent ea pedibus ſuis, & conuerſi elidant uos. LI.

Prouer. 23. Matth.7. Als. *ſanctũ.

Quod nemo in opere ſuo extolli debeat, apud Salomonem in Eccleſiaſtico: Noli te extollere in faciendo opere tuo. Item in euangelio ℣ Lucam: Quis ueſtrum habens ſeruum arantem, aut paſtorem, & uenienti de agro dicit, continuo tranſi recumbe? Sed dicit illi, para aliquid quod cœnẽ, & accingere & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſtea tu manducabis & bibes. Nunquid habet gratiam ſeruo illi quia fecit quæ imperata ſunt? Et ſic itaq; & uos cũ feceritis quæ uobis imperata ſunt, dicite: Serui ſuperuacui ſumus, quod habuimus facere fecimus. LII.

Eccl.10. Luc.17.

Credendi uel nõ credendi libertatem in arbitrio poſitam, in Deuteronomio: Ecce dedi ante faciem tuam uitam & mortem, bonum & malum: elige uitam, & uiues. Item apud Eſaiam: Et ſi uolueritis & audieritis me, bona terræ edetis. Si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius uos conſumet, os enim domini locutum eſt iſta. Item in euangelio ℣ Lucam: Regnum dei intra uos eſt. LIII.

Deuter.30. Eſa.1. Luc.17.

Dei arcana perſpici non poſſe, & ideo fidem noſtram ſimplicem eſſe debere, in epiſtola Pauli ad Corinthios prima: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc ſcio ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicuti ego cognitus ſum. Itẽ in Salomonis Sapiẽtia: Et in ſimplicitate cordis quærite deum. Item apud eundẽ: Qui ambulat ſimpliciter, ambulat fidenter. Item apud eundem: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus ſis. Item in Salomone: Noli eſſe multum iuſtus, & noli argumentari plus q̃ oportet. Item apud eundem: Væ qui arguti ſunt in ſemetipſis. Item in Machabeis: Daniel in ſimplicitate ſua liberatus eſt de ore leonum. Item in epiſtola Pauli ad Rhomanos: O altitudo diuitiarum, & ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & q̃ inueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit, uel quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi claritas in ſecula ſeculorum. Item ad Timotheum: Stultas & ineruditas quæſtiones deuita, ſciens quia lites generant. Seruum autem

1.Cor.13. Sapien.1. Eccl.3. Eccleſiaſtes. 7. 1.Macha. 2. Rhoma.11. 2.Timo. 2.

autem dei non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes. LIIII.

Neminem sine sorde, & sine peccato esse: apud Iob: Quis enim mundus à sorde? nec unus, etiam si sit, uita eius unius diei in terra. Item in Psalmo: 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis cõcepit me mater mea. Item in epistola Ioannis: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Iob. 25. 1. Io. 1.

LV.

Non hominibus sed deo placẽdum: in Psalmo. 52. Qui hominibus placent confusi sunt, quoniã deus nihil fecit illos. Item in epistola Pauli ad Galatas: Si hominibus placere uellem CHRISTI seruus non essem. Gal. 1.

LVI.

Deũ nihil latere ex his quæ gerantur: in Sapientia Salomonis: In omni loco speculantur oculi dei, bonos & malos. De hoc ipso apud Hieremiam: Ego deus approximans & non est deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego non uidebo eum? Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit dominus. Item in βασιλίων primo. Homo uidet in facie, deus autem in corde. Item in Apocalysi: Et scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutator renis & cordis, & dabo unicuiq; secũdũ opera sua: Itẽ in Psalmo. 18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Item in epistola Pauli ad Corinthios. 2. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal CHRISTI, ut reportet unusquisq; propria corporis sui secundũ quæ egit siue bona siue mala. Prouer. 15. Hiere. 23. 1. Reg. 16. Apocal. 2. 2. Corin. 5.

LVII.

Fidelem emendari & reseruari: in Psalmo. 116. Emendans emendauit me dñs, & morti me nõ tradidit. Itẽ in Psalmo. 88. Visitabo in uirga facinora eorum & in flagellis delicta eorum. Misericordiam autem meam nõ auferam ab eis. Item apud Malachiã: Et sedit conflans & expurgans sicut aurum & argentum, & emũdauit filios Leui. Item in Euangelio: Non exibis inde, donec soluas nouissimum quadrantem. Malach. 3. Matth. 5.

LVIII.

Neminem contristari morte debere, cum sit in uiuendo labor, & periculum, in moriendo pax & resurgendo securitas: in Genesi: Tunc dixit ad Adam: Quia exaudisti uocẽ uxoris tuæ & mãducasti ex illa arbore, de qua sola præceperam tibi ne mãducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia, & gemitu edes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos eijciet tibi, & edes pabulum agri tui in sudore uultus tui. Edes panem tuum donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quoniã terra es, & in terram ibis. Item illic: Et complacuit Enoch deo, & non est inuentus postmodum, quia deus illum trãstulit. Apud Esaiam: Omnis caro fœnum, & omnis claritas eius sicut flos fœni. Aruit fœnum & flos decidit. Sermo autem dei manebit in æternum. Item apud Ezechielem. ipsi dicunt aridа facta sunt ossa nostra, periit spes nostra interiuimus propterea prophetа. & dicit: Hæc dicit dominus: Ecce ego aperio monumenta uestra, & educam uos de monumentis uestris, & inducam uos in terram Israel. Et dabo Genes. 3. Ibidem. 5. Esa. 40. Ezech. 37.

ſpiritum meũ in uos & uiuetis. Et ponam uos in terram uestram, & cognoſcetis quoniam ego dominus locutus ſum & faciam, dicit dominus. Item in Sapien. 4. Sapientia Salomonis: Raptus eſt ne malicia mutaret intellectũ illius: placita enim erat deo anima illius. Itẽ in Pſalmo 83. Quàm amabilia ſunt habitationes tuæ deus uirtutum, deſyderat & properat anima mea ad atria dei. Item in 1. Theſſal. 4. epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes: Nolumus autem ignorare uos fratres de dormientibus, ne contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quia Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ſic & deus eos qui dormierunt in Ieſu adducet cum eo. Item ad Corinthios in prima: 1. Corin. 15. Stulte tu quod ſeminas nõ uiuificatur, niſi prius mortuum fuerit. Et iterũ: Ibidem. Stella à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminat corpus in corruptione, ſurgit in incorruptela. Seminat in ignominia, reſurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, reſurgit in uirtute. Seminat corpus animale, reſurgit ſpirituale. & iterum: Oportet enim corruptiuum iſtud induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptiuum hoc induerit incorruptionem & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet uerbum quod ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors in cõtentionem. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors intẽtio tua? Item in Euã- Ibidem. Ioan. 17. gelio ☩ Ioãnem: Pater quos dediſti mihi uolo ut ubi ego fuero, & ipſi ſint mecum, & uideant claritatem meam quam mihi dediſti ante conſtitutionẽ Lu. 2. mundi. Item ☩ Lucam: Nunc dimittis domine ſeruum tuũ in pace. Quia Ioan. 14. uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Item κατὰ Ioannẽ: Si me dilexiſſetis gauderetis, quoniam uado ad patrem, quia pater maior me eſt. LIX.

Sap. 15. De idolis quæ gentiles deos putant: in Sapientia Salomonis: Omnia idola nationum æſtimauerunt deos, quibus neq; oculorum uſus eſt ad uidẽdum, neq; nares ad percipiendum ſpiritũ, neq; aures ad audiendũ, neq; digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum, mutuatus eſt finxit illos. Nemo autem ſibi ſimilem homo poterit deum fingere. Cum ſit enim mortalis, mortuum finget manibus iniquis. Melior eſt autẽ ipſe is qui colit, quo- Sap. 13. niam ipſe quidẽ uixit illi nunq;. De hoc ipſo: Neq; opera attendẽtes agnouerunt quis eſſet artifex, ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam aut ſolem & lunã rectores orbis terræ deos putauerũt. Quorum ſi propter ſpeciem æſtimauerunt: ſciant quanto his dominus ſit precioſior, aut ſi uirtutes eorũ aut opera mirati ſunt, intelligant ab ipſis, quoniã qui hæc inſtituit fortia, fortior eſt illis. Itẽ in Pſalmo. 134. Idola gentium argentum & aurum, opus manuum hominum. Os habent & non loquẽtur, oculos habent, & nõ uidebũt, aures habent & non audient, neq; enim eſt ſpiritus in cor eorũ. Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in illis. Item in Pſalmo. 26. Omnes dij gentium dæmonia,

monia,dominus autem cœlos fecit.De hoc ipso in Exodo:Non facietis uobis deos aureos,neq; argenteos.& iterum:Non facies tibi idolum, nec cuiusquàm similitudinem. Exo. 20. Deut. 5.

LX.

Ciborum nimiam concupiscentiam non appetendã:apud Esaiam:Edamus & bibamus,cras enim moriemur.Non remittetur uobis peccatũ istud, quoadusq; moriamini.Item in Exodo:Consedit populus manducare,& bibere & surrexit ludere.In epistola Pauli ad Corinthios prima:Cib⁹ nos nõ cõmendat deo,neq; si mãducauerimus abundabimus,neq; si nõ ederimus egebimus.& iterum:Cum conueneritis ad manducandum inuicem expectate.Si quis esurit domi manducet,ut non in iudicium conueniatis. Item ad Romanos:Non est regnum dei esca & potus,sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto.Item in Euangelio κατὰ Ioannem:Ego panem habeo quem non nostis. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit,ut perficiam opus eius. Esa. 22. Exo. 32. 1. Corin. 8. Ibidem.11. Ro. 14. Ioan. 4.

LXI.

Possidendi concupiscentiam,& pecuniam non appetendam:apud Salomonem in Ecclesiastico:Qui diligit argentum non satiabitur argento.Itẽ in Parœmijs:Captans annonam maledictus in plebe est, benedictio autẽ in capite eius est,qui communicat.Item apud Esaiam:Væ qui coniungunt domum ad domum,& agrum agro continuant,ut auferant proximo suo aliquid.Nunquid habitabitis soli super terram? Item apud Sophoniam: Aedificabunt domos & non habitabunt,& instituent uineas,& non bibent uinum earum,quia prope est dies domini.Item in Euangelio κατὰ Lucam: Quid enim prodest homini lucrifacere totum mundum, se autem ipsum perdere?& iterũ:Dixit autem illi deus:Stulte hac nocte expostulatur anima tua,quæ ergo parasti cuius erũt?& iterum:Commemorare,quoniã percepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc uero hic rogatur, tu autem doles.Item in Actibus apostolorum:Dixit autem Petrus ad eũ. Argentum quidem & aurum nõ est mihi,quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu CHRISTI Nazareni surge & ambula.Et apprehensa manu eius dextera excitauit eum.Item ad Timotheum in prima:Nihil intulimus in hunc mundum,uerum nec auferre quid possumus. Habentes itaq; habitionem, & tegumentum, his cõtenti simus. Qui autem diuites uolunt fieri incidunt in tentationem,& in muscipulã,& desyderia multa & nocentia quæ mergunt hominem in perditionem,& in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas,quam quidem appetentes naufragauerũt à fide & inseruerunt se doloribus multis. Eccl. 14. Prouer. 11. Esa. 5. Soph. 1. Luc. 9. Ibidem.12. Ibidem.16. Actuũ. 3. 1. Timoth. 6.

LXII.

Matrimonium cum gentilibus non iungendum:apud Tobiam:Vxorem accipe ex semine parentum tuorum, & noli sumere uxorem alienam quæ non est ex tribu parentum tuorum. Item in Genesi:Mittit puerũ suũ Abrahã,ut de semine suo accipiat Rebeccam filio eius Isaac.Itẽ in Esdra. Tob. 6. Gen. 24.

1. Esdræ. 10. Satis non fit deo cum uastarentur Iudæi, nisi alienigenas uxores cum filijs quoq; qs ex illis procreauerant reliquissent. Itē in epistola Pauli ad Corin
1. Corin. 7. thios prima: Mulier uincta est q̄ diu uiuit uir eius: si autem dormierit libe/rata est, ut cui uult nubat, tantum in domino: felicior autem erit si sic per/
Ibidem. 6. manserit. Item de hoc ipso ad Corinthios prima: Nescitis quia corpora ue/stra mēbra CHRISTI sunt? Auferens mēbra CHRISTI, faciens membra fornicare? absit. Aut nescitis quia qui conglutinātur fornicariæ, unū corpus
2. Corin. 6. sunt? Erūt enim duo in carne una. Qui autē se cōiunxerit domino unus spi/ritus est. Itē ad Corinthios secūda: Nolite cōiungi cū infidelibus. Quæ aūt
5. Reg. 11. participatio est iustitiæ & iniquitati? Aut quæ cōmunio est lumini ad tene/bras? Item in Salomonem βασιλήων. 3. Et auerterunt uxores alienigenæ cor eius post deos suos. LXIII.

1. Corin. 6. Grauius delictū esse fornicationis. Itē ad Corinthios 1. Omne delictū quodcūq; fecerit homo extra corpus est. Qui aūt fornicat in carne sua pec/cat. Nō estis uestri: empti em̄ estis precio magno. Clarificate & portate do/minum in corpore uestro. LXIIII.

Quæ sint carnalia quæ mortem pariant, & quæ spiritualia, quæ ad uitā
Gal. 5. ducāt. In epistola Pauli ad Galatas: Caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spi/ritus aduersus carnē. Hæc em̄ inuicē aduersantur sibi, ut nō quæ uultis ipsa faciatis. Manifesta sunt aūt facta carnis: quæ sunt? fornicationes, adulte/ria, immūdiciæ, spurcitiæ, idololatriæ, ueneficia, homicidia, inimicitiæ, contē/tiones, æmulationes, animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, cōmessationes, & his similia: quia qui talia agūt regnū dei nō possidebūt. Fructus aūt spiritus est gaudiū, charitas, pax, ma/gnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, cōtinentia, castitas. Qui enim sunt CHRISTI carnem suam crucifixerunt cum uitijs & cōcupiscentijs. LXV.

1. Corin. 6. Omnia delicta in baptismo deponi. In epistola Pauli ad Corinthios 1. Neq; fornicarij, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri, neq; molles, neq; mascu/lorū appetitores, neq; fraudulēti, neq; fures, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; raptores regnū dei cōsequētur. Et hæc quidē fuistis, sed abluti estis, sed san/ctificati estis, in noīe dn̄i nostri Iesu CHRISTI, & in spū dei nostri. LXVI.

Disciplinā dei & in Ecclesiasticis præceptis obseruandā: apud Hieremiā,
Hiere. 3. Et dabo uobis pastores secundū cor meū, & pascent uos, pascētes cum disci/
Prouer. 3. plina. Item apud Salomonē in Parœmijs: Fili ne neglexeris disciplinā dei, neq; defeceris ab eo correptus. Quem enim diligit dn̄s corripit. Item in Psal/mo 2. Cōtinete disciplinam ne forte irascatur dn̄s, & pereatis à uia recta. Cū exarserit cito ira eius super uos: beati omnes qui confidunt in eo. Itē in Psal/mo 49. Peccatori aūt dicit deus. Ad qd appones iustificationes meas & as/sumes testamentū meū per os tuū: tu autē odisti disciplinā, & abiecisti ser/
Sapien. 3. mones meos post te? Itē in Sap̄. Salomonis: Disciplinā qui abijcit infelix ē.

Prædictū,

Prædictum,quod disciplinam sanam aspernaturi essent:Pau/ LXVII.
lus ad Timotheum 2.Erit tempus quando sanam doctrinam non sustine/ 2. Timoth. 4.
bunt,sed secundum sua desyderia coarceruabunt sibi magistros prurientes,
in audiendo scalpentes aures.Et à ueritate quidem auditum auertent,ad fa
bulas autem conuertentur. LXVIII.

Recedendũ ab eo qui inordinate,& cõtra disciplinam uiuit. In epistola
Pauli ad Thessalonicenses.Præcipimus autẽ uobis in noie Iesu CHRISTI, 2. Thess. 3.
ut discedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate,& non secun
dum traditionẽ quã acceperũt à nobis.Itẽ in Psalmo 49. Si uidebas furem
simul currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas. LXIX.

Non in sapiẽtia mũdi, nec eloquẽtia esse regnum dei, sed in fide crucis,
& in uirtute cõuersatiõis.In epistola Pauli ad Corinth.2. Misit me CHRI- 2.Corin.1.
STVS annunciare nõ in sermonis sapientia,ne inanis fiat crux CHRISTI.
Verbum eñ crucis stultitia est his qui pereunt,his aũt qui saluantur, uirtus
dei est.Scriptum est enim:Perdam sapientiã sapientiũ,& prudentiã prudẽ/
tium reprobabo. Vbi sapiens,ubi scriba:ubi cõquisitor seculi huius,nõne in
fatuauit deus sapientiã huius mundi? Quoniamquidẽ in sapientia, nõ co/
gnouit mundus per sapientiã deũ.Cõplacuit deo per stultitiam prædicatio
nis saluare credẽtes.Quoniã Iudæi signa desyderant,& Græci prudentiam
quærũt.Nos aũt prædicamus CHRISTVM crucifixũ,Iudæis quidẽ scan/
dalum,gentibus autẽ stultitiã. Ipsis autẽ uocatis Iudæis & Græcis CHRI/
STVM dei uirtutẽ,& dei sapientiã.& iterũ:Nemo se decipiat. Si quis putat 1. Corin.3.
se sapientẽ esse in uobis,seculo huic stultus fiat,ut fiat sapiẽs.Sapiẽtia enim
huius mundi stultitia est apud deum.Scriptum est enim:Reprehendes sa/
pientes in astutia ipsorũ.& iterum: dominus cognouit cogitationes sapien Iob. 5.
tium,quia sunt stultæ. LXX.

Parentibus obsequendũ.In epistola Pauli ad Ephesios.Filij obsequentes Eph. 6.
estote parentibus uestris,hoc enim est iustum.Honora patrẽ tuũ, & matrẽ
tuã,quod est mandatũ primũ in promissione, ut bene sit tibi, & longæuus
sis super terram. LXXI.

Patres quoq; asperos circa filios esse nõ oportere.Et parẽtes nolite in ira/
cũdiã mittere filios uestros,sed nutrite eos in disciplina,& in correptiõe dñi.

Seruos cũ crediderint,plus dominis carnalibus seruire debe/ LXXII.
re.In epistola Pauli ad Ephesios:Serui obedite dominis uestris carnalibus
cũ metu & tremore, & in simplicitate cordis uestri sicut CHRISTO,non ad
oculũ seruiẽtes,quasi hominibus placẽtes,sed q̃si serui CHRISTI. LXXIII.

Itẽ dominos mitiores esse debere.Et uos eadẽ domini facite ad eos laxã/
tes iracundiã,scientes quia & uestrũ ipsorum dominus est in cœlis,& exce/
ptio personarum non est in illo. LXXIIII.

Viduas probatas quasq; honorandas.In epistola Pauli ad Timotheũ 1. 1. Timoth. 5.
Viduas honora,quæ uere uiduæ sunt.Quæ aũt delicata est,uiuens mortua
est.& iterũ:Iuniores autem uiduas præteri.Cum enim indelicatæ fuerint in

CHRISTO, nubere uolũt. Habẽtes iudiciũ qm̃ primã fidẽ exprobrauerũt.

Suorũ & maxime fideliũ curã plus unũquẽq; habere debere. LXXV.

1. Timoth. 5. Itẽ ad Timotheũ 1. Si qs aũt suorũ, & maxime domesticorũ nõ agit curã, fi

Esa. 58. dẽ denegat & est deterior infideli. De hoc ipso apud Esaiam: Si uideris nu-

dũ uesti, & domesticos seminis tui ne despicias. De qb9 domesticis in euãge-

Matth. 10. lio dictũ é: Si patrẽ familiæ dixerũt beelzebub, q̃nto magis domesticos ei9?

Maiorẽ natu nõ temere accusandũ: ad Timotheum prima: LXXVI.

1. Timoth. 5. Aduersum maiorem natu accusationẽ ne receperis. LXXVII.

Peccantem publice obiurgandum. In epistola Pauli ad Timotheum pri-

ma: Peccantes corã omnibus corripe, ut & cæteri metũ habeãt. LXXVIII.

Titũ. 3. Cũ hæreticis nõ loquẽdũ: ad Titũ: Hæreticũ hominẽ post unã correptio-

nẽ deuita, sciẽs q̃niam peruersus est huiusmodi & peccat, & est à semetipso

1. Ioan. 2. dãnatus. De hoc ipso in epla Ioãnis: Ex nobis exierunt sed non fuerunt ex

nobis: si enim fuissent ex nobis, nobiscum utiq; mansissent. Item ad Timo-

2. Timoth. 2. theum secunda: Sermo eorum ut cancer serpit. LXXIX.

1. Ioan. 3. Innocentiam fidenter petere & impetrare: In epla Ioannis: Si cor nostrũ

nõ nos reprehẽdit, fiduciã habemus ad deũ, & q̃dcunq; petierimus accipie-

Matth. 5. mus ab eo. Itẽ in euãgelio κατὰ Matthæũ: Beati mundo corde, qm̃ ipsi deum

uidebunt. In Psal. 23. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in

loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. LXXX.

Nihil licere diabolo in hominẽ nisi deus pmiserit: In euãgelio κατὰ Ioannẽ:

Ioan. 19. Dixit Iesus: Nullã haberes potestatẽ aduersum me, nisi data esset tibi desu-

3. Reg 5. per. Itẽ in βασιλέων 3. Et excitauit deus satanã ipsi Salomoni. Itẽ in Iob prius

Iob. 2. de9 pmisit, & tũc diabolo licuit. Et in euãgelio ante pmisit dns dicẽdo Iudæ:

Ioan. 13. Q̃d facis fac celerius. Itẽ apud Salomo. i Parœmijs: Cor regis in manu dei.

Prouer. 21.

Leui. 19. Mercedẽ mercenario cito reddendã: In Leuitico: Nõ dormiet LXXXI.

merces mercenarij tui apud te usq; in mane. LXXXII.

Deut. 18. Itẽ nõ augurijdũ: In Deutero. Non auguremini. LXXXIII.

Itẽ cirrũ i capite nõ hñdũ: nõ facietis cirrũ ex coma capitis uestri. LXXXIIII

Leui. 19. Item nõ uellendum. Non corrumpetis effigiem barbæ uestræ. LXXXV.

Ibidem. Surgendũ cũ episcopus aut presbyter ueniat: In Leuitico: A facie senio-

ris exurges, & honorabis personam presbyteri. LXXXVI.

Schisma nõ faciendum, etiam sũma fide & in eadẽ traditione permaneat

Eccl'iastes. 10. q recedit: apud Salomonẽ in Ecclesiaste: Scindens ligna periclitabit in eis

Exod. 12. si exciderit ferrũ. Itẽ in Exodo: In domo una cõmedet, nõ ejscietis de domo

carnẽ foras. Itẽ in Psalmo 132. Ecce q̃p bonũ & q̃p iocundũ habitare fratres in

Matth. 12. unũ. In euangelio κατὰ Matthæũ: Qui non est mecũ aduersum me est. Et q

1. Corin. 1. mecũ non colligit, spargit. Item in epistola Pauli ad Corinthios. 1. Obsecro

aũt uos fratres p̃r nomẽ dñi nostri iesu CHRISTI, ut idipsum dicatis oẽs,

& nõ sint in uobis schismata. Sitis aũt cõpositi in eodem sensu, & in eadẽ sen-

tẽtia. Itẽ in Psal. 67. Dns q inhabitare facit unanimes in domo. LXXXVII.

Matth. 10. Fideles simplices cũ prudentia esse debere: κατὰ Matthæũ: Est ote pruden-

tes sicut

tes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ.& iterũ: Vos eſtis ſal terræ. Si aũt ſal infatuatũ fuerit,in quo ſalietur? ad nihil ualet,niſi ut proiiciatur foras & conculcetur ab hominibus. LXXXVIII.

Fratrem non circũueniendum: In epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes: Nõ circũuenire in negotio fratrẽ ſuũ,quia ultor eſt deus de his oibꝰ. LXXXIX. 1. Theſſal. 4.

Subito uenire finẽ mundi,inquit Apoſtolus: Dies dñi,ſicut fur in nocte, ita adueniet. Cũ dixerint pax & firmitas,tũc illis repentinus adueniet interitus. Item in Actibus apoſtolorum: Nemo poteſt cognoſcere tempus aut tempora,quæ pater poſuit in ſua poteſtate. XC. 1. Theſſ. 5. Actuũ. 1.

Vxorẽ à uiro non recedere,aut ſi receſſerit innuptã manere: ad Corinthios: His autem quæ nupſerunt præcipio,non ego ſed dominus,uxorem à uiro non ſeparari: ſi autem receſſerit,manere innuptam, aut reconciliari uiro, & uirum uxorem non dimittere. XCI. 1. Corin. 7.

Tantũ unũquẽq; tentari,quantũ poteſt ſuſtinere: ad Corinthios 1. Tentatio uos non occupauit,niſi humana. Fidelis autem deus qui non patietur uos tentari ſuper quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam euadendi facultatem, ut poſſitis tolerare. XCII. Ibidem. 10.

Item non quicquid licet eſſe faciendum. Item illic: Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Omnia licent,ſed non omnia ædificant. XCIII. Ibidem. 6.

Item prædictum quod hæreſes futuræ eſſent: In epiſtola Pauli ad Corinthios 1. Oportet & hæreſes eſſe,ut ꝓbati manifeſtati ſint in uobis. XCIIII. Ibidem. 11.

Cũ timore & honore euchariſtiã accipiẽdã. In Leuitico: Anima aũt quæ cũq; mãducauerit ex carne ſacrificij ſalutaris,quod eſt dñi,& immũditia eiꝰ ſup ipſum eſt,peribit anima illa de populo ſuo. Itẽ in epla ad Corinthios 1. Quicũq; ederit panem,aut biberit calicẽ domini indigne reus erit corporis & ſanguinis domini. XCV. Leui. 7. 1. Corin. 11.

Bonis cõuiuendũ,malos aũt uitãdos: apud Salomonẽ in Parœmijs: Ne adduxeris impiũ in habitaculũ iuſtorũ. Itẽ apud eundẽ in Eccliaſtico: Viri iuſti ſint tibi cõuiuæ.& iterũ: Amicus fidelis medicamẽtũ uitæ,& imortalitatis. Itẽ illic: Lõge abeſto ab homine poteſtatẽ habẽte occidẽdi,& nõ ſuſpicaberis timorẽ. Itẽ illic: Btũs q inuenit uerũ amicũ,& q enarrat iuſtitiã audiẽti. itẽ illic: Sepi aures tuas ſpinis,& noli audire linguã nequã. itẽ in Pſal. 17. Cũ iuſto iuſtificaberis,& cũ uiro innocente innocẽs eris,& cũ puerſo peruerſus eris. itẽ in epla Pauli ad Corint. 1. Corrumpũt ingenia bona cõfabulationes peſſimæ. XCVI. Prouer. 3. Eccl. 9. Ibidẽ. 6. Ibidem. 9. Ibidẽ. 25. Ibidẽ. 28. 1. Corin. 15.

Factis nõ uerbis operandũ: apud Salo. in Eccleſiaſtico: Noli citatus eſſe in lingua tua,& inutilis & remiſſus in opibus tuis. itẽ in epla Pauli ad Corinthios 1. Nõ in ſermone eſt regnũ dei,ſed in uirtute. itẽ ad Romanos: Nõ auditores legis iuſti ſũt apud deum,ſed factores legis iuſtificabunt. itẽ in euãgelio κατὰ Matthæũ: Qui fecerit & ſic docuerit, maximus uocabit in regno cœlorũ. itẽ illic κατὰ Matthæũ: Omis q audit uerba mea & facit ea,ſimilabo eũ uiro ſapiẽti,q ædificauit domum ſuã ſuper petram. Deſcendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt uenti, & Eccl. 4. 1. Corin. 4. Ro. 2. Matth. 5. Matth. 7.

impegerunt in domũ illã,& nõ cecidit:fundata fuit ſup petrã.Et omnis qui audit uerba mea,& nõ facit ea,ſimilabo eũ uiro inſipienti,qui ædificauit domũ ſuã ſuper harenã.Deſcendit pluuia,aduenerunt flumina,flauerunt uenti,& impegerũt in domũ illã,& cecidit,& facta eſt ruina eius magna. XCVII.

Et ad fidẽ,& ad cõſecutionẽ ꝓperandũ,apud Salom.in Eccleſiaſtico: Ne tardes cõuerti ad deũ, & ne differas de die in diẽ.Subito eñ uenit ira illius. XCVIII.

Catechumenũ peccare nõ debere.In epla Pauli ad Romanos: Faciamus mala dum ueniunt bona.quorũ condemnatio iuſta eſt. XCIX.

Iudiciũ ſecundũ tempora futurũ uel æquitatis ante legem,uel legis poſt Moyſen:Paulus ad Romanos:Quod quidẽ ſine lege peccauerũt, ſine lege & peribũt.Et qđ quidẽ in lege peccauerũt,ꝑ legẽ & iudicabuntur. C.

Gratiã dei gratuitã eſſe debere,in Actibus apoſtolorũ:Pecunia tua tecũ eſt in ꝓditione,quia exiſtimaſti gratiã dei per pecuniã poſſideri.Itẽ in euãgelio:Gratis accepiſtis,gratis date.itẽ in euãgelio:Domũ patris mei,domũ facitis negociationis.Itẽ apud Eſaiã:Qui ſititis.ite ad aquã,& quotquot nõ habetis pecuniã,eũtes emite,& edite ſine pecunia.Itẽ in Apocal.Ego α & ω, initiũ & finis.Ego ſitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, poſſidebit ea,& eorũ hæreditatẽ,& ero eius dñs,& ille erit mihi filius. CI.

Spiritũ ſanctũ in igne frequẽter apparuiſſe.In Exodo:Et mons Syna fumabat totus,quoniã deſcẽderat deus in eũ in igne.Item in Actibus apoſtolorũ:Et factus eſt ſubito de cœlo ſonus quaſi ferretur flatus uehemens, & impleuit totũ locũ illũ in q̃ erãt ſedentes.Et uiſæ ſunt illis linguæ diuiſæ,q̃ſi ignis, q & inſedit unũquẽq; illorũ & impleti ſũt oẽs ſpũ ſancto.Itẽ in ſacrificijs quæcũq; accepto habebat deus deſcẽdebat ignis de cœlo, qui ſacrificata cõſumeret. Itẽ in Exo.In flãma ignis apparuit angelus dñi de rubo. CII.

Correptiões q̃q; bonas libẽter audire debere:apud Salomonẽ in Parœmijs,q corripit impiũ odiet ab eo. Corripe ſapiẽtem & diliget te. CIII.

A multiloquentia temperandũ.Ex multiloquentia non effugies peccatũ parcens autem labijs ſenſatus eris. CIIII.

Nõ mentiendũ.Abominatio eſt domino labia mendacia. CV.

Frequẽter emẽdãdos q delinquũt in domeſtico miniſterio.In Prouer.Salo. Qui parcit baculo odit filiũ ſuũ.& iterũ:Ne deſtiteris puuiũ emẽdãdo.

Iniuria accepta patiẽtiã tenẽdã,& ultionẽ deo relinquẽdã:Ne dixe CVI. ris ulciſcar me de inimico meo, ſed ſuſtine dñm ut tibi auxilio ſit.Itẽ illic:Mihi uindictam,ego retribuã.dicit dñs.Itẽ apud Sophoniã.Expecta me dicit dñs in die reſurrectiõis meæ in teſtimoniũ,q̃niã iudiciũ meũ ad cõgregationẽ gentiũ,ut excipiam reges,& effundam ſuper eos iram meam. CVII.

Nõ detrahendũ apud Salom.in Parœmijs: Noli diligere detrahere ne eradiceris.itẽ in Pſal.49. Sedẽs aduerſus fratrẽ tuũ detrahebas,& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Item in epiſtola Pauli ad Coloſſ. De nullo male loqui nec litigioſos eſſe. CVIII.

Non eſſe proximo inſidiandũ:apud Salomonẽ in Parœmijs: Qui fodit

foueam proximo suo,incidet in eam ipse. CIX.

Infirmos uisitandos:apud Salomonē in Ecclesiastico:Ne pigriteris uisita te infirmū.Ex his em̄ in dilectione firmaberis.Item in Euangelio:Infirmus fui & uisitastis me,in carcere fui & uenistis ad me. CX. Ecci.7. Matth.25.

Susurrones maledictos esse.In Ecclesiastico:Susurro & bilinguis maledictus:multos enim turbabit pacem habentes. CXI. Ecci.28.

Sacrificia malorū accepta nō esse.In Ecclesiastico:Dona iniquorū nō probat altissimus. CXII. Ecci.34.

Grauius iudicari de his qui in seculo plus habuerūt potestatis. Iudicium durissimū in his qui præsunt fiet:Exiguo enim cōcedetur misericordia.Potē tes aūt potenter tormēta patientur.Item in Psalmo 2. Et nūc reges intelligite.emendamini,qui iudicatis terram. CXIII. Sapien.6.

Viduā & pupillos ꝓtegi oportere:apud Salomonē in Ecclesiastico:Esto pupillis misericors ut pater,& ꝓ uiro matri eorū,& eris uelut filius altissimi si obedieris.De hoc ipso in Exodo:Omnē uiduā & orphanū nō uexabitis. Si aūt uexaueris eos,& uociferātes exclamauerint ad me, audiā exclamationes eorū,& irascar animo in uobis,& perimā uos gladio,& erūt cōiuges uestræ uiduæ,& filij uestri orphani.Itē apud Esaiā:Iudicate pupillos & iustificate uiduā,& uenite disputem9:dicit dñs.Itē apud Iob:Cōseruaui egenū de manu potētis,& pupillo cui nō erat adiutor auxiliat9sum.Itē.Os uiduæ bñ dixit me.Itē in Psalmo 67.Patres orphanorū,& iudices uiduarū. CXIIII. Ecci.4. Exo.22. Esa.1. Iob.29.

Dū in carne est quis exhomologesin facere debere.In Psal.6. Apud inferos aūt quis cōfitebit̄ tibi?Itē in Psalmo 29.Nūquid exhomologesin faciet tibi puluis?Itē alibi exhomologesin faciendam:Malo pœnitētiā peccatoris magis q̄ꝫ mortem.Itē apud Hieremiā.Hæc dicit dominus:Nunquid qui cadit,nō surget,aut qui auertitur,non conuertetur? CXV. Ezech.33. Hiere.8.

Adulationē pernicioſam esse:apud Esaiā:Qui uos felices dicūt,in errorē uos mittūt,& semitā pedū uestrorū conturbant. CXVI. Esa.3.

Plus ab eo diligi deū,cui in baptismo plura peccata dimittū tur.In Euangelio κατὰ Lucam:Cui plus dimittitur,plus diligit, & cui minus dimittitur, modicum diligit. CXVII. Lu.7.

Fortē congressionē esse aduersus diabolū,& ideo fortiter nos stare debere ut possimus uincere.In epistola Pauli ad Ephe.Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē,sed aduersus potestates & principes huius mūdi,& harū tenebrarū,ad spūalia nequitiæ in cœlestibus.Propter hoc induite arma dei,ut possitis resistere in die nequissimo,ut cū omnia perfeceritis induētes loricam iustitiæ,& calciati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus assumētes scutū fidei,in q̄ possitis oīa ignea iacula neqssimi extinguere,& galeā salutis assumere,& gladiū spūs q ē uerbū dei. CXVIII. Eph.6.

Itē de Antichristo quod in homine ueniat:apud Esaiā:Hic homo qui cōcitat terrā,& cōmouet reges,qui ponit orbē terræ totū desertū. CXIX.

Graue

Graue fuisse iugum legis, quod à nobis abiectũ est, & leue esse iugũ dñi quod à nobis susceptũ est. In Psalmo.2. Ad quid tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cõgregati sunt in unũ aduersus dñm & aduersus CHRISTVM eius. Dirũpamus uincula eorum, & proiiciamus à nobis iugũ eorũ. Item in Euangelio κατὰ Matthæum: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego uos requiescere faciam. Tollite iugum meum super uos, & discite quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum bonum est, & onus meum leue est. Item in Actibus apostolorum: Visum est sancto spiritui & nobis nullam imponere sarcinam, quàm istam quæ ex necessitate est, abstinere uos ab idololatriis, & sanguinis effusione & fornicatiõe. Et quæcũq; uobis fieri nõ uultis, aliis ne feceritis. CXX. Orationibus insistendum: in epistola Pauli ad Colossenses: Instate orationi, uigilantes in ea. in Psalmo primo: Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Matth. 11.

Actũ. 15.

Tob. 4.

Colos. 4.

AD QVIRINVM LIBRI TERTII FINIS.

AD IVBAIANVM DE HAERETICIS BAPTIZANDIS.

CYPRIANVS IVBAIANO FRATRI SALVTEM.

Scripsisti mihi frater, significans desyderare te motum animæ nostræ, quid nobis uideatur de hæreticorũ baptismo, qui foris positi & extra ecclesiam constituti uindicant sibi rẽ nec iuris sui nec potestatis. Quod nos nec ratum possumus, nec legitimum iudicare, quando hoc apud eos esse cõstet illicitum. Et quoniam super hac re quid sentiremus literis nostris expressimus, ut compendium facerem, exemplum earundem literarum tibi misi, quid in concilio cum complures adessemus decreuimus, qd deinde post ad quendam collegam nostrum de eadem re requirentem rescripserim. Et nunc quoq; cum in unum conueniissemus tam prouinciæ Africæ quàm Numidiæ episcopi numero unus & septuaginta, hoc idem denuo sententia nostra firmauimus, statuentes unum baptisma esse, quod sit in ecclesia catholica constitutum, ac per hoc non rebaptizari à nobis, sed baptizari. Quicunq; ergo ab adultera & prophana aqua ueniunt abluendi sunt, & sanctificandi salutaris aquæ ueritate. Nec nos mouet frater q̃d in literis tuis complexus es, Nouationos rebaptizare eos quos à nobis solicitant, quando ad nos omnino nõ pertineat quid hostes ecclesiæ faciunt, dũmodo teneamus ipsi potestatis nostræ honorem & rationis ac ueritatis firmitatem.

Nam

Nam Nouatianus ſimiarum more, quæ cum homines non ſint, homines imitantur, uult eccleſiæ catholicæ autoritatem uindicare, quãdo ipſe in eccleſia non ſit. Imò adhuc inſuper contra eccleſiam rebellis extiterit. Sciens em̃ unũ eſſe baptiſma, hoc unũ ſibi uindicat, ut apud ſe eſſe eccleſiã dicat, & nos hæreticos faciat. Nos aũt q eccleſiæ unius caput & radicẽ tenemus, p cer to ſcimus & fidimus nihil illic extra eccleſiã licere, & baptiſmatis q̃d eſt unũ caput nos eſſe, ubi & ipſe baptiſatus prius fuerat, quãdo diuinæ unitatis & rationem & ueritatem tenebat. Quod ſi in eccleſia baptiſatos rebaptizandos foris extra eccleſiã Nouatianus exiſtimat, à ſe incipere debuerat, ut prior extraneo & hæretico baptiſmo rebaptizaretur, qui poſt eccleſiam, immo contra eccleſiam baptizandos foris opinat. Quale eſt autem quia hoc Nouatianus facere audet, ut nos putemus non eſſe faciendũ? Ergo quia & honorem cathedræ ſacerdotalis Nouatianus uſurpat, nunquid idcirco nos cathedræ renunciare debemus? Aut quia Nouatianus altare collocare, & ſacrificia offerre contra fas nititur, ab altari & ſacrificijs ceſſare nos oportet, ne paria & ſimilia cũ illo celebrare uideamur? Vanũ prorſus & ſtultũ, ut quia Nouatianus extra eccleſiam uindicat ſibi ueritatis imaginem, relinquamus eccleſiæ ueritatem. Apud nos autem non noua aut repentina res eſt, ut baptizandos cenſeamus eos qui ab hæreticis ad eccleſiam perueniunt, cũ multi iam anni ſint, & longa ætas ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ uiro conuenientes in unum, epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt, atq; exinde in hodiernum tot milia hæreticorum in prouincijs noſtris ad eccleſiam conuerſi, non aſpernati ſint, neq; cunctati, imò rationabiliter complexi ſint, ut lauacri uitalis, & ſalutaris baptiſmi gratiam cõſequerentur. Neq; enim difficile eſt doctori uera & legitima inſinuare eis qui hæretica prauitate damnata, & eccleſiaſtica ueritate comperta ad hoc ueniunt ut diſcant, ad hoc diſcunt, ut uiuant. Nos non debemus ſtuporem hæreticis patrocinij & conſenſus noſtri & libenter & prompte obtemperant ueritate. Planè quoniam inueni in epiſtola cuius exemplum ad me tranſmiſiſti ſcriptum eſſe, quod quærendum non ſit quis baptizauerit, quando is qui baptizatus ſit accipere remiſſam peccatorum potuerit ſecundum quæ credidit, prætereũdum locum nõ putaui, maxime cum in eadem epiſtola animaduerterim etiam Martiani fieri mentionem, ut nec ab ipſo uenientes dicat baptizari oportere, quod iã in nomine Ieſu CHRISTI baptizati eſſe uideantur. Conſyderare itaq; debemus fidem eorum, qui foris credunt, an ſecundum eandem fidem poſſit aliquid gratiæ conſequi. Nam ſi fides eſt una nobis & hæreticis, eſſe poteſt & gratia una. Si eundẽ patrem, eundẽ filiũ, eundem ſpiritũ ſanctũ, eandẽ eccleſiã confitentur nobiſcũ Patripaſſiani, Appellanionitæ, Marcionitæ, & cæteræ hæreticorũ peſtes & gladijs ac uenenis ſubuertẽtes ueritatẽ, põt illic & baptiſma unũ eſſe, ſi eſt & fides una. Ac ne longũ ſit p hæreticos uniuerſos

Locus depra-uatus.

decurrere

decurrere,& singulorum uel ineptias uel insanias recensere,quia nec delecta
tio est dicere,q̃d aut ostẽdere pudet aut nosse,de Marcione interim solo cu
ius mentio in epistola à te ad nos missa facta est, examinemus an possit
baptismatis eius ratio constare. Dominus enim post resurrectionem disci
pulos suos mittens,quemadmodum baptizare deberent instituit & docuit
Matth.28. dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, Ite ergo docete oẽs
gentes baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Insinuat
trinitatem cuius sacramento gentes baptizarentur. Nunquid hanc trinita
tem Marcion tenet? Nunquid eundem asserit quem & nos deum patrem
creatorem? Nunquid eundem unum filiũ CHRISTVM de Maria uir
gine natũ,qui sermo caro factus est,qui peccata nostra portauerit? qui mor
tem moriendo uicerit? qui resurrectionem per semetipsum initiauerit, & di
scipulis suis in eadem carne resurrectionem ostẽderit? Longe alia est apud
Marcionẽ sed & apud cæteros fides,immo nihil est apud illos nisi perfidia
& blasphemia,& contentio sanctitatis & ueritatis inimica. Quomodo er
go potest uideri apud illos baptizatos consecutos esse peccatorũ remissam,
& domini indulgentiam per suam fidem qui ipsius fidei non habuerint ue
ritatem? Si enim sicut quibusdam uidetur,secundum fidem suam quis acci
pere aliquid foris extra ecclesiam potuit: itaq; id accipere non potuit, quod
nec credidit,sed potius adultera & profana secundum quod credebat acce
pit. Quem locũ profani & adulteri baptismi,subtiliter Hieremias prophe
Hiere.15. ta perstringit dicens. Vt quid qui contristant me prævalent? Plaga mea so
lida est. Vnde sanabor? Facta est mihi quasi aqua mendax,nõ habẽs fidẽ.
Mentionem facit per prophetam spiritus sanctus aquæ mendacis, & perfi
diæ,utiq; eius quæ baptismi imaginem mentitur,& gratiam fidei adumbra
ta simulatione frustratur. Quod si secundum prauam fidẽ baptizari aliqs
foris & remissam peccatorum consequi potuit,secundum eandem fidem cõ
sequi & spiritum sanctũ potuit. Aut utrũq; enim fides foris potuit, aut neu
trum eorum qui foris fuerat accepit. Manifestum est autem ubi & per quos
remissa peccatorum dari possit,quæ in baptismo scilicet datur. Nam Petro
primum dominus super quẽ ædificauit ecclesiam & unde humanitatis ori
ginem instituit & ostendit,potestatem istam dedit,ut id solueretur in ter
ris,quod ille soluisset. Et post resurrectionem quoq; ad apostolos loquitur
Iodn.20. dicens: Sicut misit me pater,& ego mitto uos. Hoc cum dixisset, insprauit;
& ait illis: Accipite spiritum sanctum. Si cuius remiseritis peccata remittun
tur illi,si cuius tenueritis tenebuntur. Vnde intelligimus non nisi in eccleſia
præpositos & in Euangelica lege ac dominica ordinatione fundatos licere
baptizare,& remissam peccatorum dare,foris autem nec ligari aliquid nec
solui,ubi non sit,qui aut ligare possit aliquid aut soluere. Nec hoc frater si
ne scripturæ diuinæ autoritate proponimus,ut dicamus certa lege, ac pro
pria ordina

pria ordinatione cuncta esse disposita, nec posse quenquã contra episcopos & sacerdotes usurpare aliquid, quod non sit sui iuris ac potestatis. Nam & Chore & Dathan & Abiron contra Moysen & Aaron sacrificandi sibi licentiã uindicare conati sunt, nec tamen quod illicite ausi sunt impune fecerunt. Numer. 16.
Et filij Aaron qui alienum ignem altari imposuerunt, in conspectu domini indignãtis extincti sunt. Quod supplicium manet eos, qui alienã aquam baptismo ingerunt falsò, ut diuina censura ulciscatur, & uindicet id hæreticos contra ecclesiam gerere, quod nõ nisi soli liceat ecclesiæ. Leuit. 10.
Quod autem dicunt quidam de eis qui in Samaria baptizati fuerant, aduenientibus apostolis Petro & Ioanne, tantum super eos manum impositam esse, ut acciperent spiritum sanctum, rebaptizatos tamen eos non esse, locum istum frater ad præsentem causam uidemus omnino non pertinere. Act. 8.
Illi enim qui in Samaria crediderant, fide uera crediderãt, & intus in ecclesia quæ una est, & cui soli gratiam baptismi dare & peccata soluere permissum est, à Philippo diacono quem ijdem apostoli miserant baptizati erant. Et idcirco quoniam legitimum & ecclesiasticum baptismum consecuti fuerant, baptizari eos ultra non oportebat: sed tantummodo quod deerat, id à Petro & Ioanne factũ est, ut oratione pro eis habita, & manu imposita, inuocaretur & infunderetur super eos spiritus sanctus. Quod nunc quoq; apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, per præpositos ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico consummentur. Non est ergo frater quod hæreticis cedendum existimemus, ut baptisma quod non nisi ecclesiæ datum sit prodendũ putemus. Boni militis est, aduersus rebelles & hostes imperatoris sui castra defendere. Glorioſi ducis est sibi commissa signa seruare. Scriptum est: Dominus deus tuus, deus zelans est, qui spiritum dei accepimus, zelum diuinæ fidei habere debemus. Quo zelo Phinees placauit, & pro meritis indignãtis iram populo pereunte leniuit. Quid adulteram & alienigenam diuinæ unitatis inimicam in acceptum referimus, qui non nisi unum CHRISTVM & unicam ecclesiam nouimus? Ecclesia paradisi instar exprimens, arbores fructiferas intra muros suos intus inclusit, ex quibus qui non facit fructum bonum, excidetur & in ignẽ mittetur. Has arbores rigat quatuor fluminibus, id est, euangelijs quatuor, quibus baptismi gratiam salutari & cœlesti inundatione largitur. Nunquid de ecclesiæ fontibus rigari potest, qui intus in ecclesia nõ est? Nunquid paradisi potus salubres & salutares impartiri cuiq; potest, qui peruersus & à semetipso damnatus, & extra paradisi fontes relegatus aruit? & æternæ sitis siccitate defecit? Clamat dominus, ut qui sitit ueniat & bibat de fluminibus aquæ uiuæ, quæ eius uenis refluxerunt. Quò uẽturus est, qui sitit, utrum ne ad hæreticos, ubi fons & fluuius aquæ uitalis omnino non est? an ad ecclesiam quæ una est, & super unum qui claues eius Deut. 4. Nume. 25. Matth 3. Ioan. 7.

accepit uoce domini fũdata est? Hæc est una quæ tenet & possidet omnem sponsi sui gratiam, in hac præsidemus, pro honore eius atque unitate pugnamus, huius & gratiam pariter & gloriam fidei uirtute defendimus. Nos diuino permissu rigamus sitientem dei populum, nos custodimus terminos uitalium fontium. Si possessionis nostræ ius tenemus, si sacramentum unitatis agnoscimus, cur prævaricatores ueritatis, cur proditores unitatis existimamur? Aqua ecclesiæ fidelis & salutaris & sancta corrumpi aut adulterari non potest, sicut & ipsa ecclesia incorrupta, & casta, & pudica est. Et si ecclesiæ deuoti, & in ecclesia constituti sunt hæretici, possunt baptismo eius & cæteris salutaribus bonis uti: si autem in ecclesia non sunt, imò & contra ecclesiam faciunt, quomodo baptizare baptismo ecclesiæ possunt? Neq; enim parua res hæreticis & modica conceditur, quando à nobis baptisma eorum in acceptum refertur, cum inde incipiat omnis fidei origo, & ad spem uitæ æternæ salutaris ingressio, & purificandis ac uiuificandis dei seruis diuina dignatio. Nam si baptizare quis apud hæreticos potuit, utique & remissam peccatorum consequi potuit. Si peccatorum remissam consecutus est, si sanctificatus est, si templum dei factus est, quæro cuius dei? si creatoris, non potuit, quia in eum non credidit: si CHRISTI, nec eius fieri potuit templum, qui negat dominum CHRISTVM: si spiritus sancti, quomodo placatus ei esse potuit, qui aut patris, aut filij inimicus est? Proinde frustra quidam, qui ratione uincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit ueritate, aut non fuerit in spiritalibus sequendum, si melius fuerit à sancto spiritu reuelatum. Ignosci enim potuit simpliciter erranti, sicut de seipso dicit apostolus Paulus: Qui primo, inquit, fui blasphemus, & persecutor, & iniurioſus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem uero & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseuerat, prudens & sciens sine uenia ignorantiæ peccat. præsumptione enim atque obstinatione superatur. Nec quisquam dicat quod accepimus ab apostolis, qui non nisi unam ecclesiam tradiderunt, & baptisma unum, quod non nisi in ecclesia sit constitutum, & neminem inueniamus ab apostolis, cum apud hæreticos baptizatus esset, in eodem baptismo admissum esse, & communicasse, ut uideantur apostoli baptisma hæreticorum probasse. Quod enim quidam dicunt, quasi ad hæreticorum suffragium pertineat, quod dixerat apostolus Paulus: Veruntamen omnimodo, siue per occasionem, siue per ueritatẽ CHRISTVS annuncietur: inuenimus hoc quoque ad eorum patrocinium qui hæreticis suffragantur & plaudunt, nihil posse proficere. Neque enim de hæreticis aut eorum baptismo loquebatur in epistola sua Paulus, ut aliquid quod ad hanc rem pertineat posuisse ostendatur. Loquebatur de fratribus siue inordinate & contra ecclesiasticam disciplinam ambulantibus, siue euangelicam ueritatem de dei timore

1. Timo. 1.

Philipp. 1.

timore seruantibus. Et quosdam ex eis posuit uerbum dei constanter atque intrepide locutos, quosdam uero in inuidia & dissensione uerbi uersatos, quosdam seruare circa se beniuolam charitatem, alios uero habuisse beniuolam dissensionem, tamen patienter omnia se sustinere, dummodo siue in ueritate, siue per occasionem nomen CHRISTI quod Paulus prædicabat, ad plurimorum noticiam perueniret, & noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentium prædicatione crebresceret. Porrò aliud est eos qui intus in ecclesia sunt de nomine CHRISTI loqui: aliud eos qui foris sunt, & contra ecclesiam faciunt, in nomine CHRISTI baptizare. Quare qui hæreticis patrocinantur, non id proferant quod Paulus de fratribus posuit, sed ostendant si hæretico aliquid concedendum putauit, aut si fidem & baptisma eorum probauit, aut si perfidos & blasphemos remissionem peccatorum accipere extra ecclesiam posse cõstituit. Si autem quid apostoli de hæreticis senserint consyderemus, inueniemus eos in omnibus epistolis suis execrari & detestari hæreticorum sacrilegam prauitatem. Nam cum dicant, sermones eorum ut cancer serpere, quomodo potest is sermo dare remissam peccatorum, qui ut cancer serpit ad aures audientium? Et cum dicant nullam participationem esse iusticiæ & iniquitati, nullam communionem lumini & tenebris, quomodo possunt aut tenebræ illuminare, aut iniquitas iustificare? Et cum dicant de deo eos non esse, sed esse de antichristi spiritu, quomodo spiritalia & diuina tractant, qui sunt hostes dei, & quorum pectora obsederit spiritus antichristi? Quare si reiectis humanæ contentionis erroribus ad euangelicam autoritatem atque apostolicam traditionem syncera & religiosa fide reuertamur, intelligemus nihil eis ad gratiam ecclesiasticam & salutarem licere, qui spargentes atque impugnantes oues CHRISTI, à CHRISTO ipso aduersarij, & apostolis eius antichristi nominantur. Non est autem quod aliquis ad circunueniendam Christianam ueritatem CHRISTI nomen opponat, ut dicat, in nomine IESV CHRISTI ubicunque & quomodocunque baptizati, gratiam baptismi sunt consecuti, cum ipse CHRISTVS loquatur & dicat: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum: & iterum prænoneat & instruat, ne quis à pseudoprophetis, & pseudochristis in nomine suo facile fallatur. Multi, inquit, uenient in nomine meo dicẽtes, ego sum CHRISTVS, & multos fallent. & postea addidit dicens: Vos autem cauete, ecce prædixi uobis, unde apparet, non ea statim suscipienda & assumenda quæ iactantur in nomine CHRISTI, sed quæ geruntur in CHRISTI ueritate. Quod enim in euangelijs & apostolorum epistolis IESV CHRISTI nomen insinuatur ad remissionem peccatorum, non ita est quasi aut sine patre, aut contra patrem prodesse cuiquam solus filius possit, sed ut Iudæis qui iactabant se patrem habere, ostenderetur, quod nihil eis pater profuturus

2. Timo. 2.

Matth. 7.

Marc. 13.

turus esset, nisi in filium crederent quem ille misisset. Nam qui deum creatorem patrem sciebant, filium quoque CHRISTVM scire debebant, ne sibi blandirentur & plauderent de solo patre sine filij eius agnitione, qui & dicebat: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Duorum autem cognitionem esse Iodn.14. Ibid.17. in se quæ saluet, idem ipse manifestat dicens: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum & uerum deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Cū ergo & ipsius CHRISTI prædicatione & contestatione pater ante cognoscendus sit qui misit: tunc deinde CHRISTVS qui missus sit: nec possit esse spes salutis, nisi duobus simul cognitis, quomodo non cognito, immo & blasphemato deo patre, qui apud hæreticos CHRISTI nomine baptizati dicuntur, peccatorum remissam consecuti iudicantur? Alia enim fuit Iudæorum sub apostolis ratio, alia est gentilium conditio. Illi qui iā legis & Moysi antiquissimum baptisma fuerant adepti, in nomine quoq; IESV CHRISTI erant baptizandi, secundum quod in Actibus apostolorum Petrus loquitur & dicit: Pœnitemini, & baptizetur unusquisque uestrum in nomi- Actū.2. ne domini IESV CHRISTI in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est promissio & filijs uestris, & omnibus deinceps quoscunque aduocauerit dominus deus noster. IESV CHRISTI mentionem facit Petrus, non quasi pater omitteretur, sed ut patri quoq; filius adiungeretur. Deniq; ubi post resurrectionem domini, apostoli ad gētes mittuntur, in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizari gentiles iubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foris extra ecclesiam modo in nomine IESV CHRISTI ubicunq; & quomodocunq; gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, cum ipse CHRISTVS gentes baptizare iubeat in plena & adunata trinitate? nisi sequi CHRISTVM neget, negatus à CHRISTO qui patrem eius negat, quem ipse CHRISTVS confessus sit non negauit, & qui in eum blasphemat, quem CHRISTVS dominum & deum suum dixerit: remuneratus à CHRISTO remissionem peccatorum, & baptismi sanctificationem consequitur. Qui autem potestate consequi in baptismo remissionem peccatorum potest, negās deum creatorem patrem CHRISTI, quando ipsam potestatem qua baptizamur, & sanctificationem ab eodem patre CHRISTVS acceperit, quem maiorem dixerit, à quo clarificari petierit, cuius uoluntatem usque ad obsequium bibendi calicis, & subeundæ mortis impleuerit? Quid est igitur quàm participem hæreticis blasphemantibus fieri, defendere uelle & asserere, quod remissam peccatorum accipere in CHRISTI nomine possit, blasphemans grauiter & peccās in patrem & dominum deum CHRISTI? Quid deinde illud, quale est, cum qui filium negat, ne patrem habeat, ut qui negat patrem, filium habere Iodn. 6. uideatur, cum filius ipse contestetur & dicat: Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit illi datum à patre: uti manifestum sit, nullam remissionem peccato-

rum

tum in baptiſmo accipi à filio poſſe, quã conſtet patrẽ non dediſſe, maxime cum adhuc repetat & dicat: Omnis plantatio quã nõ plantauerit pater me- Matth. 15.
us cœleſtis, eradicabitur. Quod ſi Chriſtiani diſcere à CHRISTO nolunt, quantum uenerationis & honoris paterno nomini debeatur, uel de exemplis terrenis & ſecularibus diſcant, & ſciant CHRISTVM non ſine maxima exprobratione poſuiſſe, filij ſeculi huius prudentiores ſunt filijs lucis in ſeculo iſto. Si cuius patri aliquis conuicium fecerit, ſi contumelioſus & procax pudorem eius & honorem maledico ore lacerauerit, indignatur filius & iraſcitur, & læſi patris iniuriã quibuſlibet modis uindicare conatur. Tu CHRISTVM putas impijs & ſacrilegis, & in patrem ſuum blaſphemis impunitatem dare? & eis in baptiſmo peccata dimittere? Quod cum conderet baptizatus eadem adhuc in perſona patris maledicta congereret, & inceſſabili blaſphemantis linguæ ſcelere peccaret, hoc Chriſtianus, hoc dei ſeruus poteſt aut mente concipere, aut fide concipere, aut ſermone proferre, & ubi erunt legis præcepta diuinæ, quæ dicunt, honora patrem & matrem, niſi uo Exod. 20.
cabulum patris quod in homine honorari præcipitur, in deo impune uiolatur? Vbi erit quod ipſe CHRISTVS in euangelio ponit & dicit? Qui ma- Matth. 15.
ledixerit patri aut matri, morte moriatur: niſi is qui maledicentes parentibus carnalibus puniri & interfici mandat, in cœleſtem & ſpiritalem patrem maledicos, atque eccleſiæ matris inimicos ipſe uiuificat. Execranda ac deteſtanda res à quibuſdam aſſeritur, ut is qui blaſphemantem in ſpiritum ſanctum reum futurum peccati æterni comminetur, idem in patrem blaſphemos ſalutari baptiſmo ſanctificare dignetur. Et nunc qui talibus ad eccleſiam uenientibus ſine baptiſmo communicandum exiſtimant, non putant ſe alienis, immo æternis peccatis communicare, admittentes ſine baptiſmo eos qui non niſi in baptiſmo blaſphemiarum ſuarum peccata deponere poſſunt. Quàm uanum eſt porrò & peruerſum, ut cum ipſi hæretici, repudiato & relicto uel errore, uel ſcelere in quo prius fuerant, agnoſcant eccleſiæ ueritatem, nos eiuſdem ueritatis iura & ſacramentum mutilemus, & uenientibus & pœnitentibus dicamus eos remiſſionem peccatorum conſecutos eſſe, cum illi ſe peccaſſe, & propter hoc ad eccleſiæ indulgentiam uenire fateantur? Quare eccleſiæ catholicæ fidem ac ueritatem frater & tenere debemus firmiter & docere, & per omnia euangelica & apoſtolica præcepta rationem diuinæ diſpenſationis atque unitatis oſtendere. Nunquid poteſtuis baptiſmi maior eſſe, aut potior quàm confeſſio? ut qui coram hominibus CHRISTVM confiteatur, & ſanguine ſuo baptizetur: & tamen hoc baptiſma hæreticis non prodeſt, quamuis CHRISTVM confeſſi, & extra eccleſiam fuerint occiſi, niſi hæreticorum patroni & aduocati hæreticos in falſa confeſſione CHRISTI interfectos martyres prædicant, & contra apoſtolicam teſtationem, qui nihil eos quamuis exuſtos & occiſos dicit poſſe proficere

ficere gloriam eis & coronam passionis assignant. Quod si hæreticis nec baptisma publicæ confessionis & sanguinis proficere ad salutem potest, quia salus extra ecclesiam non est, quanto magis ei nihil proderit, si in latebra & in latronum spelunca adulteræ aquæ contagione tinctus, non tantum peccata antiqua non exposuerit, sed adhuc potius noua & maiora cumulauerit. Quare baptisma nobis & hæreticis non potest esse, cum quibus nec pater deus, nec CHRISTVS filius, & spiritus sanctus, nec fides ipsa in ecclesia communis est: & ideo baptizari eos oportet, qui de hæresi ad ecclesiam ueniunt, ut qui legitimo & uero atque unico sanctæ ecclesiæ baptismo ad regnum dei regeneratione diuina præparantur, sacramento utroque nascantur, quia scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum. Quo in loco quidam quasi euacuare possint humana argumentatione prædicationis euangelicæ ueritatem, catechumenos nobis opponunt, si quis ex eis antequam baptizetur in confessione nominis apprehensus fuerit & occisus, an spem salutis & præmium cõfessionis amittat, eo quod ex aqua prius non sit renatus. Sciant igitur eiusmodi homines suffragatores & fautores hæreticorum, catechumenos illos primo integram fidem & ecclesiæ ueritatem tenere, & ad debellandum diabolum de diuinis castris, cum plena & syncera dei patris & CHRISTI & spiritus sancti cognitione procedere, deinde nec priuari baptismatis sacramento, utpote qui baptizentur glorioſissimo & maximo sanguinis baptismo, de quo dominus dicebat habere se aliud baptisma baptizari, & passione sanctificatum consummari, & diuinæ pollicitationis gratiam consequi. Declarat hoc in euangelio idem dominus, quando ad latronem in ipsa passione credentem & confitentem locutus, quoad secum futurus sit in paradiso pollicetur. Quapropter qui fide & ueritate præsumimus, eos qui ad fidem & ueritatem ueniunt, & agentes pœnitentiam remitti sibi peccata deposcunt decipere non debemus & fallere, sed correptos à nobis, & reformatos ad regnum cœlorum disciplinis cœlestibus erudire. Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de his qui in præteritum de hæresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissi sunt? Potens est dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui simpliciter admissi, in ecclesia dormierunt, ab ecclesiæ suæ muneribus non separare. Non tamen quia aliquando erratum est ideo semper errandum est, cum magis sapientibus, & deum timentibus congruat, patefacta & perspecta ueritate libenter atq; incunctãter obsequi, cõp̃ pertinaciter atque obstinate contra fratres & consacerdotes pro hæreticis reluctari. Nec quisquam existimet hæreticos eo quod illis baptisma opponitur, quasi secundi baptismi uocabulo scandalizatos, ut ad ecclesiam ueniant retardatione moueri, cum hoc ipso magis ad necessitatem ueniendi testimonio ostensæ sibi & probatæ ueritatis adigantur. Nam si uiderint

Ioan. 3.

Luc. 11.

Ibid. 23.

rint iudicio & sententia nostra id decerni, & statui ut baptisma iustum & legitimum computetur quo illic baptizantur, putabunt ecclesiam se quoque, & cætera ecclesiæ munera iuste ac legitime possidere, nec erit causa uenienti ad nos, cum habentes baptisma habere uideantur & cætera. Porrò autem cum cognoscunt baptisma nullum foris esse nec remissam peccatorum extra ecclesiam dari posse, audacius ad nos & promptius properant, & munera & dona matris ecclesiæ implorant, certi peruenire se omnino nō posse ad ueram diuinæ gratiæ pollicitationem, nisi prius uenerint ad ecclesiæ unitatem. Nec recusabunt baptizari apud nos hæretici legitimo & uero ecclesiæ baptismo, cum ex nobis didicerint baptizatos quoque à Paulo eos qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, sicut legimus in Actibus apostolorum. Et nunc apud quosdam de nostris hæreticorum baptisma occupatum asseritur & inuidia quadam, quasi rebaptizandi baptizare post hostes dei nefas ducitur, cum baptizatos inueniamus quos Ioannes baptizauerat, ille Ioānes maior inter prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in utero matris impletus, ille Heliæ spiritu & uirtute subnixus, qui non aduersarius domini, sed præcursor prædicando fuit, qui dominum non tantum uerbis prænunciauit, sed & oculis ostēdit, qui ipsum CHRISTVM per quem baptizātur cæteri, baptizauit. Quod si idcirco hæreticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizauit, non possidentis erit iam baptisma, sed occupantis, & cum separari & diuidi omnino non possint baptisma & ecclesia, si præoccupare prior baptisma potuit, & ecclesiam pariter occupauit. Et inde cœpisti illi hæreticus uideri, quia præuentus posterior esse cœpisti, qui cedendo ac manus dando ius quod acceperas, reliquisti. Quàm periculosum autem sit in diuinis rebus ut quis cedat iure suo & potestate, scriptura sancta declarat in Genesi, quod Esau primatus suos inde perdiderit, nec recipere postmodum potuerit. Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus unusquisque episcoporum quod putauerit, faciat, habens arbitrij sui liberam facultatem. Nos quantum in nobis est propter hæreticos cum collegis & coëpiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam & dominicam pacem tenemus, maxime cum & Apostolus dicat: Si quis autem putatur contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Seruatur à nobis patienter & firmiter charitas animi, collegij honor, dilectionis uinculum, concordia sacerdotij. Propter hoc etiam nunc libellum de bono patientiæ, quantum ualuit nostra mediocritas, permittente domino & inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisimus.

Act. 19.

Gene. 25.

1. Cor. 11.

FINIS.

AD POMPEIVM CONTRA EPISTOLAM STEPHANI.

CYPRIANVS POMPEIO FRATRI SALVTEM.

QVANQAVM plene ea quæ de hæreticis baptizãdis dicẽda ſunt, complexi ſumus in epiſtolis quarũ ad te exempla tranſmiſimus frater chariſſime, tamen quia deſyderaſti in noticiam tuam perferri quæ mihi ad literas noſtras Stephanus frater noſter reſcripſerit, miſi tibi reſcripti eius exemplũ, quo lecto, magis ac magis eius errorem denotabis, qui hæreticorum cauſam cõtra Chriſtianos & contra eccleſiam dei aſſerere conatur. Nam inter cætera uel ſuperuacua, uel ad rem non pertinentia, uel ſibi ipſi contraria, quæ imperite atque improuide ſcripſit, etiam illud adiunxit ut diceret: Si quis ergo à quacunque hæreſi uenerit ad nos, nihil innouetur, niſi quod traditum eſt, ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipſi hæretici prope alterutrum ad ſe uenientes non baptizent, ſed communicent tantum. A quacunque hæreſi uenientem baptizari in eccleſia uetuit, id eſt, omnium hæreticorum baptiſmata iuſta eſſe, & legitima iudicauit. Et cum ſingulæ hæreſes ſingula baptiſmata habeant, hic cum omnium baptiſmo communicans uniuerſorum delicta in ſinum ſuum coaceruata congeſſit. Et præcipit nihil aliud innouari, niſi quod traditum eſt, quaſi is innouet, qui unitatem tenens, unum baptiſma uni eccleſiæ uindicat, & non ille utique qui unitatis oblitus mendacia & contagia prophana & motiones uſurpat. Nihil innouetur, inquit, niſi quod traditum eſt: unde eſt iſta traditio, utruḿ ne de dominica & euangelica autoritate deſcendens, an de apoſtolorum mandatis atque epiſtolis ueniens? Ea enim facienda eſſe quæ ſcripta ſunt, deus teſtatur, & proponit, ad Ieſum Naue dicens: Non recedet liber legis huius ex ore tuo, ſed meditaberis in eo die ac nocte, ut obſerues facere omnia quæ ſcripta ſunt. Item dominus apoſtolos ſuos mittens, mandat baptizari gentes & doceri, ut obſeruent omnia quæcunq; ille præcepit. Si ergo aut in euangelio præcipit̃, aut in apoſtolorũ epiſtolis, aut Actibus cõtinetur, ut à quacunq; hæreſi uenientes non baptizentur, ſed tantũ manus illis imponantur in pœnitẽtiam, obſeruetur etiam & hæc ſancta traditio. Si uero ubique hæretici nihil aliud quàm aduerſa-

Ioſue. 1.

Matth 28.

rij & antichristi nominantur, si uitandi, & peruersi, & à semetipsis damnandi pronunciantur, quale est ut uideantur damnandi à nobis non esse, quos constat apostolica contestatione à semetipsis damnatos esse, ut nemo apostolos infamare debeat, quasi illi hæreticorum baptisma probauerint, aut eis sine ecclesiæ baptismo communicauerint, quando talia de hæreticis apostoli scripserunt, & cum non adhuc hæreticæ pestes acriores prorupissent, nec dum quoque Marcion Ponticus emersisset, & cuius mercedem sub Hygino episcopo qui in urbe nonus fuit, Rhomam uenit, quem Marcion secutus addidit ad criminis augmentum, impudentius cæteris & abruptius in deum patrem creatorem blasphemare instituit, & hæreticum furorem sacrilegis armis contra ecclesiam rebellantem, sceleratius & grauius armauit. Quod si hæreses constat postmodum plures, & peiores extitisse, & si retro nusquam præceptum est, neque conscriptum, ut hæretico tantum manus in pœnitentiam imponatur, & sic ei communicetur, & si baptisma non nisi unum est, & intus est, & soli ecclesiæ diuina dignatione concessum est, Quæ ista obstinatio, quæue præsumptio, humanam traditionem diuinæ dispositioni anteponere, nec animaduertere indignari & irasci deum quotiens diuina præcepta soluit & præterit humana traditio, sicut per Esiam prophetam damat & dicit: Populus iste labijs honorificat me, cor uero eorum longe separatum est à me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Item dominus in euangelio increpans similiter & obiurgans, ponit & dicit: Reiecistis mandatum dei, ut traditionem uestram statuatis. Cuius præcepti memor beatus Paulus apostolus, monet ipse quoque & instruit dicens: Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis uerbis domini nostri IESV CHRISTI & doctrinæ eius stupore elatus est, nihil sciens, discedendum ab huiusmodi. Præclara sanè ac legitima traditio Stephano fratre nostro proponitur, ut autoritatem nobis idoneam præbeat. Nam in eodem loco epistolæ suæ addidit & adiecit, cum ipsi hæretici proprie ad se uenientes alterutrum non baptizent, sed communicent tantum. Ad hoc enim malorum deuoluta est ecclesia dei & sponsa CHRISTI, ut hæreticorum exempla sectetur, ut ad celebranda sacramenta cœlestis disciplinæ lux de tenebris mutuetur, & id faciant Christiani, quod antichristi faciunt. Quæ uero est animi cæcitas, quæ prauitas fidei, unitatem de deo patre IESV CHRISTI domini & dei nostri traditione uenientem nolle cognoscere? Nam si idcirco apud hæreticos ecclesia non est, quia una est, & diuidi non potest: si ideo illic spiritus sanctus non est, quia unus est, & esse apud prophanos & extraneos non potest, utique & baptisma, quod in eadem unitate consistit, esse apud hæreticos non potest, quia separari neque ab ecclesia, neque à spiritu sancto potest. Aut si effectum baptismi maiestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Christi

Esa. 29.

Matth. 15.

1. Timo. 6.

CHRISTI IESV ubicunque & quomodocunque baptizantur, innouati & sanctificati iudicentur: cur in eiusdem CHRISTI nomine illic & manus baptizato imponitur ad accipiendum spiritum sanctum? Cur eiusdem maiestas nominis non prævalet in manus impositione, quam valuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Nam si potest quis extra ecclesiam natus templum dei fieri, cur non possit super templum & spiritus sanctus infundi? Qui enim peccatis in baptismo expositis sanctificatus est, & in novum hominem spiritaliter reformatus, ad accipiendum spiritum sanctum
Galat. 3. idoneus factus non est? cum Apostolus dicat: Quotquot in CHRISTO baptizati estis, CHRISTVM induistis. Si potest apostolus hæreticos CHRISTVM induere, multo magis potest spiritum sanctum, quem CHRISTVS misit accipere. Cæterum maior erit mittente qui missus est, ut incipiat foris baptizatus CHRISTVM quidem induere, sed spiritum sanctum non potuisse percipere, quasi possit aut sine spiritu CHRISTVS indui, aut spiritu sancto separari. Illud quoque cum natiuitas spiritalis sit, qua in CHRISTO per lauacrum regenerationis nascimur, dicant quod possit quis apud hæreticos spiritaliter nasci, ubi spiritum negant esse. Peccata enim purgare, & hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat & spiritum. Necesse est concedant illic esse spiritum sanctum, ubi baptisma esse dicunt, aut nec baptisma est, ubi spiritus non est, quia baptisma esse sine spiritu non potest. Quale est autem asserere & contendere quod esse possint filij dei, qui non sint in ecclesia nati? Baptisma est enim in quo homo uetus moritur, & nouus nascitur. Manifestat & probat be-
Titū. 3. atus Apostolus dicens: Seruauit nos per lauacrum regenerationis: si autem in lauacro, id est, in baptismo est regeneratio, quomodo generare filios deo hæresis per CHRISTVM potest, quæ CHRISTI sponsa non est? Ecclesia est enim sola, quæ CHRISTO coniuncta & adunata spirita-
Ephe. 5. liter filios generat, eodem Apostolo rursus dicente: CHRISTVS dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret purgans eam lauacro aquæ. Igitur si hæc est dilecta & sponsa quæ sola à CHRISTO sanctificatur, & lauacro eius sola purgatur, manifestum est hæresim (quæ sponsa CHRISTI non sit, nec purgari & sanctificari lauacro eius possit) filios deo generare non posse. Porrò autem non per manus impositionem, qui nascitur accipit spiritum sanctum, sed in baptismo spiritum sanctum renatus accipit, sicut in primo homine Adam factum est. Ante
Genes. 2. enim eum plasmauit, & tunc insufflauit in faciem eius flatum uitæ. Nec enim potest accipi spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. Cum autem natiuitas Christianorum in baptismo sit, baptisma autem generatio, & sanctificatio apud solam sponsam CHRISTI sit, quæ parere spiritaliter, & generare filios deo possit, ubi, & ex qua, & cui natus est, qui

filius

filius ecclesiæ non est, ut habere quis possit deum patrem, ante ecclesiam matrem? Cum uero nulla omnino hæresis, sed neque aliquod schisma habere salutaris baptismi sanctificationem foris possit, cur in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis baptismo, item Valentini & Apellis, & cæterorum blasphemantium in deum patrem, contendat filios nasci? & illic in nomine IESV CHRISTI dicat remissionem peccatorum dari, ubi blasphematur in patrem & in dominum deum CHRISTVM? Quo in loco consyderandum est frater charissime, pro fide & religione sacerdotalis loci quo fungimur, an constare sacerdotis dei ratio in die iudicij possit, asserentis & probantis in acceptum referentis blasphemantium baptismata, cum dominus comminetur & dicat. Et nunc præceptum hoc ad uos est ò sacerdotes, si non audieritis, & si non posueritis in corde uestro, ut detis honorem nomini meo, dicit dominus omnipotens, immittam in uos maledictionem, & maledicam benedictionem uestram. Dat honorem deo qui Marcionis baptismo communicat? Dat honorem deo, qui unitatem & ueritatem de diuina lege uenientem non tenens, hæresim cõtra ecclesiam uindicat? Dat honorem deo, qui apud eos qui in dominum blasphemant, remissionem peccatorum dari iudicat? Dat honorem deo, qui hæreticorum amicos, & inimicos Christianorum, ueritatem CHRISTI & ecclesiæ unitatem continere putat? Si sic honor deo datur, si sic à cultoribus & sacerdotibus eius dei timor & disciplina seruatur: abijciamus arma, manus demus, in captiuitatem diaboli tradamus ordinationem euangelij, dispositionem CHRISTI, maiestatem dei, diuinæ militiæ sacramenta soluantur, sacrorum cœlestium signa prodantur, cedat ecclesia hæreticis, lux tenebris, perfidiæ fides, spes desperationi, ratio errori, immortalitas morti, charitas odio, ueritas mendacio, CHRISTVS antichristo: & sic in dies singulos schismata & hæreses surgant, crebrius atque liberius excrescant, & serpentinis criminibus pullulantes aduersus ecclesiam dei maioribus uiribus, uenenorum suorum uirus exprimant: dum illis aduocatione quorundam, & autoritas præstatur & firmitas, dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum ueritas proditur, dum id quod contra ecclesiam foris geritur, intus in ipsa ecclesia uindicatur. Quod si est apud nos frater charissime dei timor, si tenor prævalet fidei, si custodimus CHRISTI præcepta, si incorruptam atque inuiolatam sponsæ eius sanctitatem tuemur, si hærent nostris sensibus & cordibus uerba domini dicentis: Putas cum uenerit filius hominis, inueniet fidem in terra? quia fideles dei milites, quia deo fide & religione syncera militamus: commissa nobis diuinitus castra fideli uirtute seruemus: nec consuetudo quæ apud quosdam obrepserat, impedire debet, quo minus ueritas prævaleat & uincat. Nam cõsuetudo sine ueritate, uetustas erroris est: propter

Malach. 2.

Luc. 18.

pter quod relicto errore, sequamur ueritatem, scientes quia & apud Ezram
3. Esdræ. 3. ueritas uicit, sicut scriptum est: Veritas ualet, & inualescit in æternum, & uiuit & obtinet in secula seculorum. Hoc est apud eam nõ accipere personam, nec differentiam, sed quæ sunt iusta facit, nec est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo & regnum, & maiestas omnium seculorum. Benedictus deus ueritatis, quam ueritatem nobis CHRISTVS ostendens in euangelio suo di-
Ioan. 14. cit: Ego sum ueritas. Propter quod si in CHRISTO sumus, & CHRISTVM in nobis habemus, si manemus in ueritate, & ueritas in nobis manet, ea quæ sunt uera teneamus. Fit autem studio præsumptionis & contumaciæ, ut quis magis sua praua & falsa defendat, quàm ad alterius facta & uerba
1. Timo. 3. cõsentiat. Cui rei prospiciens beatus Paulus apostolus ad Timotheum scribit, & monet episcopum non litigiosum, sed mitem & docibilem esse debere. Docibilis autem ille est, qui est ad discendi patiẽtiam lenis & mitis, oportet enim episcopum non tantum docere, sed & discere, quia & ille melius docet, qui quotidie crescit & proficit discendo meliora. Quod ipsum quoq; idẽ
1. Cor. 14. apostolus Paulus docet, præmonens, ut si alio sedenti melius reuelatum fuerit, prior taceat. In compendio est autem apud religiosas mentes & simplices, & errorem deponere, & inuenire atq; eruere ueritatem. Nam si ad diuinæ traditionis caput & originem reuertamur, cessat error humanus, & sacramentorum cœlestium ratione perspecta, quicquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat luce ueritatis aperitur. Si canalis aquæ qui copiose prius & largiter profluebat, subito deficiat, nónne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noscatur, utrumne crescentibus uenis, in capite siccauerit, an uero integra inde & plena procurrens in medio itinere destiterit? At si uitio interrupti aut bibuli canalis effectum est, quo minus aqua perseueranter continua ac iugiter flueret, refecto & confirmato canali ad usum atq; potum ciuitatis aqua collecta eadem ubertate atque integritate repræsentatur qua de fonte proficiscitur. Quod & nũc facere oportet dei sacerdotes præcepta diuina seruantes, ut in aliquo si nutauerit, & uacillauerit ueritas, ad originem dominicam & euangelicam & apostolicam traditionem reuertamur, & inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit. Traditum est nobis quod sit unus deus, &
Ephe. 4. CHRISTVS unus, & una spes, & fides una, & una ecclesia, & baptisma unum non nisi in una ecclesia constitutum. à qua unitate quisquis discesserit, cum hæreticis necesse est inueniatur, quos dum contra ecclesiam uindicat, sacramentum diuinæ traditionis impugnat. Cuius unitatis sacramentum expressum uidemus etiam
Cant. 4. in Cantico canticorum, ex persona CHRISTI dicentis: Hortus cõclusus, soror mea, sponsa mea, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorũ. Si autẽ ecclesia eius hortus conclusus est, & fons signatus, quomodo in eundem hortum introire, aut bibere de fonte eius potest, qui in

ecclesia

ecclesia non est. Item Petrus ipse quoq; demonstrans, & uindicans unitatẽ mandauit & monuit per unum baptismum solum unius ecclesiæ saluari nõ posse. In arca, inquit, Noë pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt p aquã quod & nos similiter saluos faciet baptisma. Quàm breui & spirituali compendio, unitatis sacramentũ manifestauit. Nam ut in illo mũdi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est qui in arca Noë non fuit, non potuit per aquam saluus fieri, ita nec nunc potest per baptismum saluus uideri, qui baptizatus in ecclesia non est, quæ ad arcæ unius sacramentum dominica unitate fundata est. Obseruatur itaq; à nobis & tenetur frater charissime, explorata & perspecta ueritate, ut omnes, qui ex quacũq; hæresi ad ecclesiam conuertuntur, unico & legitimo baptismate baptizẽtur, exceptis his qui baptizati prius fuerant, & sic ad hæreticos transierunt. Hos enim oportet cum redeunt acta pœnitentia per manus impositionem solam recipi, & in ouile unde errauerant à pastore restitui. Opto te frater charissime semper bene ualere. 1. Petri. 3.

AD QVINTINVM.

CYPRIANVS QVINTINO FRATRI SALVTEM.

RElulit, à me frater charissime, Lucianus cõpresbyter noster, te desyderasse, ut significaremus tibi, quid sentiamus de his qui apud hæreticos, & schismaticos baptizati uidentur. De qua re quid nuper in concilio plurimi coëpiscopi cum presbyteris qui aderant cẽsuerimus, ut scires, eiusdem epistolæ exemplum tibi misi. Nescio etenim qua præsumptione ducuntur quidam de collegis nostris, ut putent eos qui apud hæreticos tincti sunt quando ad nos uenerint baptizari non oportere, eo quod dicant unũ baptisma esse, quod unum scilicet in ecclesia catholica est. Quæ ecclesia si est una esse extra ecclesiã baptisma nõ potest. Nam cũ duo baptismata esse nõ possint, si hæretici uere baptizant, ipsi habent baptisma. Et qui illis hoc patrociniũ præstat de autoritate sua, cedit illis & consentit, ut hostes & aduersarij CHRISTI habere uideantur abluendi & purificandi & sanctificandi hominis potestatem. Nos autẽ dicimus eos qui inde uenerũt non baptizari. Neq; enim accipiunt illic aliquid ubi nihil est, sed ueniũt ad nos ut hic accipiant, ubi & gratia, & ueritas una est. Porrò autẽ quidam de collegis nostris malunt hæreticis honorem dare, cq; nobis consentire. Et dum unius baptismi asseueratione baptizari ueniẽtes nolunt sic aut duo, aut multa baptismata esse dicũt, aut certe quod est grauius hæreticoꝝ sordidam & prophanam tinctionem, uero & unico & legitimo ecclesiæ catholicæ baptismo præponere & præferre cõtendunt, non cõsyderantes scriptũ esse: Qui baptizat Eccl. 34.

à mortuo quid proficit lauatio eius? Manifestū est autem eos qui non sunt in ecclesia CHRISTI, inter mortuos cōputari, nec posse ab eo uiuificari alterum qui ipse uiuit in æternum, & uiuificat dei populum. Et dicunt se in hoc ueterem consuetudinem sequi, qui quādo apud ueteres hæreses, & schismaticos prima adhuc fuerant initia, ut illic essent qui de ecclesia recedebant, & hic baptizati prius fuerant: quos tūc ad ecclesiam reuertentes, & pœnitentiam agentes necesse non fuerat baptizare. Quod nos quoq; hodie obseruamus, ut quos constat hic baptizatos esse à nobis, & ad hæreticos trāsisse, si postmodum peccato suo cognito, & errore digesto, ad ueritatem & matrem redeant statū, satis sit in pœnitentiam manū imponere, ut quia ouis iā fuerat, hāc ouem abalienatā & errabundā in ouile suum pastor recipiat. Si autem qui ab hæreticis uenit, baptizatus in ecclesia prius non fuit, sed alienus in totū & prophanus uenit, baptizandus est, ut ouis fiat, quia una est aqua in ecclesia sancta quæ oues facit. Et idcirco quia nihil potest esse cōmune mendacio & ueritati, tenebris & luci, morti & immortalitati, antichristo & CHRISTO, per omnia debemus ecclesiæ catholicæ unitatem tenere, nec in aliquo fidei, & ueritatis hostibus cedere. Non est autem de consuetudine præscribendum, sed ratione uincendum. Nam nec Petrus quem primū dominus elegit, & super quem ædificauit ecclesiam suam, cum Paulus de circūcisione postmodum disceptaret se uindicauit, seu aliquid insolēter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere, & obtemperari à nouellis & posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum quod ecclesiæ prius persecutor fuisset, sed consiliū ueritatis administrationi legitimæ, quā Paulus uindicabat facile consensit, documentum scilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquando à fratribus, & collegis nostris utiliter & salubriter suggerūtur, si sint uera & legitima ipsa potius amplectamur. Paulus quoq; prospiciens, cōcordiæ & paci fideliter consulens, in epistola sua posuit dicens. Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & cæteri examinēt. Si autem alij reuelatum fuerit sedenti, ille prior taceat. Qua parte docuit & ostēdit, multa singulis in melius reuelari, & debere unūquēq; pro eo quod semel imbiberat, & tenebat pertinaciter congredi, sed si quid melius & utilius extiterit libenter amplecti. Nō enim uincimur quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur, maxime in his, quæ ad ecclesiæ unitatē pertinent & spei ac fidei nostræ ueritatem. Et nos sacerdotes dei, & ecclesiæ eius de ipsius dignatione præpositi sciamus remissam peccatorum in ecclesia dari posse, nec posse aduersarios CHRISTI quicq; sibi pro eius ecclesia uindicare. Quod quidē Agrippinus bonæ memoriæ uir cum cæteris coēpiscopis suis qui illo tēpore in prouincia Africa, & Numidia ecclesiam domini gubernabant, statuit, & librata consiliī cōmunis examinatione firmauit. Quorū sententiam & religiosam, & legitimam

1. Corin. 14.

& salutarẽ, fidei & ecclesiæ catholicæ congruentẽ, nos etiam secuti sumus. Et quales sup̃ hac re literas fecerim⁹ ut scires, exemplũ earũ, tam ad notitiã tuã q̃ coëpiscoporũ nostrorũ, qui illic sunt, p̃ cõmuni dilectione trãsmisimus.

SENTENTIAE EPISCOPORVM DE HAERETICIS BAPTIZANDIS.

CVm in unum Carthagini cõueniissent Calen. Septembris episcopi plurimi ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cũ presbyteris & diaconis, præsente etiam plebis maxima parte, & lectæ essent literæ Iubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Iubaianũ rescriptæ: de hæreticis baptizãdis: quidq̃ postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit:

Cyprianus dixit.

Audistis collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coëpiscop⁹ noster scripserit, cõsulens mediocritatẽ nostrã de illicito, & prophano hæreticorũ baptismo, & quid ego ei rescripserim, censens scilicet, quod semel atq̃ iterũ & sæpe censuimus, hæriticos ad ecclesiam uenientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt uobis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua syncera, & religiosa deuotiõe ad epistolã nostrã rescribens, non tantũ consensit, sed & instructũ se esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus proferamus, neminẽ iudicantes aut à iure cõmunionis aliquẽ, si diuersum senserit, amouẽtes. Neq; em̃ quisq̃ nostrũ episcopum se esse episcoporũ cõstituit, aut tyrannico terrore ad obsequẽdi necessitatẽ collegas suos adegit: quãdo habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitriũ propriũ, tãq̃ iudicari ab alio nõ possit, cum nec ipse possit alterũ iudicare. Sed expectemus uniuersi iudiciũ dñi nostri Iesu CHRISTI, qui unus & solus habet potestatem & præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

Cæcilius à Bilta dixit.

Ego unũ baptisma in ecclesia sola scio, & extra ecclesiã nullũ. Hoc erit unũ ubi spes uera est, & fides certa: sic em̃ scriptũ est, una fides, una spes, unũ baptisma, nõ apud hæreticos ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi om̃ia p̃ mendaciũ agũtur, ubi exorcizat dæmoniacus sacramentũ, interrogat, cuius os & uerba cancer emittũt. Fidẽ dat infidelis, ueniã delictorũ tribuit sceleratus, & in noïe CHRISTI tingit antichristus. Benedicit à deo maledictus, uitã pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, deũ inuocat blasphemus, sacerdo- Eph. 4.

tium adminiſtrat prophanus, ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antiſtes diaboli audeat euchariſtiam facere, aut qui illis aſſiſtunt dicant, hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. Ecce ad qualia eccleſia conſentire cogitur, & ſine baptiſmo ac uenia delictorũ cõmunicare cõpellitur. Quam rem fratres fugere ac uitare debemus, & à tanto ſcelere nos ſeparare, & unum baptiſma tenere quod ſoli eccleſiæ à deo conceſſum eſt.

Primus Felix à Migirpa dixit.

Cenſeo omnem hominem ab hæreſi uenientẽ baptizandũ. Fruſtra enim illic putat ſe eſſe baptizatum cũ non ſit baptiſmũ, niſi in eccleſia unũ, & uerum, quia & dominus unus, & fides una eſt, in qua ſtat unum baptiſma & ſanctitas & cætera. Nam quæ foris exercentur, nullũ habent ſalutis effectũ.

Polycarpus ab Adrumeto dixit.

als* noſtrũ euacuant. Qui hæreticorum baptiſma probant* hæreticis cõmunicant.

Nouatus à Thamugade dixit.

Licet ſciamus omnẽ ſcripturam teſtimonium reddere de ſalutari baptiſmo, debemus tamen fidem noſtram exprimere. Hæreticos & ſchiſmaticos ad eccleſiam uenientes qui pſeudobaptizati uidentur, debere eos in fonte perenni baptizare. Et ideo ſecundum teſtimoniũ ſcripturarũ, & ſecundum decretum collegarum noſtrorum ſanctiſſimorũ uirorꝝ, omnes ſchiſmaticos & hæreticos qui ad eccleſiam cõuerſi ſunt baptizari, ſed & quicũq; ordinati uidebantur inter laicos recipi.

Nemeſianus à Tubunis dixit.

Baptiſma quod dant hæretici & ſchiſmatici non eſſe uerum, ubiq; in ſcripturis ſanctis declaratũ eſt. Quoniã ipſi præpoſiti eorũ falſi CHRISTI ſũt, & falſi ꝓphetæ, dicẽte dño per Salomonẽ. Qui fidens eſt in falſis, hic paſcit uentos, idẽ aũt ipſe ſequit aues uolantes. Derelinquit autẽ uias uineæ ſuæ, & à ſemitis agri ſui errauit. Ingreditur autẽ per auia loca atq; arida, & terrã diſtinat à meſſe, colligit aũt manibus ſterilitatẽ. & iterũ. Ab aqua aliena abſtine te, & de fonte alieno ne biberis, ut longũ uiuas tẽpus, adiũciatur etiam tibi anni uitæ. Et in Euangelio ſua uoce dñs noſter Ieſus CHRISTVS locutus eſt dicẽs: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnũ dei. Hic eſt ſpũs qui ab initio ferebat ſuper aquã. Neq; em̃ ſpiritus ſine aqua operari poteſt, neq; aqua ſine ſpiritu. Male ergo ſibi quidam interpretantur, ut dicãt, quod per manus impoſitionẽ ſpiritũ ſanctum accipiant, & ſic recipiantur, cũ manifeſtũ ſit utroq; ſacramẽto debere eos renaſci in eccleſia catholica. Tũc quippe poterũt filij dei eſſe, dicẽte apoſtolo, Curãtes ſeruare unitatẽ ſpũs in cõiũctione pacis, unũ corpus & unus ſpũs, ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ, unus dñs, una fides, unum baptiſma, unus deus. Et hæc omnia eccleſia catholica loquit. & iterũ in Euãgelio dicit: Quod natũ eſt de carne caro eſt, & quod natũ eſt de ſpũ ſpũs eſt, quoniã ſpiritus deus eſt, & de deo natus eſt. Ergo omnes hæretici & ſchiſmatici omnia

Ioan. 3.

Epb. 4.

Ioan. 3.

tici omnia quæcũq; faciũt carnalia ſunt dicente apoſtolo. Manifeſta enim ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicationes, immũdiciæ, inceſtũ, idololatriæ, ueneficia, inimicitiæ, certamina, zelus, ira, diuiſiones, hæreſes, & his ſimilia, de quibus prædixi uobis ſicut prædico. Quoniã quicũq; hæc faciũt, regnũ dei nõ hæreditabũt. Condemnat æque apoſtolus cũ omnibus malis & eos qui diuiſionẽ faciunt, hoc eſt ſchiſmaticos & hæreticos. Niſi ergo acceperint baptiſma ſalutare in eccl'ia catholica quæ una eſt, ſalui eſſe nõ poſſũt, ſed cũ carnalib9 in iudicio dñi Chriſti dãnabũtur. Gal. 5.

Ianuarius à Lambeſe dixit.

Secundũ ſcripturarum ſanctarũ autoritatẽ decerno hæreticos oẽs baptizandos & ſic in eccleſiã ſanctã admittendos.

Lucius à Caſtragalba dixit.

Cũ dñs in Euangelio ſuo dixerit: Vos eſtis ſal terræ. Si aũt ſal infatuatũ fuerit, id quod ſaliẽtur ex eo, ad nihilũ ualebit, niſi ut ꝓ̃ꝛciatur foras, & cõculcẽ ab hominibus: & iterũ poſt reſurrectionẽ ſuã mittens apoſtolos ſuos mãdauerit dicẽs: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, ite ergo & docete oẽs gentes baptizãtes eas in noĩe patris & filiꝭ & ſpiritus ſancti. Cũ ergo manifeſtũ ſit hæreticos, id eſt hoſtes, nõ integrã ſacramẽti confeſſionẽ habere: Itẽ ſchiſmaticos nõ poſſe condire ſapiẽtia ſpũali, cũ ipſi ab eccleſia quæ una eſt, recedendo infatuati cõtrariꝭ facti ſint: fiat ſicut ſcriptũ eſt, Domus contrariorũ legis debẽt emũdationẽ, & cõſequẽs ſit eos qui à cõtrariꝭs baptizati inq̃nati ſunt primo purgari, & tum demum baptizari. Matth. 5. Matth. 28.

Creſcens à Cirta dixit.

In tanto cœtu ſanctiſſimorũ conſacerdotũ lectis literis Cypriani dilectiſſimi noſtri ad Iubaianũ, itẽq; ad Stephanũ, quæ tantũ in ſe teſtimoniorũ deſcendentiũ ex ſcripturis deificis cõtinent, ut merito oẽs per dei gratiã adnati cõſentire debeamus. Cenſeo oẽs hæreticos ſiue ſchiſmaticos, qui ad catholicã eccleſiã uoluerint uenire, nõ ante ingredi, niſi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his ſanè qui in eccleſia catholica fuerint ante baptizati: Ita tamen ut per manus impoſitionem in pœnitentiam eccleſiæ reconcilientur.

Nicomedes à Segermis dixit.

Mea ſententia hæc eſt, ut hæretici ad eccleſiã ueniẽtes baptizent, eo quod nullam foris apud peccatores remiſſionem peccatorum conſequantur.

Monnullus à Girpa dixit.

Eccleſiæ catholicæ matris noſtræ ueritas ſemper apud nos fratres, & manſit & manet, & uel maxime in baptiſmatis trinitate, dño noſtro dicente. Ite baptizate gẽtes in noĩe patris & filiꝭ & ſpũ ſancti. Cum ergo manifeſte ſciamus hæreticos nõ habere nec patrẽ, nec filiũ, nec ſpiritũ ſanctũ, debẽt ueniẽtes ad eccleſiã matrẽ noſtrã uere renaſci & baptizari, ut cancer q̃d habebãt & dãnationis ira, & erroris offenſa per ſanctũ & cœleſte lauacrũ ſanctificetur. Matth. 28.

Secũdinus à Chezas dixit.

Cũ dñs noſter CHRISTVS dicat. Qui non eſt mecũ, aduerſus me eſt. Et Ioannes apoſtolus hos qui ab eccleſia exeũt antichriſtos dicat, indubitãter hoſtes CHRISTI quicq; antichriſti nominati ſunt, gratiã baptiſmi ſalutaris Matth. 12. 1. Ioan. 2.

ris miniſtrare nō poſſunt. Et ideo cenſeo eos q̄ de inſidijs hæreticorū cōfugi unt ad eccleſiā, baptizādos eſſe à nobis, qui amici appellati ſumus dei, eius dignatione. Felix à Bigai dixit.

Matth. 15. Sicut cæcus cæcū ducens ambo in foueā cadūt, ita hæreticus hæreticū baptizans ſimul in mortē cadūt. Et ideo baptizādus, & uiuificādus eſt, ne nos uiui mortuis cōmunicemus. Pollianus à Mileo dixit.

Cenſeo hæreticum baptizari in eccleſia ſancta.

Theogenes ab Hippone regio dixit.

Secundū ſacramētū gratiæ cœleſtis, quod accepim⁹, unū baptiſma quod eſt in eccleſia ſancta credimus. Datiuus à Badis dixit.

Nos quātū in nobis eſt, hæreticis nō cōmunicamus, niſi baptizati in eccliā fuerint & remiſſionē pctōr̄ accepint. Succeſſus à Birgermaniciana dixit.

Hæreticis aut nihil licet, aut totū licet. Si baptizare poſſūt, & ſpiritū ſanctū dare poſſunt. Si aūt ſpiritum ſanctū dare nō poſſunt, quia nō habent ſpiritum ſanctū datum, nec baptizare ſpiritualiter poſſunt, ꝓpterea cenſuimus hæreticos baptizandos eſſe. Fortunatus à Thuccabori dixit.

Matth. 7. Ieſus CHRISTVS dñs & deus natus dei patris & creatoris filius, ſup petrā ædificauit eccleſiā ſuā, nō ſup hæreſim: & poteſtatē baptizādi apoſtolis habere dedit nō hæreticis. Quare qui extra eccleſiam ſunt, & contra CHRISTVM ſtantes oues eius & greges ſpargunt, baptizare foris non poſſunt.

Sedatus à Tuborbo dixit.

In quātū aqua ſacerdotis prece in eccleſia ſanctificata abluit delicta, in tātū hæreticus ſermone uelut cancer infecta cumulat peccata. Quare oībus q̄dem pacificis uiris nitendū eſt, ne qs hæretico errore infectus & tinctus, ſingulare, & uerū eccleſiæ baptiſmū detractet accipere quo quiſquis non fuerit baptizatus, à regno cœlorū fit alienus. Priuatianus à Suficula dixit.

Qui hæreticos poteſtatē baptizādi habere dicit, dicat prius qs hæreſim cō diderit. Si enim hæreſis à deo eſt, habere & indulgentiam diuinā poteſt. Si uero à deo non eſt, quō gratiam dei aut habere aut conferre alicui poteſt?

Priuatus à Sufibus dixit.

Qui hæreticorum baptiſma probat, quid aliud q̄ꝫ hæreticis cōmunicat?

Hortenſianus à Laribus dixit.

Quot ſint baptiſmi uiderint præſumptores, aut fautores hæreticorū, nos unū baptiſma q̄d nō niſi in eccleſia nouimus, eccleſiæ uendicamus. Aut q̄modo poſſunt in noīe CHRISTI aliquē baptizare, q̄s ipſe CHRISTVS dicit aduerſarios ſuos eſſe? Caſſius à Macomadibus dixit.

Cū baptiſmata duo eſſe nō poſſint, q hæreticis baptiſma cōcedit, ſibi tollit. Cenſeo itaq̄ flebiles & tabidos hæreticos baptizādos eſſe cū ad eccleſiā uenire cœperint, & ſacra & diuina lauatione lotos, & lumine uitæ illuminatos, nō hoſtes ſed pacificos, nō alienos ſed fidei domeſticos, non adulteros ſed dei filios nō erroris ſed ſalutis effectos, in eccleſiā recipi abſq̄ eis qui de eccleſia fideles ſupplantati ad hæreſis tenebras trāſierūt, ſed eos per manus impoſitionē

impoſitionẽ reſtituẽdos. Alius Ianuarius à Vico Cæſaris dixit.

Si nõ obtemperat error ueritati, multomagis ueritas nõ cõſentit errori. Et ideo nos eccleſiæ aſſiſtimus in qua p̃ſidemus, ut baptiſmũ eius ipſi ſoli uendicãtes eos quos eccleſia non baptizauit baptizemus.

Alius Secundinus à Carpis dixit.

Hæretici Chriſtiani ſunt, an nõ? Si Chriſtiani ſũt, cur in eccl̃ia dei nõ ſũt? Si Chriſtiani nõ ſunt, quõ Chriſtianos faciũt? Aut q̃ ptinebit ſermo dñi di Matth. 12.
cẽtis, qui nõ eſt mecũ aduerſus me eſt, & qui mecũ nõ colligit ſpargit. Vnde Cõſtat ſup̃ filios alienos & ſoboles antichriſti ſpiritum ſanctũ per manus impoſitionẽ tantummodo nõ poſſe deſcendere, cũ manifeſtũ ſit hæreticos baptiſma non habere. Victoricus à Thabraca dixit.

Si licet hæreticis baptizare & remiſſam peccatorum dare, quid illos infamamus, & hæreticos appellamus? Alius Felix ab Vtina dixit.

Nemini dubiũ eſt ſanctiſſimi cõſacerdotes nõ tãtũ poſſe humanã p̃ſumptionẽ, quãtũ dñi noſtri Ieſu CHRISTI adorandã & uenerabilẽ maieſtatẽ. Memores ergo periculi hoc q̃q; nõ tãtũ obſeruare, uerũ etiã ab om̃ibus nobis cõfirmare debemus, ut oẽs qui ad ſinũ matris eccleſiæ accurrunt baptizẽtur, ut mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta eſt, ſanctificatione lauacri purgata in melius reformetur. Quietus à Buruc dixit.

Qui fide uiuimus, obſequi ijs quæ inſtruẽdis nobis ante prædicta ſunt ſedula obſeruatiõe debemus. Nã ſcriptũ eſt apud Salomonẽ. Qui baptizat Eccl. 34.
à mortuo, & iterũ tãgit mortuũ, q̃d p̃ficit lauatio eius? Q̃d' utiq; de his qui ab hæreticis tinguñt, & de tingentibus loquit̃. Si em̃ qui apud illos baptizãtur p̃ remiſſionẽ peccatorũ uitã æternã cõſecũtur, cur ad eccleſiã ueniunt? Si uero à mortuis nihil ſalutis accipitur, ac propterea agnito errore priſtino ad ueritatem cum pœnitentia reuertuntur, uno uitali baptiſmate, quod eſt in eccleſia catholica, ſanctificari debebunt. Caſtus à Sicca dixit.

Qui contempta ueritate præſumit conſuetudinẽ ſequi, aut circa fratres inuidus eſt, & malignus, quibus ueritas reuelatur, aut circa deũ ingratus eſt, cuius inſpiratione eccleſiæ eius inſtruuntur.

Eucratius à Thenis dixit.

Fidem noſtram, & baptiſmatis gratiam & legis eccleſiaſtici regulam dominus & deus noſter Ieſus CHRISTVS ſuo ore apoſtolos docens, impleuit dicens: Ite & docete oẽs gẽtes, baptizantes eas in noĩe patris, & filĩ, & ſpũs ſancti. Falſum ergo hæreticorũ baptiſma & iniquũ, à nobis pellẽdum eſt & omni deteſtatiõe refutandũ, de quorũ baptiſmate, nõ uita nec gratia cœleſtis, ſed blaſphemia trinitatis exprimit̃. Et ideo ueniẽtes ad eccleſiã hæreticos, integro & catholico baptiſmate baptizare debere manifeſtũ eſt, ut à blaſphemiæ ſuæ p̃ſumptiõe purificati poſſint ſpũs ſancti gratia reformari.

Liboſus ab Agra dixit.

In euãgelio dñs: Ego ſum, inqt, ueritas: nõ dixit ego ſum cõſuetudo. Itaq; Ioan. 14.
ueritate manifeſtata cedat cõſuetudo ueritati, ut & ſi in præteritũ qs hæreti-

cus in ecclesia non baptizauit, nec nunc baptizare incipiat.

Leucius à Thabeste dixit.

Hæreticos blasphemos atq; iniquos uerbis uarijs decerpentes sancta & adorabilia scripturarũ uerba execrandos censeo, & ideo exorcizandos & baptizandos esse. Eugenius ab Ammeclera dixit.

Et ego hoc idem censeo hæreticos baptizandos esse.

Item alius Felix ab Accura dixit.

Et ipse secutus diuinarũ scripturarũ autoritatẽ baptizãdos esse hæreticos cẽseo, sed & eos q apud schismaticos baptizatos se eẽ cõtẽdũt. Si aũt secũdũ cautũ Christi priuatus fõs noster est, intelligãt cũcti ecclesiæ nostræ aduersarij, q alieni sunt, nobiscũ esse nõ possunt. Nec duobus populis salutarẽ aquã tribuere põt ille q unius gregis pastor est. Et ideo manifestũ est, nec hæreticos, nec schismaticos aliqd cœleste posse suscipere, qui à peccatoribus hominibus, & ab ecclesia extraneis audeant accipere. Quãdo danti locus non est, utiq; nec accipiẽti ꝓdest. Itẽ alius Ianuarius Muzulensis dixit.

Miror q̃d cũ oẽs cõfiteãtur unũ esse baptisma, nõ oẽs intelligãt eiusdẽ baptismatis unitatẽ: ecclesia em̃ & hæresis, duæ & diuersæ res sunt. Si hæretici habẽt baptisma, nos nõ habemus. Si aũt nos habemus, hæretici habere nõ possunt. Dubiũ aũt nõ est, ecclesiã solã baptismũ CHRISTI possidere, quæ sola possideat & gratiã Christi & ueritatẽ. Adelphus à Thasbalte dixit.

Sine causa quidã falso & inuidioso uerbo impugnãt ueritatẽ, ut rebaptizare nos dicant, quãdo ab ecclesia hæreticus nõ rebaptizetur, sed baptizet̃.

Demetrius Aleptuninus dixit.

Vnũ baptismũ nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suã uendicamus. Qui aũt dicũt quia hæretici uere & legitime baptizare possunt, Ipsi sunt q nõ unũ, sed multa baptismata faciũt. Nã cũ hæreses multæ sint, ꝓ earũ numero & baptismata cõputabunt̃. Vincentius à Thibari dixit.

Hæreticos scimus esse peiores cẽꝫ ethnicos, si ergo cõuersi ad deum uenire uoluerint, habem⁹ utiq; regulã ✠itatis quã dñs ꝑcepto diuino mãdauit apostolis dicẽs: Ite, in noie meo manũ iponite, dæmonia expellite. Et alio loco, Marci. 16. Matth. 28. Ite & docete gentes, baptizãtes eas in noie patris & filij & spũs sancti. Ergo primo ꝑ manus impositionẽ ad CHRISTI pollicitationẽ uenire, alias autẽ fieri secũdo per baptismi regenerationẽ censeo non debere.

Marcus à Mactari dixit.

Mirãdũ nõ est si hæretici, hostes atq; impugnatores ueritatis, rem sibi uendicẽt potestatis & dignatiõis alienæ, sed illud mirandũ est, qd̃ quidã nostri præuaricatores ueritatis hæreticis suffragant̃, & Christianis aduersant̃. Propterea decernimus hæreticos baptizãdos. Satius à Sicilippa dixit.

Si hæreticis in baptismo sua pctã donant̃, sine causa ad ecclesiã ueniũt. Nã cũ in die iudicij peccata sũt quæ puniãt̃, nihil est q̃d timere possint hæretici de iudicio Christi, si sũt remissionẽ peccatorũ cõsecuti. Victor à Gor dixit.

Cum peccata nõ nisi in ecclesiæ baptismo remittant̃, qui hæreticũ ad communionẽ

municationem sine baptismo admittit,utrumq; contra rationem facit, nec hæreticos purgat & Christianos inquinat.

Aurelius ab Vtica dixit.

Cũ dicat apostolus nõ cõmunicandũ peccatis alienis,quid aliud q̃ pecca tis alienis cõmunicat,q hæreticis sine ecclesiæ baptismo cõmunicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos,ut accipiant remissam peccatorũ,& sic illis cõmunicet. 1. Timoth. 5.

Cõfessor Iambus à Germaniciana dixit.

Qui hæreticorum baptisma probant,nostrum improbant,ut extra eccle siam non dicam lotos,sed sordidatos negent in ecclesia baptizari oportere.

Lucianus à Rucumma dixit.

Scriptum est:& uidit deus lucem quia bona est,& diuisit inter lucem & te nebras.Si potest luci & tenebris conuenire,potest nobis & hæreticis aliquid esse cõmune.Propterea censeo hæreticos baptizandos esse. Gen. 1.

Pelagianus à Lupertiana dixit.

Scriptum est.Aut enim deus deus est,aut Baal deus est,ita & nũc aut ec clesia ecclesia est,aut hæresis ecclesia est.Porrò si hæresis ecclesia nõ est, quõ esse apud hæreticos baptisma ecclesiæ potest? 3.Reg.18.

Confessor & martyr Iader à Midila dixit.

Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica, & ideo nõ de bem⁹ admittere hæreticũ nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiã catholicam baptisatũ esse. Itẽ alius Felix à Mazrazana dixit.

Vna fides,unum baptisma,sed ecclesiæ catholicæ, cui soli licet baptizare. Eph.4.

Confessor Paulus ab Obba dixit.

Me non mouet si aliquis ecclesiæ fidem,& ueritatẽ non uendicat,quando apostolus dicat: Quid eñ si exciderũt à fide quidã illorũ? Nũquid infide litas eorũ fidem dei euacuauit? absit.Est eñ deus uerax,est aũt omnis ho mo mendax.Si autem deus uerax est,quomodo esse apud hæreticos bapti smi ueritas potest,apud quos deus non est? Rom.3.

Confessor Pomponius à Iosiniana dixit.

Manifestũ est hæreticos non posse baptizare, & remissionẽ peccatorum dare,qui potestatẽ non habent,ut aut soluere aut ligare aliq̃d in terris pos sint. Matth.18.

Confessor Venantius à Tinisa dixit.

Si maritus peregre proficiscens amico suo cõmendet uxorẽ suã custodien dã,cõmendatã sibi ille quãta posset diligentia cõseruaret,ne ab aliquo san ctitas,& castitas adulteraret, CHRISTVS dñs & deus noster ad patrẽ pfi ciscens,sponsam suã nobis cõmẽdauit,utrũ ne eã in corruptã & inuiolatã cu stodiemus,an integritatẽ ei⁹ & castitatẽ mœchis & corruptorib⁹ prodem⁹? Qui eñ baptisma ecclesiæ cõmune cum hæreticis facit,spõsam CHRISTI adulteris prodit.

Aymnius ab Ausuagiga dixit.

Nos unũ baptismũ ac accepimus, & ipsum tenem⁹ & exercemus.Qui au tem dicit quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

Saturninus

Saturninus à Victoriana dixit.

Si licet hæreticis baptizare,excusati sunt,& defensi illicita facientes. Nec ui deo q̃re eos aut CHRISTVS aduersarios suos, aut apostolus antichristos eos appellauerit. Cõfessor Saturninus à Tucca dixit.

Gentiles q̃uis idola colant,tamen summũ deũ patrẽ creatorẽ cognoscũt & cõfitent̃.In hunc Marcionitæ blasphemãt,& quidã nõ erubescũt Marcio nis baptismũ probare:quõ tales sacerdotes sacerdotiũ dei aut seruant aut uendicant,qui hostes dei non baptizant,& sic illis communicant?

Marcellus à Zama dixit.

Cũ peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittant̃,qui hæreticũ non ba ptizat peccatori cõmunicat. Cõfessor Hireneus ab Vlulis dixit.

Si ideo ecclesia hæreticũ nõ baptizat quod dicat̃ iam baptizatus esse,hæ resis maior est. Donatus à Cibaliana dixit.

Ego unã ecclesiã & unũ baptisma eius noui.Si est qui dicat apud hæreti cos esse baptismi gratiã,ante est ut ostendat & ꝓbet esse illic ecclesiam.

Zosimus à Tharassa dixit.

Gal.2. Reuelatione facta ueritatis,cedat error ueritati, quia & Petrus qui prius circũcidebat,cessit Paulo ueritatem prædicanti.

Iulianus à Telepte dixit.

Ioan.3. Scriptum est:Nemo potest aliquid accipere,nisi datũ illi fuerit de cœlo. Si hæresis de cœlo est,potest & baptisma dare.

Confessor Faustus à Timida regia dixit.

Non sibi blandiantur,qui hæreticis patrocinantur.Qui pro hæreticis ec desiastico baptismati intercedit,illos Christianos & nos hæreticos facit.

Geminus à Furnis dixit.

Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt,nobis nõ possunt, & ideo quod semel decreuimus tenemus,ut ab hæreticis uenientes baptize mus. Rogatianus à Noua dixit.

Ecclesiam CHRISTVS instituit,hæresim diabolus,quomodo potest ha bere baptismum CHRISTI synagoga satanæ?

Confessor Terapius à Bulla dixit.

Qui hæreticis ecclesiæ baptisma cõcedit & prodit,q̃d aliud sponsæ CHRI STI q̃ꝑ Iudas existit?

Confessor item alius Lucius à Membressa dixit.

Ioan.9. Scriptũ est:Deus peccatorẽ nõ audit,Hæreticus qui peccator est,quomo do audiri in baptismo potest?

Item alius Felix à Bussaccenis dixit.

In hæreticis sine ecclesiæ baptismo admittendis nemo cõsuetudinẽ ratiõi & ueritati præponat, quoniã cõsuetudinẽ ratio & ueritas semper excludit.

Alius Saturninus ab Itinis dixit.

Si potest antichristus dare alicui gratiã CHRISTI,possunt & hæretici ba ptizare.

ptizare,qui appellati sunt antichristi. Quintus ab Aggiua dixit.

Ille potest dare aliqd,qui aliqd habuerit.heretici aũt quid possũt dare q̃s cõstat nihil habere? Alius Iulianus à Marcellina dixit.

Si potest homo duobus dominis seruire deo & mãmonæ,potest & bapti Matth.6.
sma duobus seruire Christiano & hæretico.

Tenax ab Horreis Cæliæ dixit.

Baptisma unum est,sed ecclesiæ.Vbi ecclesia nõ est,baptisma illic esse nõ potest. Confessor alius uictor ab Assuris dixit.

Scriptum est,quia deus unus est,& spiritus unus est,& ecclesia una, & ba Eph.4.
ptisma unũ. Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest ubi de9 & CHRISTVS,& ecclesia una non est? Donatulus à Capse dixit.

Et ego semper hoc sensi,ut hæretici qui nihil foris consequi possunt,quando ad ecclesiã conuertuntur,baptizentur.

Martyr de schismaticis Verulus à Rusiccade dixit.

Homo hæreticus dare nõ potest quod nõ habet,multo magis schismaticus,quicqd habuit amisit. Pudentianus à Cuiculi dixit.

Nouitas episcopatus effecit fratres charissimi ut sustinerem quid maiores iudicarent.Nam hæreses nihil habere,nec posse manifestũ est, atq; ita si q ex ijs uenerint baptizari,æquissime est statutum.

Martyr Petrus ab Hipponezarito dixit.

Cũ baptisma unum sit in ecclesia catholica,manifestũ est non posse extra ecclesiam baptizari.Et ideo in hæresi tinctos siue in schismate uenientes ad ecclesiam,censeo baptizari oportere.

Itẽ alius Lucius ab Auasafa dixit.

Secũdũ aũt motũ animi mei,& spũs sancti cũ sit unus deus,pater dñi no Ibidem.
stri Iesu CHRISTI & spũs sanctus & una spes,& una ecclesia, unũ debet & esse baptisma.Et ideo dico si qd ab hæreticis motum aut factũ fuerit rescindi debere,& eos qui inde ueniunt baptizandos esse.

Item alius Felix à Gurgitibus dixit.

Ego censeo ut secundũ sanctarũ scripturarũ præcepta baptizatus ab hæ- Ibidem.
reticis extra ecclesiã illicite, cũ confugere uoluerit ad ecclesiã,gratiã baptismi ubi licet ei dari consequatur. Pusillus à Lamasba dixit.

Ego credo baptisma salutare non esse nisi in ecclesia catholica. Quicquid absq; catholica fuerit simulatio est.

Martyr Saluianus à Gazaufala dixit.

Hæreticos nihil habere constat,& ideo ad nos ueniunt ut possint accipere,quod non habent.

Honoratus à Tucca dixit.

Cum CHRISTVS ueritas sit,magis ueritatem q̃; consuetudinem sequi debemus,ut hæreticos qui ideo ad nos ueniunt,quia foris nihil accipere potuerunt,ecclesiæ baptismo sanctificemus.

Victor

Victor ab Octauo dixit.

Quod & ipsi scitis non olim sum episcopus constitutus, & ideo expectabam prædecessorum consilium. Hoc itaq; existimo, ut quicūq; ex hæresi uenerint sine dubio baptizentur.

Confessor Clarus à Mascula dixit.

Manifesta est sentētia domini nostri Iesu CHRISTI, apostolos suos mittentis & ipsis solis potestatē à patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate ecclesiā dñi gubernantes, & credētiū fidem baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem foris, nec ecclesiā CHRISTI habent, neminē baptizare baptismo eius possunt.

Martyr Secundianus à Tabeis dixit.

Nō debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, ut in ecclesia domini nostri Iesu CHRISTI nō baptizati ac per hoc remissionē peccatorum nō cōsecuti, cū iudicij uenerit dies nobis imputent, quod per nos nō sint baptizati, & indulgētiā diuinæ gratiæ cōsecuti. Propter q̄d cū sit una ecclesia, & unum baptisma, quādo ad nos conuertūtur, simul cū ecclesia & ecclesiæ baptismū consequātur. Item alius Aurelius à Cillani dixit.

2. Ioan. 1. Ioānes apostolus in epistola sua posuit dicens: Si quis ad uos uenit & doctrinam CHRISTI non habet, nolite eum admittere in domum uestram, & aue illi ne dixeritis. Qui em̄ dixerit illi, aue, communicat factis eius malis. Quomodo admitti tales in domū dei possunt qui in domū nostram priuatam admitti prohibent? Aut quomodo cū eis sine ecclesiæ baptismo cōmunicare possumus, q̄bus si aue tātū dixerimus factis eorū malis cōmunicamus?

Confessor Licetus à Gemellis dixit.

Matth. 15. Cæcus cæcū si ducat, ambo in foueam cadunt. Cū ergo hæreticos constet non posse illuminare quēcūq;, ut pote cæcos, baptisma eorum non ualet.

Natalis à Boea dixit.

Tam ego præsens cū Pompeius Sabratensis, cū etiā Dioga Leptimagnēsis, q̄ mihi mādauerūt corpore quidē absentes, spū præsentes, censemus q̄d & collegæ nostri, quod hæretici cōmunicationē habere nobiscū nō possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

Iunius à Neapoli dixit

Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut hæreticos ueniētes ad ecclesiā baptizemus. Cōfessor & martyr Cyprianus à Carthagine dixit.

Meam sententiā plenissime expressit epistola quæ ad Iubaianū collegā nostrū scripta est, hæreticos secūdū euāgelicā & apostolicā cōtestationē aduersarios CHRISTI & antichristos appellatos, quādo ad ecclesiā uenerint unico ecclesiæ baptismo baptizādos esse, ut possint fieri de aduersarijs amici & de antichristis Christiani.

1. Ioan. 2.

FINIS.

OPERA QVAE VIDEN

TVR FALSO ASSCRIPTA CYPRIANO.

DE MONTIBVS SINA ET SION, ADVERSVS IVDAEOS TRACTATVS.

Robatio capitulorum,quæ in ſcripturis deificis continentur, quæ in ueteri teſtamento figurali/ ter ſcripta ſunt,per nouum teſtamentum ſpiri/ taliter intelligenda ſunt,quæ per CHRISTVM in ueritate adimpleta ſunt. Nobis enim per Ie/ ſum CHRISTVM ſpiritalis intellectus datus eſt ipſo Ieſu dicente: Vobis quidem datum eſt Mar. 4. Luc. 8. intelligere ſacramenta dei,alijs autem in ſimili/ tudinibus.Inuenimus in euangelio ſecundū Io annem ſcriptum eſſe:Lex per Moyſen data eſt,gratia & ueritas per Ieſum Ioan. 1. CHRISTVM facta eſt,quæ lex Moyſi in monte Sina data eſt. Verum ite/ rum inuenimus ſcriptum. De Sion enim exibit lex, & uerbum domini ab Eſa. 2. Hieruſalē.Quatenus hoc intelligere debemus, utrū Sina mons ubi à deo Moyſi lex data eſt,& Sion mons unde lex exijt,an unū ſint,an uero alter ſit Sina mons, & alter ſit Sion mons.Inuenimus hæc nomina duorum mon/ tium eſſe Hebraica:uerum latina interpretatio nominum differentium ab inuicem oſtendit aliud eſſe Sina montem, & aliud montem Sion. Hæc eſt interpretatio de Hebraica lingua in Latinam.Sina mons interpretatur ten tatio æterna & odium: æque & Sion interpretatur tentatio exacerbationis & ſpeculatio. Vides ergo in Hebraica interpretatione non ſibi ſimilare, ſed neq; eſſe unum montem,ſed potius duos inuicem à ſe differentes gratia & honore. Præterea cum dicat Dauid propheta in Pſalmo primo: Ego autē Pſal. 2. conſtitutus ſum rex ab eo ſup Sion montē ſanctū eius,annuncians impe/ rium eius.Ecce quatenus montem Sion ſanctum deſignat. Vnde manife/ ſtum eſt montem Sion cœleſtem eſſe & ſpiritalem, & Sina eſſe terrenum. Nihil enim poteſt quod in terra eſt eſſe ſanctum, cū totus mundus ꝓpter facta mala à diabolo ſit maculatus,dicēte Ieſu:Odit me ſeculū, quia & ego Ioan. 7. illud,qa mala ſunt facta illius.Ex qua re ꝙcqd eſt in hoc ſeculo terreno,ſan/ ctū eſſe nō poteſt.Sion aūt montē ex prophetico dicto conſtat eſſe ſanctū & ſpiritalē. In quo mōte à ſpiritu ſancto filius dei rex cōſtitutus eſt, annūci ans uolūtatem & imperium dei patris ſui: & Sina montem terrenum eſſe in arida terra cōſtitutum,qui eſt in Syria Palæſtina,ubi eſt terra Iudæa, ubi eſt & ciuitas illa interfectrix prophetarum,ante cuius portam CHRISTVS

Sion & Sina montes diſtincti.

à Iudæis crucifixus est in horto, quæ ciuitas dicitur Hierusalem per Esaiam prophetam, spiritaliter uero execrata & derelicta. Nec immerito & deus ex eodem monte Sina terreno per Moysen adhuc in carne terrena primi hominis positum populo Iudæorum terreno, & carnali, legem à deo recepit illis tradendam, digitis sacris scriptam in duas tabulas lapideas, licet digitis sacris, tamen digitis in figura carnis, quasi populo carnali & durissimo, sicut fuerunt tabulæ lapideæ durissimæ, in quibus tabulis legem acceperũt. Ideo in duabus significãs unitatẽ populi diuidi in duas partes, partẽ quæ saluat̃, & partẽ incredulã quæ perit, dicẽte angelo ad Rebeccã uxorẽ Isaac, duæ gẽtes in utero tuo sunt, & duo populi de uẽtre tuo diuident̃, & populus populũ superabit, & maior seruiet minori. Rebecca uero figurã portat ecclesiæ, sicut Isaac uir eius typũ in se portabat CHRISTI. Ergo cũ dicit duæ gẽtes in utero tuo sunt, quia & de gentibus duas partes futuras designabat, partem idolatriæ deditam, & partem credulam uiuentem per fidem, hanc unam partem gentium designat in utero ecclesiæ permanere generationem in æternũ in figura Rebeccæ, & partem populi infidelium Iudæorum à uentre tũc Rebeccæ diuidi & separari à natiuitate ecclesiæ. Hæc fuit p̃figuratio in Genesi per angelum spiritaliter annunciata. hæc uero nomina eorum montium talem habẽt interpretationem in lingua Latina, demonstrantem ueritatem, qui sint hi duo montes Sina, uel nunc Sion: quod quidem post paululum dicturi sumus. Ita enim hanc ueritatis interpretationem probauimus, de principio generis humani uenientem. Ita enim omnipotens deus ab initio mundi, & deinceps omni homini nascendi dedit tempus. & nati nomina à parentibus suis accipiebant, non quidem ex se, sed à deo mente impellebantur. Qui antequàm fiant præscius futurorum, quales post crementum ætatis suæ futuri essent, posteriori tempore uegeti in nominibus Hebraicis designabantur. Quid singulis futurum esset interpretatio nominum designabat ueritatem, sicuti tunc temporis in patriarchis completum est, secundum primi hominis carnẽ ex terra & limo esse ex ipso prothoplasto probamus ueritatem. Nomen accepit à deo. Hebraice Adam interpretatur terra caro facta, eo quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptũ est: Palmo mensus est cœlum, & pugno cõprehendit terrã, & finxit hominem ex omni limo terræ. Ad imaginem dei fecit illum. Oportuit illũ ut ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen in se portaret Adã. Inuenimus in scripturis per singulos cardines orbis terræ esse à conditore mundi quatuor stellas constitutas in singulis cardinibus. Prima stella orientalis dicitur ἀνατολή, secunda occidentalis δύσις, tertia stella Aquilonis ἄρκτος. Quarta stella meridiana dicitur μεσημβρία. Ex nominibus stellarũ numero quatuor, de singulis stellarum nominibus tolle singulas literas principales. de

Gen. 25.

Nomina nascentibus consona dabãtur.

Adã terra interpretatur.

Esa. 40.

Gen. 2.

Stellæ quatuor cardinibꝰ mũdi constitutæ Adã cõponũt.

pales.de ſtella Anatole a.de ſtella Dyſis d.de ſtella Arctos a.de ſtella Meſembria m.In his quatuor literis cardinalibus habes nomẽ Adã.Nam& in numero certo per quatuor literas Græcas deſignatur ἀδὰμ hoc modo,α μία, id eſt unum.δ τέσσαρα,id eſt quatuor. α, id eſt unũ. μ τεσσαράκοντα,id eſt quadraginta.Ex quibus reſultat numerus quadragenarius ſenarius,paſſionem carnis Adæ deſignans,quam carnem in ſe figuralem CHRISTVS portauit,& eam in ligno ſuſpendit.Quæ caro dominica à deo patre Ieſus uocata eſt.Spiritus ſanctus qui de cœlo deſcendit,CHRISTVS dei uiui deo uocatus eſt,ſpiritus carni mixtus eſt Ieſus CHRISTVS.Hic ergo numerus xlvi. paſſionem declarat, eo quod ſexto milleſimo anno hora ſexta paſſus à mortuis reſurgens, quadrageſimo die in cœlis aſcendit. Vel quia Salomon quadraginta ſex annis templum deo fabricauerit.In cuius templi ſimilitudinem Ieſus carnem ſuam eſſe dixit dicens Phariſæis. Deſtruite fanum iſtud,& ego in tribus diebus excitabo illud.Et Phariſæi dicebant:quadraginta ſex annis ædificatũ eſt fanum iſtud,& hic in tribus diebus ſuſcitabit illud? Dicebat autem Ieſus fanum de corpore ſuo. Deinde Abel filius Adæ nomen accepit Hebraicum,ſignans fratris interfectionem, & parentũ luctum. Item Enoch,qui ante diluuium deo iuſtus complacuit, & ideo de iſto mundo in carnis ſuæ natiuitatẽ uiuus trãſlatus eſt in loco,ubi deus ſcit, ex quo loco cõſummationem mundi innouare habet in hoc mundo, unde etiam tranſlatus eſt ad confundendum & reuincendum antichriſtum.Quo interfecto martyria ſua complebunt uiuentes in æternum in ſecula ſeculorũ.Et ideo Enoch interpretatur innouatus.Deinde Iob iuſtus,qui ante diẽ iudicij meruit uoce iudicis laudari,& ideo diabolo deuicto & ſuperato, Iob interpretatur chariſſimus dei. Aeque & Abraam in ſinu à natiuitate à patrẽ tibus ſuis Abram uocatus eſt,tentatus uero à deo fidelis inuentus eſt, & à deo benedictus pater multarum gentium conſtitutus eſt,& ideo immutato nomine à deo Abraam uocatus eſt,interpretatur pater multorum populorum.Ecce interim de multis probationibus pauca diximus, ut ad duorum montium nominum prouenientes interpretationes,quorum montium nomina probemus,qualiter deſignata ſint ad noſtram inſtructionem, ut ex hac interpretatione nominum intelligamus mõtem Sina eſſe terrenum, & montem Sion eſſe cœleſtem.Spiritaliter interpretatur Sina tentatio æterna & odium,& mons Sion tentatio exacerbationis æternæ & ſpeculatio. Ita intelligitur cum dicitur mons Sina tentatio æterna & odium, eo quod ex eo monte Moyſes legem acceperit populo duriſſimo & contumaci.Per quã legem tentati à deo æterno,& inuenti ſunt non poſſe eandem legem ſuſtinere in perpetuum,exinde deo in odium conuerſi ſunt.Ideo in nomine mõtis Sina,unde legem acceperant,interpretatio nominis deſignauit populũ

Auguſtin9 tractatu.9 &.10. in expoſitione euãg. Ioan.2.

Matth.26.

Mar.14.

Matth.27.

Mar.15.

Abelis interpretatio.

Enoch interpretatio.

Iob interpretatio.

Abraam interpretatio.

Sina quid myſtice.

Sion.

tentatum à deo,& in æternum odium esse conuersos,ideo dicitur Sina tentatio æterna & odium. Inuenimus in scripturis eos esse à deo tentatos ita
Exo.16. positum,dicente domino ad Moysen.Exeat populus iste,& colligant diurnum in diem,& tentabo eos an possint legem meam sustinere an non,& tentati à deo per legem inuenti sunt ab ea lege alieni.Exinde deo in odium æternum conuersi sunt,& completa est interpretatio Sina. Manifesta uero & Moysen,per quem eos deus per legem tentauit,in latino interpretatur similiter Moyses tentatio dei,& inuentio,per quem tẽtati à deo inuenti sunt alieni à legis obseruatione,ideo in æternum deo in odiũ conuersi sunt.Hoc odium in ipso genere Iudæorũ scriptũ inuenimus dicente Isaac de duobus
Gen.27. suis filijs Esau maiore,& Iacob minore dicens.Iacob dilexi:Esau autẽ odio habui.Esau uero maior pilosus fuit totus,inquit,quasi corium pilosum,in figuram populi maioris impietate delictorum suorum constitus. Et Iacob fuit lenis & minor,in figura populi nouellioris,qui ex dicto audiẽtiam per credulitatis fidem ex aspredine seculi in lenitatem conuersus est ad CHRISTVM dominum,& dei filium.Ecce probauimus per scripturarum fidem populum maiorem & uetustiorem esse deo in odium conuersum secundũ interpretationem montis Sina dicentis,tentatio æterna & odium. Atq; etiam Sion mons ita interpretatur tentatio exacerbationis & speculatio. Hæc uero interpretatio latina ligni sacri passionem designat,dicente Salo-
Sap.2. mone de ipsa passione dominica: Contumelia & tormento interrogemus illum,ut sciamus reuerentiam illius,& probemus patientiam ipsius,& tentemus quæ uentura sunt illi.Si enim uere filius dei est,suscipiet illum,& liberabit eum de manibus contrariorum,morte turpissima condemnemus illũ. Hæc cogitauerunt & errauerunt,excæcauit illos malitia ipsorum,& non in-
Psal.105. tellexerunt sacramenta dei.Ecce tentatores Iudæos.Item scriptum est.& tentauerunt deum in loco inaquoso. Speculum uero altitudinem ligni decla-
Canti.1. rat dicente Salomone.Posuerunt me uelut custodiam pomarij,eo quod in horto in ligno confixus inter duos latrones pependit,& de altitudine ligni ambos speculatur in figura duorum populorum malefactorum. Gentes in seculi mala facta iacentes,& Iudæos interfectores prophetarum. Hi sunt duo populi malefactores,quorum figuram in se portabant duo latrones,in
Latro blasphemus. ter quos pependit innocens. Vnus blasphemabat,alius uero confessus est,
Latro confessor. quia innocens iniuriã patitur.Iesus autẽ ambos speculabatur de ligno speculatorio blasphemũ & confessorẽ:cõfessorem saluauit,& blasphemũ perdidit,sicuti de duobus populis fecit. Persecutores derelicti,qui in æternæ mortis sentẽtia sibi non crediderint,si sic de seculo exierint perient.Gentes uero ad se conuersæ fidem sibi habentes,quia filius dei est,saluati uidebunt in æterna secula seculorum Imperatorem & regem suum. Verum ipsam pas-

sionem

sionem pendens in ligno, duas partes populi prospiciẽs speculabatur, de alto ligno partem populi, qui uiderat uirtutes eius mirabiles & deificas, patiẽtem illum. Alij iniuriam dolentes plorabant, alij uero Iudæi irridentes de arundine caput ei quassabant blasphemantes & dicentes. Aue rex Iudæorum: Vbi est pater tuus? ueniat & liberet te de cruce. Exinde exacerbatus pater fecit cœlum patefieri & tonitrua facta sunt insustinibilia, terra cõmota, patefacta sunt sepulchra & corpora, à semetipso uelum templi scissum est in duabus partibus, & à tanto fragore cœli & terræmotus omnes qui stabant ante lignum, alij dolentes, alij uero blasphemantes illudentes prostrati in faciem iacuerunt trementes tanq; mortui. Tunc Iudæi intellexerunt se offendisse dominum, & in luctum conuersi sunt, & fuit exacerbatio. Eo enim tempore quo in ligno confixus pependit dies fuerunt azymorum, qui sunt dies festi Iudæorum. Eo die metuentes factum esse terræmotum & cœli fragorẽ prostrati facie in terra plangentes in luctum conuersi sunt, & in ipsa passione compleuit propheticum dictum. Et conuertam dies festos eorum in luctum, & cantica eorum in lamentationẽ. Ante eũ cũ captiui detenti essent à Babylonijs dicebant illis Babylones. Cãtate nobis cantica de canticis Sion, & Iudæi lamentantes captiuitatem suam dicebant ad Babylonios, ut diximus lamentantes se. Quomodo cantabimus cãticum domini in terra aliena? Ecce quatenus impleta est interpretatio montis Sion, tentatio exacerbationis & speculatio, unde manifestum est montem Sion ligni sacri regnum in sanctitate iustificatum dicente Dauid: Annunciate regnum dei in gentibus. quia dominus regnauit de ligno, & transiuit in gẽtibus. De quo regno ligni regalis idem propheta dicit. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, annuncians imperium eius. Quod dictũ propheticum per Pontium Pilatum in sua passione pendens in ligno compleuit. Pontius Pilatus infusa mente à deo accepit tabulam & titulũ, & scripsit tribus linguis, Hebraice, Græce & Latine, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. & in capite ligni clauis tabulam cum nomine regis Iudæorum cõfixit. Tũc manifestauit propheticum dictũ, eo quod spiritaliter mons Sion crux est, quæ est uirtus dei, apostolo Paulo dicente: Crux CHRISTI nõ credentibus stultitia est, credentibus autem uirtus dei est. & iterum dicit: Nos autem annunciamus uobis CHRISTVM & hunc crucifixum. Iudæis quidem scandalum, stultitiam autem gentibus, ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis dei uirtutem & dei sapientiam. Sic uero & alius propheta declarat lignum passionis dominicæ esse montem Sion sanctum in spiritu ita dicens: Quis ascendit in montem domini, & quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus. dextera leuaq; extensis manibus clauis fixis, innocentiam demonstrans. Ideo dicit innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, & non iurauit subdole proximo suo, hic accipiet benedictionem

Matth. 27. Ioan. 19.

Amos. 8. Tobiæ. 2. 1. Mach. 1.

Psal. 136.

Ibidem.

Ibidẽ. 95.

Ibidẽ. 2.

Christi titulus.

1. Corin. 1.

Psal. 23.

nedictionē à domino,& miſericordiā à deo ſalutari ſuo. Omīs paſſio homi
num in terrā cadet,hæc ſola paſſio crucis ſtantē demonſtrat. Vnde uere di-
cimus montē ſanctū lignū eſſe paſſionis. Inde innocens manibus & mūdo
corde,hoc dicto prophetico Iudæos redarguebat,qui Moyſen præponen-
tes CHRISTO dño illius,eo quod Moyſes cū in montē Sina aſcēdiſſet,ut
legem Iudæis acciperet innocens manibus & mundo corde non fuit. Neq;
enim mūdo corde,eo quod Aegyptium calce percuſſit in Aegypto,& mor-
tiferauit eum,cū manibus ſuis in arena obruerit. CHRISTVS autē in mon
tem ſanctū aſcendit lignū regni ſui,ut moreretur à Iudæis, q̄p̄q̄ ipſe aliquē
hominū non mortiferaret,niſi ſolū diabolum inimicū generis humani. Ex-
inde in montē aſcendens innocens & mundo corde,& ideo propheta dicit:
Pſal.23. Quis aſcendet in montē dñi.& quis ſtabit in loco eius? Innocens manibus
& mundo corde. Et declarauit montē Sion ſanctū eſſe ſanctam crucē dicen
Eſa.2. te æque propheta. De Sion exiet lex,& uerbū domini ab Hieruſalem. Lex
Chriſtianorū crux eſt ſancta CHRISTI filij dei uiui, dicente æque ꝓpheta.
Lex tua in medio uentris mei. Percuſſus in lateris uentre de lancea, ſanguis
& aqua mixtus perfuſus affluebat,unde ſibi eccleſiam ſanctā fabricauit, in
Ioan.7. qua legem paſſionis ſuæ conſecrabat dicente ipſo: Qui ſitit,ueniat & bibat.
Ibidem. Qui credit in me ſicut ſcriptum eſt, flumina de uentre eius fluent aquæ
Pſal.1. uiuæ. Item in pſalmis. Et erit uelut lignum quod plantatū eſt ſecus decurſus
aquarum,quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Ecce uerbū propheti-
cū fructū reſurrectionis die tertio ſpiritaliter intelligendum dicēs. De Sion
enim exiet lex,hoc eſt de ligno regali,& uerbum domini ab Hieruſalē, quæ
eſt eccleſia. Caro ligno confixa emiſit uerbū dominicum dicens,heli,heli. Et
adimpletū eſt per propheticum ſpiritale ante dictum. De Sion exiet lex, &
Apocal.21. uerbum domini ab Hieruſalē. De qua dicitur in Apocalypſi: Vidi Hieruſa
lem de cœlo deſcendentem nouam ciuitatē quadratā per quatuor euange
lia,habens duodecim fundamenta duodecim prophetarū, duodecim por-
tas duodecim apoſtolorū,per quorū annunciationē Chriſtiani in hanc ci-
uitatē ſanctā & nouā introierūt,quæ ſpiritalis eſt eccleſia. Ecce probauimus
per omniū ſcripturarū deificarū fidem duos montes Sina in terra, & Sion
in cœlo,duorum teſtamentorū portare figuram,ueteris Sina,& noui Sion.
Ex quibus Sion duobus montibus uide & duo teſtamenta, his poſteriori
tempore demonſtratos & declaratos duos populos,ueterem & priorem Iu
dæorum,& nouum & poſteriorem populū Chriſtianorum,Iudæos terre-
nos,qui terram ꝓmiſſam à deo acceperūt carnales,& Chriſtianos cœleſtes,
qui regna cœlorū à deo ꝓmiſſa accepturi ſunt in futuro ſeculo. Caro enim
Chriſtianorum ſpiritalis & immortalis erit. Aliā probationem ueritatis ſcri
pturis poſitā ex ea ueritate cœleſtem & ſpiritalē facimus figuratā cōparatio-
nem de huiuſmodi conuerſis. Diximus enim montis ſancti Sion,quod li-
gnum

gnum regale & sacrũ haberet interpretationẽ de Hebraico Græco uel Latino, tentatio exacerbationis uel speculatio, eo quod de ligno speculabatur ante se stantes bonos & malos. Ita inuenimus ipsum saluatorem per Salomonem speculũ immaculatũ patris esse dictũ, eo quod sanctus spiritus dei filius geminatũ se uideat pater in filio, & filius in patre, utriq; se in se uident, ideo speculũ immaculatũ. Nã & nos qui illi credimus, CHRISTVM in nobis tanq; in speculo uidemus, ipso nos instruente & monente in epistola Ioannis discipuli sui ad populum. Ita me in uobis uidete, quomodo quis uestrum sic uidet in aqua aut in speculo, & confirmat Salomonicũ de se dictũ dicente: Qui est speculum immaculatũ patris. Verum etiam & uitem se esse dixit, patrẽ suum agricolam. Si ergo CHRISTVS uitis uera, utiq; constat quia & nos qui in illo credimus, & ipsum induimus, sum9 uitis uera, quæ est uinea dominica: Et CHRISTVS custos uineæ suæ, dicente Salomone. Posuerunt me custodem in uineam. Inuenimus ergo in conuersos huiusmodi in similitudinẽ spiritalẽ figuraliter esse uineam habentẽ dominum & possessorem suũ. Verum tẽpore maturo propè dies uindemiarũ ponunt in uineã custodem puerũ in alto ligno media uinea confixo, & in eo ligno faciũt speculũ quadratũ de arundinibus quassatis, & per singula latera quadraturæ speculi faciunt cauernas ternas, quæ faciũt cauernas duodecim. Per quã quadraturã cauernarũ custos puer omnẽ uineã perspiciens custodiat cãtans, ne uiator ingrediens uineam dominicã sibi assignatã uexet, uel fures uuam uineæ conculcent. Quod si importunus fur egens in uineã uoluerit introire & uuam demere, illic puer sollicitus de uinea sua deintus de specula dat uocem maledicens & cõminans, ne in uineam uiator fur audeat accedere dicens, rectus ambula. Fur autem timens uocem pueri sibi cõminantis refugit de uinea, speculum uidet, uocẽ audit, puerum intus in speculo sibi cõminantẽ nõ uidet, timens post uiam suam uadit. Hic conuersus secularis simulat gratiæ spiritali. Ita est enim & in populo deifico sicut in uinea terrena. Vinea dominica & spiritalis plebs est Christianorum, qui custoditur iussu dei patris à puero CHRISTO in ligni speculo exaltato. Quod si uiator diabolus perambulans uiam secularem, si ausus fuerit de uinea spiritali hominẽ de plebe dominica separare & uexare, statim à puero cœlesti correptus, & spiritalibus flagris emendatus, exulans ad centesimũ effugit in locis aridis & desertis. Hic est custos puer filius dominicus, qui uineam suam sibi à patre commendatam saluandam & reseruandã custodit, pro quo per Esaiam prophetam canit dicẽs: Ecce puer meus filius meus dilectissimus, super eũ ponã spiritum meum, & iudiciũ gentibus nunciabit, non clamabit neq; contendet. Arundinẽ quassatam nõ cfroninget, & linum fumigans nõ collocabit, quo aduso; expellat in cõtentione iudiciũ, & in noie eius gentes credant.

Christus patris speculum. Sap. 7. Ioan. Sap. 7. Io. 15. Cant. 1. Esa. 42. Matth. 12.

FINIS.

TRACTATTS DE RE-

VELATIONE CAPITIS BEATI

IOANNIS BAPTISTAE.

Macheronta.

NARRAT Iosephus uinctum fuisse Ioannem baptistam in castello Macheronta, ibiq; caput eius truncatum fuisse, ac denuo sepultum in Sebaste ciuitate regionis Palæstinæ, quæ quondam Samaria est appellata. Post longum uero tempus monumentum eius pagani inuaserunt, & ossa per campi planiciem dissipauerũt, rursumq; collecta igne concremauerunt, & postea per agros cremata proiecerunt. Postea ue-

Ossa Ioannis collecta.

ro aduenerunt quidam monachi religiosi uiri de Hierosolymis ad locum eiusdem monumenti, audientes ea quæ Ioanni acciderant, & quicquid potuerunt ex ossibus illius colligentes ad patrem suum Iosephum detulerunt Hierosolymam, & ille transmisit ea cum alijs uiris religiosis Athanasio Alexandriæ pontifici fidelissimo. Ibiq; miro modo fuerunt seruata usque ad tempus Theophili eiusdem urbis episcopi. Qui Theophilus iubente Theodosio principe omnia idolorum phana in illa regione CHRISTO faeuente destruxit, & ecclesiam miræ magnitudinis construxit, & in honorem eiusdem sancti Ioannis baptistæ cõsecrauit, & illius ossa quæ sibi direxerat suprascriptus Athanasius in eadem ecclesia congregatis sibi uicinis pontificibus ex omni parte cateruatim omnibusq; ordinibus clericorum & populorum honorifice constituit. Igitur accedente paschali festiuitate decollatus

Ioannes truncatus.

est Ioannes baptista imperante nequissimo Herode, qui dari saltanti puellæ caput eius iussit, & multo post decollationem eius, accedente illo anno

Decollationis Ioannis instituta solẽnitas.

quo constructa est ecclesia in nomine eius, & ossa eius ibidẽ collata à Theophilo pontifice iubẽte Theodosio principe in honore eius consecrata est quarto calendas Septembris. Sollennitas nanq; eius mirifice est consecrata in dedicando. Caput autem illius tunc temporis repositum adhuc erat in loco quo illud in absconso uxor Herodis deposuerat, nemine sciẽte postquàm à filia in disco suscepit. Si quis omnia plenius uoluerit scire, chronicam Marcelli principis legat, & ibi reperiet duos monachos ab Oriente in

te in Hierusalem uenisse causa orationis ,in tempore Marciani Imperatoris. Quibus monachis in uisione angelica dictum est. Ite ad palatium Herodis, qui quondam hic fuit perfidus princeps, introeuntes perspicite diligenter,& ubi fumum è terra ascendentem uideritis, fodientes ibi caput Ioannis baptistæ incunctanter inuenietis. Et ita fecerunt,& cum magno honore danculum secum Hierosolymam deportauerunt. Et non multo post à latronibus raptum est: mittentes in quodam specu ibidem dimisserunt,donec idem Ioannes CHRISTO auxiliante cuidam uiro religioso nomine Marcello sacerdoti, qui in eodem specu morabatur ut eremita, reuelauit dicens: Accipe caput meum,quod in hoc specu depositum est à latronibus,& defer illud Iurãno episcopo,qui nunc præest Alexandriæ ciuitati post Theophilũ deo charum,ubi reliquiæ corporis mei requiescũt. Et sic fecit Marcellus CHRISTO annuente. In eadem igitur solennitate collectionis reliquiarum illius & translationis & ecclesiæ consecrationis allatum est caput Ioannis baptistæ ad ciuitatem Alexandriæ à Marcello præsbytero, & datum Iurãno episcopo quarto calendas Septembris. Et Iurãnus suscepit illud collocãs mirabiliter in eodem loco perpetim custodiendũ. Et ideo hodierna festiuitas collectio beati Ioannis baptistæ non decollatio nominanda CHRISTO annuente,sed inuentio ac reuelatio capitis eius. Iamq; idem uir domini Iurannus episcopus & Marcellus sacerdos feliciter ad dominum ex hoc mũdo in pace migrauerant. Annis euoluentibus non plurimis cuidam uiro religioso sacerdoti ac monacho Felici nomine,qui orationis gratia ab Occidẽtali parte in illis diebus Hierosolymam adierat,angelica uisione dictum est. Felix surge concitus & pergens ad ciuitatem Alexandriæ inuenies ibi ecclesiam in honorem sancti Ioannis baptistæ consecratam,ubi caput eius cum tribus paruulis innocentibus recõditum est. Quod accipiens transfer in partibus Galliarum in regione Aquitaniæ,in loco quẽ tibi ostendero. De qua uisione certus expergefactus reuerendus senex gaudio amplissimo repletus,pergens illico ubi iussus fuerat,sicuti ei dictum fuerat,cuncta reperiens,rectori sui itineris grates innumeras rependit. Properansq; ad locum,thesaurum sibi à deo destinatum in unius sportellæ cõclusit sinu. Statimq; retro iter arripiens iunctis sibi socijs septem fratribus suis, qui cum eo ibi erant, uallansque omnem regionem illam, perueniens ad littora maris, inuenit nauem cum remigibus ac gubernaculis à deo paratam: Quam ingressus est cum thesauro & magni precij margaritis. Igitur fratres & socij eius descendentes cum eo in naui gratias agentes in hymnis & laudibus deum benedicentes, alta petunt equora. Cumq; in mare iter agere cœpissent, Felix eleuatis oculis ad cœlum palmas tetendit dicens. Domine Iesu CHRISTE, qui fecisti cœlum & terram, ma-

Ioannis caput inuentum.

Felicis oratio.

re &

re & omnia quæ in eis sunt,& profundum abyssi intueris,qui super undas maris siccis pedibus ambulasti,& Petrum mergentē manu erexisti,& Paulum ter de naufragio liberasti. Libera nos de magnis fluctibus huius pelagi,ut uiuentes benedicamus nomen tuum in secula. Mittere etiam domine dignare sanctum angelum tuum de cœlis,ut sit dux itineris nostri,sicut fuit quondam patribus nostris,quando eduxisti eos de terra Aegypti in fortitudine magna,& in manu tua ualida,& perduc nos recto itinere ad locum optatum,ad sanctas & precioſas margaritas collocandas. Hæc & his similia orante beato Felice, ecce nubes lucida descendit super nauem, & de medio nubis egressa est columba adinstar niuis,& super puppim nauis immobilis perstitit tam in die quàm in nocte, usq; dum in partibus Aquitaniæ ad littus maris Oceani pertingerent. Cumq; non longe à terra se esse cognouissent,diuerterunt ad portū qui appellatur Angolismensis,qui est situs in pago Alnensi. Ibiq; exeuntes de naui ad terram paulisper requieuerunt. Mouentes autem ex eodem loco quasi miliaria duo,inuenerūt eminus corpora mortuorum, regem uidelicet Vuandalorum cum omni exercitu suo iacentem super faciem terræ,ut opinor quasi uiginti milia uirorum. Quoniam egressus fuerat isdem populus crassa ceruice de uagina sua per mare cum classe magna,& uentus uehemens irruit in eos, & transuexit in partes occidentis in supradictū portū Angolismensem. Nunciatūq; est Pipino regi Aquitanorū, quod gens Vuandala regnū eius inuaderet. Misitq; in omnes terminos Aquitanorum ac Xanctonicæ,necnō Angolismæ,siue in omnes terminos eorum,ut contra eos pergerent ac dimicarent,quia isdē rex Pipinus tūc morabatur in territorio Alnense super fluuiū Vultonna, in palatio qui uocatur Engeriacus,inter medios fines Pictauorum ac Xanctonicæ. Denicq; cum isdem rex Pipinus cum omni multitudine armatorū occurreret hostibus suis, fecit dominus salutem magnam omni exercitui suo,ita ut nullus euaderet ex hac multitudine,qui non cæde uastaretur. Supradictus autem rex uidens sibi à domino auxilium de cœlo fuisse præstitum,& ultorē de inimicis, ita ut nō minuerentur de exercitu suo nisi uiginti uiri quos præ cæteris ualde diligebat. Quos accipiens singulis deposuit fere tris. Lætus pro uictoria,mœstus pro amissorū funeribus exercitū reuocat, pergere cupiēs ad ꝓpria. Cūq; ab hac cæde quasi quatuor miliaribus disiūcti essent,figere tētoria imperat,pressusq; somno stratū suū parari in papilionibus iubet. Tūc ꝓ lassitudine somno ingruēte uox diuina oblata est dicens ad eum. Cur te piger somnus ita pressit? Noueris magni uiri Ioannis baptistæ caput ex transmarinis partibus ab Oriente cum tribus paruulis innocentibus ad hunc pagum deferri,& propter eius meritum in hoc prælio diuinitus uictoriam tibi à domino esse collatam. Respondit ei rex Pipinus in

Columba felici apparuit.

Vuandali in Aquitaniā dejecti.

Pipinus Vuandalis occurrit.

Pipinꝰ uictor.

Vox ad Pipinum.

nus in uisione dicens: Si tanta beneficia propter eius meritum in me uigent, indica mihi quid agam: aut quemadmodum inuestigare uel inuenire potero eum? Respõdit ei uox diuina dicens. Ecce post tergum tuum sequũtur te septem fratres in habitu peregrinorum, & unus qui cæteris præesse uidetur Felix uocatur. Vade in occursum eorum cum paucis, & in humilitate cordis benigne susci pe. Adornatisq; præciosissimis margaritis pacifice tecum ducere coneris, & uidebis magnalia dei. Vir autem domini Felix uisa tanta multitudine cæsorum corporum pauore perterritus, tamen de adiutorio dei confisus confortat socios, & ut paulisper iter agerent, admonet. Diuertentesq; ex aduerso paruulum sibi statuerunt habitaculum, ut eadem nocte usq; mane in eodem permanere potuissent. Prædictus autem rex Pipinus à somno euigilans intra semetipsum cogitare tacitus cœpit exuisione quam uiderat, quid agere deberet, recogitans quia in antiquis est sapientia, & multorum præteritorum prudentia. Mittensq; concitus accersiri iubet uirum prudentem, ac in omnibus operibus pollentem nomine Felicem, ut de tanta manifesta uisione dominum pulsarent, ut eis salubre consilium suggerere dignaretur. Igitur consilio inuentum est, ut exutis uestibus & calciamentis suis in cinere & cilicio nudis plantis incedentes, sicuti oraculo diuino admonitus fuerat, obuiam famulis dei procederent. Cumq; se mutuo conspexissent iacentes, tam ipse quàm omnes qui aderant, proni in terram tamdiu adorauerunt, quoadusq; famuli dei ad locum ubi iacebant pertingerent. Cumq; dominum benedixissent, & seinuicẽ salutassent, osculum pacis sibimet dederunt. Leuantesq; se à terra lachrymabiliter interrogabant seinuicem, qua causa hæc quæ uiderant & audierant accidissent. Vir autem domini Felix cuncta intelligens à deo esse manifesta, retexit historias quemadmodum Hierosolymis iuerit orationis gratia, & thesaurũ suũ absconditum diuina misericordia ei reuelauerit, & facta oratione cũ omnes respondissent: amen. eleuatis Felix preciosissimis margaritis, capite scilicet Ioannis baptistæ & reliquijs sociorum eius beatorum martyrum innocentium cum hymnis & laudibus psallentium dirigit chorum. Quo audito cunctus exercitus qui in castris erat, quasi unus uir ei obuiam processit numero triginta milia uirorum. Exequias uero mortuorum qui in prælio corruerãt, secum deferentes petebant auxilium à domino per præcursorem suum Ioannem, ut cuius reliquiæ deportarentur diuina gratia manifestare dignaretur, promittentes se tantam fidem habere ut quicquid peteretur sanctus Ioannes domino annuente, tribuere posset. Apprehendentesque sportellam, in qua beati Ioannis baptistæ caput continebatur, singulis feretris imposuerunt mortuos tangentes. Miro atque inestimabili modo mox ut tetigit ossa iacentium, uita per mortuum mortuis reddita est.

Senes prudentes.

Ceremoniæ in suscipiendo capite Ioannis.

Mortuis per mortuum reddita uita.

Surrexerunt autem eadem hora ab officio funeris uiginti uiri tam celeriter

celeriter ac ſi à ſomno eſſent excitati,& qui à flentibus amicis portabantur ad tumulandum,ijſdem gaudentibus ad uitam redirent. Vidēs autem rex Pipinus & cunctus exercitus magnalia quæ circa eos dominus geſſerat per præcurſorem ſuum Ioannem baptiſtam,plaudentes manibus benedicebāt dominum,qui fecit mirabilia in cœlo & in terra. Vir autem domini Felix & ſocij eius gaudio repleti,unā cum rege Pipino & exercitu eius leuātes caput beati ac præcellentiſſimi præcurſoris CHRISTI Ioannis baptiſtæ & beatorum innocentium,cum gaudio & lætitia iter agere cœperunt. Cumq; nulla mora fieret in eundo peruenerunt ad quandā uillam,quæ appellatur Vultonia. Cūq; ibidem pauliſper quieuiſſent,obuius eis quidā cæcus factus, eſt,qui ſtatim ſanus effectus eſt per beatiſſimi præcurſoris merita. Cūq; de eodem loco eis moueri placuiſſet,arripiunt iter per uiam quæ ducit ad paludē cognomen Matheuallis. Cūq; eis aliquantulum ibi requieſcere placuiſſet,ecce quidam debilis pedibus,qui ſe erigere omnino nequibat, rependo ſe trahens obuiam eis proceſſit. Iamq; propinquantes ad locum quò tendebant,ſuper fluuium Vultonna ad palatium nomine Engeriacum peruenerunt. Audiens autem omnis populus à maximo uſq; ad minimum, à uiro uſq; ad mulierem,omnes ſimul in unum cōglobati obuiam eis proceſſerūt. Cūq; ibidem ante palatium regis Pipini ueniſſent,in baſilica beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemper uirginis Mariæ cū magno feruore & ſtudio, illico ad cuſtodiendum depoſuerunt. Lætatusq; eſt uniuerſus populus lætitia magna, & celebrauerunt ſolennitatem huius diei quarto calēdas Septembris & reuerſi ſunt unuſquiſq; ad habitacula ſua. Igitur beatus Felix & ſocij eius cum uenerando rege inter cætera dominum deprecabantur, ut eis ſalubre conſilium ſuggereret,quonam in loco ſancta membra locarent. Aedificantesq; baſilicam,& in ea ciborium cum ſex columnis marmoreis mirifici operis bene compoſitis nō longe à Vultonnæ littore, ſed ut arbitror centū ſtadijs. In quo cum aromatibus & plurimis bonis odoribus condientes caput beati Ioannis baptiſtæ almi præcurſoris CHRISTI,& beatorum trium innocentium corpora ſimul in hoc ciborio conduſerunt. Domino autem auxiliante hoc ædificium completum eſt feliciter. Fecit etiam idem rex fontem ductorium,qui à duobus ferè miliarijs per profūdiſſimos terræ meatus ad palatium eius ductus decurreret,& ut in ipſam baſilicam per ferrum & æs introduceretur,ac ſubitus ciborium per concauam marmoream columnam ebulliret. Ibiq; ſacri baptiſmatis ablutio fieret:ſicq; iterum ad primos aditus reflecteretur. Conuocans igitur rex Pipinus & beatus Felix pontifices & ſacerdotes,omnesq; patriæ nobiles, benedicentes eccleſiam,atq; in honore eiuſdem Ioannis baptiſtæ dedicando mirifice conſecrantes,& prædijs ac poſſeſſionibus ſuis à progenitoribus ſibi dimiſſis eam nobiliter dotauerunt. Ordinatisq; omnibus neceſſarijs,monachos ibidem deo in perpetuū ſeruituros

Cæcus illuminatur.

seruituros statuerunt. Postmodũ multa domino mirabilia operante per famulum suum Ioannem baptistam. Tandem uero metam narrationi ponẽtes, oremus immensitatem bonitatis CHRISTI, ut sua potenti dextera sustultos nos ad æternæ quietis stationem perducat: qui uiuit & regnat cum patre & spiritu sancto per omnia secula.

FINIS.

EXPOSITIO IN SYMBOLVM APOSTOLORVM.

MIhi quidem fidelissime papa Laurenti ad scribendum animus tam non est cupidus quàm nec idoneus, scienti non esse absq; periculo multorum iudicijs ingeniũ tenue & exile committere. Sed quoniam, ut conueniatis quæ dixerim, temere in epistola per CHRISTI me sacramẽta quæ à nobis maxima cũ reuerentia suscipiuntur, astringis, ut aliquid tibi de fide secundum symboli traditionem rationemque componamus, quamuis supra uires nostras sit pondus præcepti. Non enim latet sententia illa sapientium quæ probe admodum dicit, quia de deo dicere etiam uera, periculosum est. Tamen si expositionis à te impositæ necessitatem orationibus iuues, dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia quàm ingenij præsumptione tentabimus, quæ quidẽ nõ tam perfectorum exercitijs digna uideantur q̃ ad paruulorum in CHRISTO & incipientium librentur auditum. Et quidem comperi nonnullos illustrium tractatorũ aliqua de his pie & breuiter edidisse. Fotinum uero hæreticum scio eatenus conscripsisse, nõ ut traditionem dictorum audientibus explanaret, sed ut simpliciter & fideliter dicta ad argumentum sui dogmatis traheret, cum in his uerbis sanctus spiritus prouiderit, nihil ambiguum, nihil obscurum, nihil à reliquis dissonãs poni, quia in his uere completur prophetia qua dicitur: Verbum enim consummans & breuiãs in æquitate, quia uerbũ breuiatum faciet dominus super terram. Nos ergo uel simplicitatem suam uerbis apostolicis reddere & assignare tentabimus, uel quæ omissa uidẽtur à prioribus adimplere, sed ut manifestius fiat argumentum uerbi huius, ut diximus, breuiati, causam qua hæc traditio ecclesijs data est ab origine repetemus. Tradunt maiores nostri quod post ascensionem domini cum per aduentum sancti spiritus super singulos quosque apostolos igneæ linguæ sedissent, ut loquelis diuersis uarijsq; loquerentur, per quod eis nulla gens extera, nullæ linguæ barbaræ inaccessæ uiderentur, & in uia præceptum eis à domino datum ob prædicãdum dei uerbum ad singulas quasq; proficisci nationes. Discessuri itaq; ab inuicem normam prædicationis in commune constituunt: ne forte alius ab alio abducti diuersum aliquid his qui ad fidẽ CHRISTI mutabãtur exponerent. Omnes ergo in uno positi, & spiritu sancto repleti, breue istud futu-

Esa. 10.

ræ ſibi, ut diximus, prædicationis indicium, conferendo in unum quod ſen
tiebat unuſquiſq; componunt, atq; hanc credentibus dandam eſſe regulam
Symbolum. ſtatuunt. Symbolum autem hoc multis & iuſtiſſimis ex cauſis appellare uo
luerunt. Symbolum enim Græce, indicium dici poteſt & collatio, hoc eſt,
quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt apoſtoli in his ſermoni-
bus, in unum conferendo unuſquiſque quod ſenſit. Indicium autem uel ſi-
2. Cor. 11. gnum idcirco dicitur, quia illo tempore ſicut & Paulus apoſtolus dicit, & in
Actuũ. 15. Actibus apoſtolorum refertur: multi ex circunciſis Iudæis ſimulabant ſe eſ-
ſe apoſtolos CHRISTI, & lucri alicuius uel uentris gratia ad prædicandum
proficiſcebantur, nominantes quidem CHRISTVM, ſed non integris tra-
ditionũ lineis nunciãtes. Idcirco ergo iſtud indiciũ poſuere, per quod agno-
ſceretur is qui CHRISTVM uere ſecundum apoſtolicas regulas prædicaret.
Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt, quoniam & armorum ha
bitus par, & ſonus uocis idem, & mos unus eſt, atq; eadem inſtituta bellan-
di, ne qua doli ſubreptio fiat, ſymbola diſcreta unuſquiſque dux ſuis militi-
bus tradit, quæ latine uel ſigna, uel indicia nominantur, ut ſi forte occurreret
quis de quo dubitetur, interrogatus ſymbolum prodat ſi ſit hoſtis an ſoci-
us. Idcirco deniq; hæc non ſcribi cartulis atq; membranis, ſed retineri cordi-
bus tradiderunt, ut certum eſſet neminem hac ex lectione quæ interdũ per-
uenire etiam ad infideles ſolet, ſed ex apoſtolorum traditione didiciſſe ſuffi
ceret. Diſceſſuri ergo, ut diximus, ad prædicandum iſtud unanimitatis & fi-
Gene. 11. dei ſuæ indicium apoſtoli poſuere, non ſicut filij Noë diſceſſuri ab alteru-
trum turrem ex latere cocto & bitumine conſtruentes, cuius cacumen per-
tingeret uſq; ad cœlum, ſed munimenta fidei quæ ſtarent aduerſum faciem
inimici ex lapidibus uiuis, & margaritis dominicis ædificantes, quæ neque
uenti impellerent, ueq; flumina ſubuerterent, neq; tempeſtatum ac procella
rum turbines permouerẽt. Merito ergo illi abinuicem ſeparandi turrem ſu-
perbiæ ædificantes linguarum confuſione damnati ſunt, uti ne unuſquiſq;
poſſet aduertere proximi ſui loquelam. Iſti uero qui turrem fidei conſtrue-
bant, omnium linguarum ſcientia & agnitione donati ſunt, ut illud peccati,
hoc fidei probaretur indicium. Sed iam nobis etiam de ipſis aliquid contre
ctandum eſt margaritis, in quibus primo in loco fons & origo omnium bo
norum ponitur cum dicitur, omnipotentem. Verũ priuſq; incipiam de ipſis
ſermonum uirtutibus diſputare, illud nõ importune commendandum pu-
to, quod in diuerſis eccleſijs aliqua in his uerbis inueniuntur adiecta. In ec-
cleſia tamen urbis Rhomæ hoc non deprehenditur factum, pro eo arbitror
quod neq; hæreſis ulla illic ſumpſit exordium, & mos ibi ſeruatur antiquus
apud eos, qui gratiam baptiſmi ſuſcepturi ſunt, publico, id eſt, fidelium po-
pulo audiente ſymbolum reddere, & utiq; adiectionis unius ſaltim ſermo-
nis eorum qui præceſſerunt in fide nõ admittit auditus. In cæteris autẽ locis

quantum

quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam uidentur, per quæ nouellæ doctrinæ sensus uideatur excludi. Nos tamen illũ ordinem sequimur, quem in Aquilegiensi ecclesia per lauacri gratiam susce-pimus. Credo ergo primo omnium ponitur, sicut & Paulus apostolus ad Hebræos scribens dicit: Credere enim primo accedentem oportet ad domi- Hebr. 11.
num, quia & credentibus in se remunerator fit. Sed & propheta dicit: Nisi Esa. 7.
credideritis non intelligetis. Vt ergo intelligentiæ tibi aditus patescat, recte primo omnium te credere profiteris, quia nec nauem quis ingreditur, & liquido ac profundo uitam committit elemento, nisi se prius credat posse saluari. Nec agricola semina sulcis obruit & pro frugibus spargit in terrã, nisi crediderit uenturos hymbres, affuturum quoque solis teporem, quibus terra confota, segete multiplicata, frugem producat, ac uentis spirãtibus nutriat. Nihil deniq; est quod in uita geri possit, si non credulitas ante præcesserit. Quid ergo mirum si accedentes ad deum credere nos primo omnium profitemur, cũ sine hoc nec ipsa exigi possit uita communis? Hæc autem idcirco in principijs præmisimus, quia pagani nobis obijcere solent qd' religio nostra quæ quasi rationibus deficit, in sola credendi persuasione cõsistat. Et ideo ostendimus nec agi, nec stare aliquid posse, nisi præcesserit uis credendi. Deniq; ideo & matrimonia contrahuntur, quia creditur successura posteritas, & pueri discendis artibus traduntur, quia magistrorum in discipulos transfundenda creditur disciplina. Imperij quoq; insignia unus suscipit, dũ credit sibi urbes & populos armatum etiam exercitum parituros. Quod si hæc singula nisi prius crediderit futura, nullus aggreditur, quomodo non multo magis ad agnitionem dei credẽdo ueniatur? Sed uideamus quid iã breuialis hic symboli sermo proponat.

CRedo, inquit, in deo patre omnipotẽte. Oriẽtales ecclesiæ omẽs ista tradunt: Credo in uno deo patre omnipotente. Et rursum in sequenti sermone ubi nos dicimus: Et in CHRISTO IESV unico filio eius: unum scilicet deum, & unum dominum secundum autoritatẽ Pauli apostoli profitentes. Sed de hoc in sequentibus repetamus. Nunc interim quod ait, In deo patre omnipotẽte uideamus. Deus enim quod inopinari potest humana mens, naturæ ipsius uel substantiæ, quæ est super omnia, est appellatio. Pater uero arcani & ineffabilis sacramẽti uocabulum est. Deum cum audis, substantiam intellige, sine initio, sine fine, simplicem, sine ulla admixtione, inuisibilem, incorpoream, ineffabilem, inæstimabilem, in qua nihil adiũctum, nihil creatũ sit. Sine autore est enim ille, qui autor est omnium. Patrem cum audis, filium intellige & patrem, qui filius supradictus imago, substantia. Sicut enim nemo dicitur dominus nisi habeat uel possessionem, uel seruum cui dominetur, & sicut nemo magister dicitur nisi discipulum habeat, ita & pater nullo pacto quis dici potest, nisi

filium habens. Hoc ergo ipso nomine quo deus pater appellatur, cum patre pariter subsistere etiam filius demonstratur. Quomodo sanè deus pater genuerit filium, nolo discutias, nec te curiosius inferas in profundi huius arcanum, ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem pertinacius perscrutaris, exiguum ipsum qui mortalibus diuino munere concessus est, perdas aspectũ. Aut si putas in hoc omni genere nitendum, prius tibi propone quæ nostra sunt: quæ si consequenter uoluetis expedire, tunc à terrestribus ad cœlestia, & à uisibilibus ad inuisibilia præpara te. Expedi primo si potes & explana quomodo mens quæ intra te est generet uerbum, & quis sit in ea memoriæ spiritus, quomodo hoc cum diuersa sint rebus & actibus, unum tamen sint substantia uel natura: & cum è mente procedant, nunquam tamen ab ipsa separantur. Sed hæc quamuis in nobis & in animæ nostræ substantia habeantur, tamen tanto nobis occulta uidentur, quanto & aspectu corporeo inuisibilia de apertioribus requiramus. Fons quomodo ex se generat fluuium? quo autem spiritu rapidum fertur fluentum? quod quidem cum unum & inseparabile sit, & fluuius & fons, tamẽ nec fons fluuius, nec fluuius fons intelligi aut appellari potest, & tamen qui uiderit fluuium, uidet & fontem. Exerce te prius in horum explanatione, & discute si potes quæ habentur in manibus, & tunc ad horum sublimiora ueniemus. Nec putes quia te statim de terra suadeam ascendere super cœlos, sed prius te si placet ad istud firmamentum quod oculis patet educam, & ibi si potes naturam huius uisibilis luminis discute. Quomodo ignis iste cœlestis generat ex semetipso splendorem lucis? Quomodo etiam producit uaporem? Et cum sint tria in rebus, unum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris, scito adhuc diuinæ generationis mysterium tanto esse differentius & eminentius, quanto creator creaturis potentior, quanto artifex operis sui præstantior, quanto ille qui semper est eo qui ex nihilo cœpit esse, nobilior. Credendus est ergo deus pater esse unici filij sui domini nostri, non discutiendus. Neque enim fas est seruo de natalibus domini disputare. Contestatus est pater de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suum, & ipsum audiri iubet. Filius dicit: Qui me uidet, uidet & patrem, & ego & pater unum sumus. Et ergo à deo exiui, & ueni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris & filij uoces medium se discursorem interserat, & deitatem diuidat, affectum separet, & substantiam rumpat, spiritum secet, neget esse uerum quod ueritas dicit. Est ergo deus pater, uerus ueritatis pater, non extrinsecus creans, sed ex eo quod ipse est filium generans, id est, quasi sapiens sapientiam, quasi iustus iusticiam, quasi sempiternus sempiternum, quasi immortalis immortalem, quasi inuisibilis inuisibilem, quasi lux splendorem, quasi mens uerbum. Quod autem diximus

Matth. 17.

Ioan. 14.

Orientis

Orientis ecclesias tradere patrem omnipotentem & unum dominum, hoc modo intelligendum est, unum non numero dici, sed uniuersitate. Verbi gratia: Si quis dicit unum hominem, aut unum equum, hic unum pro numero posuit. Potest enim & alius homo esse & tertius, uel equus. Vbi autem secundus uel tertius non potest iungi, unus si dicatur non numeri, sed uniuersitatis est nomen. Vt si exempli causa dicamus unum solem, hic unus ita dicitur, ut alius uel tertius addi non possit, unus est sol. Multo magis deus cum unus dicitur, unus non numeri, sed uniuersitatis uocabulo nuncupatur, id est, qui propterea unus dicatur quod alius non sit. Similiter & de domino accipiendum est, quod unus sit dominus IESVS CHRISTVS, per quem deus pater dominatū omnium tenet. Vnde & sequens sermo omnipotentem pronunciat dominum. Omnipotens autem ab eo dicitur quod omnium teneat potentatum. Tenet autem omnia pater per filium, sicut & Apostolus dicit: Quia per ipsum creata sunt omnia uisibilia & inuisibilia, Coloss. 2.
siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. & iterum ad Hebræos scribens dicit: Quia per ipsum secula instituit, & ipsum constituit uniuersorum hæredem. Constituit autem quod ait genuit, intelligitur Hebr. 1.
quod si per ipsum secula instituit pater, & per ipsum creata sunt omnia, & ipse est hæres omnium per ipsum, ergo & potētatum omnium tenet. Quia sicut lux de luce, & ueritas de ueritate, ita & de omnipotente omnipotēs natus est. Vt in Apocalypsi Ioannis de seraphin scriptum est: Et requiem non Apo. 4.
habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus sanctus sanctus dominus deus, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. Omnipotens ergo dicitur qui uēturus est. Et quis est alius qui uenturus est nisi IESVS CHRISTVS filius dei? His additur inuisibile & impassibile. Sciendum quod duo isti sermones in ecclesiæ Rhomanæ symbolo non habentur: constat apud nos additos hæreseos causa Sabellij, illius profecto quæ à nostris Patripassiana Patripassiana hæresis.
appellatur, id est, quæ patrem ipsum uel ex uirgine natum dicit, & uisibilem factum uel passum affirmat in carne. Vt ergo excluderetur talis impietas, de patre, uidentur hic addidisse maiores & inuisibilem, atque impassibilem dixisse. Constat enim filium non patrem in carne natum, & ex natiuitate carnis filium uisibilem & passibilem factum. Quantum autem spectat ad illam deitatis immortalem substantiam, quæ una ei eademq; cum patre est, Ibi neque pater, neque filius, neq; spiritus sanctus uisibilis aut passibilis creditur. Secundum uero dignationem carnis assumptæ filius & uisus & passus in carne est. Quod & propheta prædixerat ubi ait: Hic deus noster, & Baruc. 3.
non reputabitur alter ad eum. Inuenit omnem uiam disciplinæ, & dedit eā Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Sequitur post hæc & in CHRISTO IESV. Iesus Christus à chrismate, id est, unctione appellatur.
Hebræi uocabulum nomen est, quod apud nos saluator dicitur. Christus à

chrísmate, id eſt, ab unctione appellatur. Legimus in libris Moyſi quod Auſes Naue filius cum electus eſſet dux populi, commutato nomine Auſe, Ieſus cognominatus ſit. Quo ſcilicet oſtenderetur hoc eſſe nomen quod principibus & ducibus conueniret hijs duntaxat qui ſalutem ſe populis darent. Itaque & ille Ieſus appellatus eſt qui eductum de terra Aegypti populum & de erroribus eremi liberatum in terram repromiſſionis induxit. Et hic Ieſus dicitur, qui populum de ignorantiæ tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum introduxit ad regna cœlorum. CHRISTVS quoq; uel pontificale, uel regium nomen eſt. Nam prius & pontifices unguento chrísmatis conſecrabantur & reges, ſed illi uelut mortales & corruptibiles unguento materiæ corruptibilis ungebantur: hic uero ſancto ſpiritu perunctus, CHRISTVS efficitur, ſicut ſcriptura de eo dicit: Quem unxit pater ſpíritu ſancto miſſo de cœlis. Et Eſaias præſignauerat dicens ex perſona filij: Eſa. 61. Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me. Quia ergo oſtendimus quid ſit Ieſus qui populum ſaluet, & quid ſit CHRISTVS qui pontifex factus ſit in æternum: nũc ex cõſequentibus de quo dicantur iſta uideamus. Et in unico filio eius domino noſtro: Per hoc docet nos quia IESVS iſte de quo diximus, & CHRISTVS de quo expoſuimus, quod unicus filius ſit dei & noſter dominus. Ne forte putes quod humana iſta uocabula terrenum te aliquid doceant, ideo ſubiungit unicum hunc eſſe filium dei dominum noſtrum. Vnus enim de uno naſcitur, quia & ſplendor unus eſt lucis, & unum eſt uerbum cordis. Nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diuiſionem cadit, ubi qui naſcitur, nequaquam à generante ſeparatur. Vnicus eſt, ut menti ſenſus, ut ſapientia ſapienti, ut cordi uerbum, ut forti uirtus. Nam ſicut ſolus ſapiens pater ab Apoſtolo dicitur, ita & ſolus filius ſapientia nominatur. Vnicus ergo filius eſt, & cum ſit gloria ſempiternitate, uirtute, regno, poteſtate, hoc quod pater eſt, omnia tamen hæc non ſine autore ſicut pater, ſed ex patre tanquam filius, ſine initio, & æqualis habet, & cum ipſe ſit omnium caput, ipſius tamen autor eſt pater generando, ſine initio. Quia nec pater præcedit filium, nec filius ſequitur patrem in faciendo quaſi adoptiuum, ſicut nos. Filium ſanè cum audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis aſſumas, ſed memento hæc de incorporeæ dici ſubſtantiæ natura ſimplici. Si enim (ut ſupra iam diximus) uel in eo quod cor generat uerbum, uel mens ſenſum, uel lux ex ſe parit ſplendorem, nihil horum requiritur, nec ulla in tali generatione fragilitas cogitatur. Quanto purius & ſacratius de horum omnium creatore cenſendum eſt? Sed fortaſſe dicas, iſta quam memoras inſubſtantiua eſt generatio. Neque enim lux ſubſtantiuum præfert ſplendorem, aut cor ſubſtantiuum generat uerbum. Filius autem dei ſubſtantialiter aſſeritur generatus. Ad hæc primo

Chriſtus regiũ nomẽ eſt.

mo omnium illud dicemus,quod etiam in cæteris rebus:Cum proferuntur exempla, non per omnia similitudinem seruare possunt rei illius cui præbere putantur exemplum, sed unius alicuius partis, pro qua uidentur assumpta, similitudinem tenent. Verbi gratia, ut cum in euangelio dicitur: Simile est regnum cœlorum fermento, quod abscondit mulier in farinæ Matth.13. mensuris tribus. Nunquid putamus regnum cœlorum sic per omnia simile esse fermento ut & substantia illa palpabilis sit ac fragilis, ut acida fieri possit & corrupta? an ad hoc solum exemplum istud uidetur assumptum, ut ostenderetur ex parua prædicatione uerbi dei humanas mentes fidei fermento posse coalescere? Similiter & cum dicitur: Simile est re- Ibidem. gnum cœlorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium attrahit. & in hoc nunquid putandum est, quod naturæ lini quo rete aptatur, ac nodis quibus maculæ nectuntur regni cœlorum substantia per omnia conferatur? An ad hoc solum uidetur assumpta comparatio, ut ostenderet, quia sicut rete de profundo maris pisces adducit ad littus, ita de profundo huius seculi errore humanæ animæ regni cœlorum prædicatione liberantur? Ex quibus constat exempla non in omnibus his quorum exempla sunt esse similia. Alioquin si eadem essent omnia, iam non exempla dicerentur,sed ipsæ potius res de quibus agitur,uiderentur. Deinde etiam illud dicendum est,quod nulla creatura talis esse potest qualis creator eius. Et ideo sicut sine exemplo est diuina substantia, ita & sine exemplo est diuina maiestas. Tũc etiam illud addemus,quia creatura ex nihilo est. Si ergo ex substantia sit illa quæ gignitur ex sese creatura quæ ex nihilo facta est,conditionem in hoc seruat originis suæ: illius autem æternæ lucis substãtia,quæ semper fuit,quia insubstantiuum in se nihil habuit,insubstantiuum ex se splendorem proferre non potuit. Et ideo recte unicus dicitur filius. Vnicus enim eo solus est,quia natus sit. Nec comparationẽ aliquam potest habere quod unicum est. Nec similitudinem substantiæ in facturis suis habere potest ille qui factor est omnium. Hic ergo IESVS CHRISTVS filius unicus dei, qui est & dominus noster unicus, & ad filium referri, & ad dominum potest. Vnus est filius,uere filius,& unus uere dominus IESVS CHRISTVS. Cæteri quippe licet dicantur filij, adoptionis tantum gratia dicuntur, non ueritate naturæ. Et si dicuntur alij domini, concessa non ingenita potestate dicuntur, hic uero solus est unicus filius, & solus unicus dominus, sicut & Apostolus dicit: Vnus pater deus, & unus dominus IESVS CHRI- Ephe.4. STVS, per quem omnia. Igitur posteaquam propositus ordo fidei ineffabile sacramentum filij de patre natiuitatis exposuit, nunc ad humanæ salutis dignationem, dispensationemque descendit. Et hunc quem supradixit unicum filium dei & dominum nunc dicit(Quia natus est de spiritu sancto ex Maria uirgine) Hæc iam inter homines dispensationis natiuitas est,

illa diuinæ ſubſtantiæ, hæc dignationis eſt, illa naturæ. De ſpiritu ſancto ex uirgine naſcitur. Et iam hoc loco mundior auditus requiritur, & purior ſenſus. Huic enim quæ dudum de patre natum ineffabiliter didiciſti, nunc à ſancto ſpiritu templum fabricatum intra ſecreta uteri uirginalis intellige. Et ſicut in ſancti ſpiritus ſanctificatione nulla ſentienda eſt fragilitas, ita & in partu uirginis nulla eſt intelligenda corruptio. Nouus enim huic ſeculo datus eſt partus, nec immerito, qui enim in cœlis unicus filius eſt, conſequenter & in terra unicus eſt, quia & unice naſcitur. Nota ſunt omnibus & Eſa. 7. in euangelijs decantata de hoc & ſcripta prophetarum quæ dicunt, quod uirgo concipiet & pariet filium, ſed & partus ipſius mirabilem modum Ezechiel propheta ante formauerat, Mariam figuraliter portam domini nominans, per quam ſcilicet dominus ingreſſus eſt mundum. Dicit ergo hoc modo: Porta autem quæ reſpicit ad Orientē clauſa erit, & non aperietur, & nemo tranſibit, & clauſa erit. Quid tam euidens dici de conſecratione uirginis potuit? Clauſa fuit in ea uirginitatis porta, per ipſam introiuit dominus deus Iſraël, & per ipſam proceſſit, & in æternum porta uirginis clauſa, ſeruata uirginitate, permanſit. Igitur ſpiritus ſanctus refertur dominicæ carnis, & templi eius creator. Incipe hinc iam intelligere etiam ſancti ſpiritus maieſtatem. Conteſtatur enim euangelicus ſermo de ipſo, quod cum loquenLuc. 1. ti angelo ad uirginem & dicenti: Quia paries filium, & uocabis nomen eius IESVM, hic enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis: Illa reſpondiſſet: Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? Dixit ei angelus dei: Spiritus ſanctus ueniet ſuper te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et ideo quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei. Vide ergo cooperantem ſimplicem trinitatem. Spiritus ſanctus uenire dicitur, & uirtus altiſſimi obumbrare ei. Quæ eſt autem uirtus altiſſimi, niſi ipſe CHRISTVS, qui eſt dei uirtus, & dei ſapientia? Cuius hæc uirtus eſt? Inquit altiſſimi. Adeſt ergo altiſſimus, adeſt uirtus altiſſimi, adeſt ſpiritus ſanctus. Hæc eſt trinitas ubique latens, ubique apparens, uocabulis perſonisque diſcreta inſeparabilis ſubſtantia deitatis. Quamuis ſolus filius naſcatur ex uirgine, adeſt & altiſſimus, adeſt & ſpiritus ſanctus, ut & conceptus uirginis ſanctificetur & partus. Verum hæc quia ex ſcripturis propheticis aſſeruntur, poſſunt forte Iudæos quamuis ſint infideles & increduli confutare. Sed pagani ſolent ridere nos, cum audiunt prædicari à nobis uirginis partum, propter quod paucis & eorum obtrectationibus reſpondendum eſt. Omnis partus (ut opinor) ex tribus conſtat. Si adultæ ætatis ſit fœmina, ſi uirum adeat, ſi non ſit uitio ſterilitatis obclauſa. Ex his tribus in hoc partu quem prædicamus unum defuit, uir, & hoc patet, quia qui naſcebatur non erat terrenus homo, ſed cœleſtis. Per cœleſtem ſpiritum dicimus, ſalua uirginis incorruptione, completa. Et tamen quid mirum

uidetur

uidetur si uirgo conceperit, cum Orientis auem quam Phœnicem uocant, in tantum sine coniuge nasci uel renasci constet, ut semper & una sit, & semper sibi ipsa nascendo uel renascendo succedat? Apes certe nescire coniugia, nec fœtus sexibus ædere omnibus palàm est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur in huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile uidebitur diuina uirtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur? Et tamen mirandum cur hoc gentilibus impossibile uideatur, qui credunt Mineruam suam de cerebro Iouis natam: quid ad credendum difficilius? aut quid magis contra naturam? hic fœmina est, hic naturæ ordo seruatur, hic conceptus & partus temporibus suis editus. Ibi nusquam fœmineus sexus, sed uir solus & partus. Qui illa credit, cur ista miretur? Sed & Liberũ de fœmore eius asserunt natum. Ecce illud portẽti genus est & creditur. Venerem quoq; quam Aphroditem uocant de spuma maris (sicut etiam nominis ipsius compositio ostendit) credunt esse progenitam: de ouo natos Castorem Pollucemq; confirmant: ex formica Myrmidones. & alia mille sunt, quæ contra rerum naturam uenientia, ipsis tamen uisa sunt credibilia, ut Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos & hominum ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint, unum eis uerbum impossibile uidetur, quod adolescens fœmina diuinum germen non hominis uitio, sed deo inspirante conceperit. Qui utique ad credendum difficiles sunt illis, tot & tam turpibus monstris fidem nequaquam commodare debuerant. Si uero faciles sunt ad credendum, multo promptius hæc nostra tam honesta & tam sancta recipere, quàm illa tam indigna & tam fœda credere debuissent. Sed dicent fortassis, quia possibile quidem fuerit deo ut uirgo conciperet, possibile etiam fuerit deo ut pareret: sed indignum uideri ut tanta illa maiestas per genitales fœminæ transiret excessus: ubi quamuis nulla fuerit ex uirili admixtione commixtio, fuit tamen ipsius puerperij obscœnæ attrectationis iniuria: pro quo paulisper eis secundum sensum suum respondeamus: Si quis uideat paruulum in profundo cœni necari, & ipse cum sit uir magnus & potens, extremis (ut ita dixerim) plantis ingrediatur cœnum, & paruulum morientem liberet, pollutus ne à te accusabitur hic uir quod paululum luti calcauerit? an ut misericors laudabitur, quod uitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de communi homine dicta sint, Redeamus nunc ad naturam eius qui natus est. Quantum putas natura solis eo inferior est? quantum creatura sine dubio creatore. Intuere nunc solis radios, si in cœni alicuius uoraginem dimittantur, nunquid iam aliquid inde pollutionis acquirunt? aut obscœnorum illustratio solis ducetur iniurijs? ignis quoque natura quanto est inferior his de quibus sermo est? Et nulla materia uel obscœna, uel turpis adhibita ei ignem polluisse creditur

Phœnix.

Apes.

creditur. Cum ergo hæc ita esse in rebus materialibus constet, tu in illa supereminenti & incorporea natura quæ super omnem ignem & supra omne lumen est, pollutionis aliquid putas aut obscœnitatis incidere? Tum deinde etiam illud aduerte: Nos hominem à deo creatum de terræ limo dicimus, quod si obscœnitas deo reputatur, opus suum multo magis requirenti ei reputabitur opus illud ab initio fabricanti, & superfluum est dicere cur per obscœna transierit, cur obscœna cõdiderit. Et ideo obscœna hæc esse non natura, sed obseruãtia docuit. Cæterum omnia quæ sunt in corpore ex uno eodemq; luto formata usibus tantum & officijs naturalibus distinguuntur, Sed nec illud quidem ab absolutione uacare huius quæstionis omittam, quod substantia dei quæ per omnia incorporea est, inseri corporibus, uel capi ab eis principaliter non potest, nisi aliqua media sit substantia spiritalis, quæ capax esse diuini spiritus possit. Verbi gratia, ut si dicamus: Lux omnia quidem membra corporis illustrare potest, nullo tamen hoc nisi à solo oculo capi potest, solus enim oculus est qui capax sit lucis. Et filius ergo dei nascitur ex uirgine, non principaliter soli carni sociatus, sed anima inter carnem dominiq; media generatus. Anima ergo media, & in secreta rationabilis spiritus arce uerbum dei capiente, absque ulla quam suspicaris iniuria deus natus est ex uirgine. Et ideo nihil ibi turpe putandum est, ubi sanctificatio spiritus inerat, & anima quæ erat dei capax, particeps fiebat etiam carnis. Nihil ibi ducas impossibile, ubi aderat uirtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites, ubi plenitudo inerat deitatis (Crucifixus sub pontio Pilato, descendit in inferna) Docet apostolus Paulus illuminatos debere esse oculos cordis nostri ad intelligendum quæ sit altitudo, latitudo, & profundum. Crucis eam partem quæ in terram defixa est profundum appellauit. Altitudinem uero illam quæ in aërem porrecta sublimis erigitur. Latitudinem quoque illam quæ distenta in dexteram leuamq; protenditur. Cum ergo tot species mortis sint, quibus de hac uita exitus dari hominibus solet, uult nos Apostolus illuminatos corde scire rationem, cur ex his oĩbus crucis potius species ad mortem delecta sit saluatoris. Vnde sciendum est, quod crux ista triumphus erat, triumphi enim insigne est trophæum, trophæum autem deuicti hostis indiciũ est. Quia ergo aduenies CHRISTVS, sicut Apostolus dicit, tria pariter regna subiecit: hoc eĩ dicit ubi ait: Quia in nomine IESV omne genu flectatur cœlestiũ, terrestrium, & infernorum, & hæc omnia sua morte uincebat, cõueniens mysterio mors quæsita est, ut in aërem sublimatus, & aërias subiugans potestates, uictoriam de his supernis & cœlestibus traderet: expansas autem manus tota die sicut propheta dicit: Tendit manus ad populum incredibilem, qui est in terra, ut incredulos contestaretur & inuitaret credentes: eam uero partem quæ sub terram demergitur, quod inferna sibi regna subiiceret.

Ephe. 3.

Philip. 2.

Esa. 65.

Etenim

Etenim ut breuiter aliqua etiam de secretioribus perstringamus, ab initio deus cum fecisset mundum, præfecit ei & præposuit quasdam uirtutum cœlestium potestates, quibus regeretur & dispensaretur mortalium genus. Quod ita factum Moyses indicat in Deuteronomij cantico ubi dicit: Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos gẽtium secundum numerum angelorum dei, sed horum nõnulli sicut & ipse qui princeps appellatus est mũdi datam sibi à deo potestatem nisi his quibus acceperant legibus temperarunt, nec humanum genus diuinis obedire præceptis, sed suis parere præuaricationibus docuerũt. Et hinc aduersum nos peccatorum chirographa scripta sunt, quia ut propheta dicit, peccatis nostris uenundati sumus. Precium nanq; animæ suæ unusquisq; consequitur cum concupiscentiæ satisfecerint. Istud ergo uniuscuiusq; chirographum ab illis rectoribus pessimis tenebatur, quod CHRISTVS detraxit aduenies, & hac eos potestate nudauit, idq; sub ingenti mysterio Paulus indicat, cum dicit de eo, delens quod aduersum nos erat chirographum, & affigens illud cruci suæ, traduxit principatus & potestates, triumphans eos in semetipso. Rectores ergo illi quos humano generi præfecerat in tyrannidis contumaciam uersi impugnare cõmissos sibi homines aggressi sunt, & peccati prælijs debellare. Sicut Ezechiel propheta mysticis designat eloquijs cum dicit: In illa die procedent angeli festinantes exterminare Aethiopiam, eritq; inter eos perturbatio in die Aegypti quoniam uenit. Recte ergo eos omnipotentia nudatos CHRISTVS dicitur triumphasse, ablatamq; ab eis potestatem hominibus tradidisse. Sicut ad discipulos suos dicit ipse in euangelio: Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Illos itaque qui accepta potestate male abusi sunt subiectis quosdam suis subijcit crux CHRISTI. Nos uero hoc est humanum genus edocet primo omnium usq; ad mortem resistere aduersum peccatum, & libenter interitum pro pietate suscipere. Tum deinde & obedientiæ nobis in hac eadẽ cruce proponit exemplum, sicut illis qui aliquando rectores nostri fuerant posuit contumeliæ pœnas. Audi ergo quomodo Apostolus uult per crucem CHRISTI obedientiam nos docere. Hoc, inquit, sentite in uobis quod & in IESV CHRISTO. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu repertus ut homo, factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quia ergo ille magnus magister est qui fecerit & docuerit, ideo obedientiam quæ pijs morte etiam suscepta seruanda est docuit ipse prius pro hac moriendo seruari. Sed fortasse terreatur aliquis in huiuscemodi doctrina, quod quem paulo ante cum deo patre diximus sempiternum, ac de eius substantia esse progenitum, quémque regno, æternitate & maiestate unum cum

Deuter. 32.

Coloss. 2.

Ezech. 30.

Luc. 10.

Philip. 2.

patre

patre esse docuimus, nunc de eius morte tractemus. Sed nolo terrea-
ris fidelis auditor, paulo post istum quem audis mortuum, rursum uidebis
immortalem, mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur. Nam sacra-
mentum illud susceptæ carnis, quod supra exposuimus, hāc habet causam,
ut diuina filij dei uirtus uelut hamus quidā erat habitu humanæ carnis ob-
Philip.2. tectus. Et sicut ante Apostolus dixit, habitu repertus ut homo, principem
ergo mūdi ut inuitare posset ad agonem, cui ipse carnem suam uelut escam
tradidit, ut hamo eum diuinitatis intrinsecus teneret insertum, & effusionē
immaculati sanguinis, qui peccati maculam nescit, omnium peccata deleret,
eorum duntaxat qui cruore eius postes fidei signassent. Sicuti ergo hamum
esca conseptum si piscis rapiat, non solum escam cum hamo non remouet,
sed & ipse de profundo esca alijs futurus educitur: ita & is qui habebat mor-
tis imperium rapuit quidem in mortem corpus IESV, nō sentiens in eo ha-
mum diuinitatis inclusum, sed ubi deuorauit, hæsit ipse cōtinuo & disruptis
inferni claustris, uelut de profundo tractus tradit', ut esca cæteris fiat. Quod
Ezech.32. ita futurum sub hac eadem figura, & Ezechiel dudum signauerat dicens: Et
extraham te in hamo meo, & extendam te super terram, campi implebun-
tur de te, & constituā super te omnes uolucres cœli, & saturabo ex te omnes
Psal.73. bestias terræ. Sed & Dauid dicit: Tu confregisti capita draconis magni, de-
disti eum in escam populi Aethiopum. Et Iob de eodem mysterio similiter
protestatur, ait enim ex persona dei loquentis ad se: Aut adduces draco-
Iob.40. nem in hamo, aut pones capistrum circa nares eius. Non ergo damno ali-
quo aut iniuria diuinitatis CHRISTVS in carne passus est, sed ut per infir-
mitatem carnis operaretur salutem in medio terræ. Diuina natura in mor-
tem per carnem descendit, nō ut lege mortalium detineretur à morte, sed ut
per se resurrecturus ianuas mortis aperiret: uelut si quis rex pergat ad gen-
tem, in qua proprios habeat captiuitatis uinculo alligatos, deuictaq; carce-
rem intret, in qua uincti detinebantur, soluat cathenis uincula, & claustra
comminuat, & uinctos in remissionem educat, & eos qui sedent in tenebris
& in umbra mortis luci ac uitæ restituat. Ergo dicitur rex fuisse quidem in
carcere, non tamen ea conditione qua cæteri qui tenebantur inclusi, sed illi
quidem ut pœnas soluerent, hic uero ut absolueret pœnas. Cautissime au-
tem qui symbolum tradiderunt, etiam tempus quo hæc sub pontio Pila-
to gesta sunt, designauerunt, ne ex aliqua parte uelut uaga & incerta ge-
storum traditio uacillaret. Sciendum sanè est quod in ecclesiæ Rhomanæ
symbolo non habetur additum, descendit ad inferna, sed neque in Orien-
tis ecclesijs habetur hic sermo, uis tamen uerbi eadem uidetur esse in eo
quod sepultus dicitur. Sed quoniā tibi erga scripturas diuinas amor & stu-
dium subiacet, sine dubio dicis mihi oportere hæc magis euidentibus scri-
pturæ diuinæ testimonijs approbari. Quanto enim magna sunt quæ cre-
denda

denda sunt,tanto idoneis & indubitatis testibus indigere uera est & consequens propositio.Sed nos tanq; scientibus legem loquentes,testimoniorũ siluam breuitatis causa derelinquimus,pauca tamen ex multis,si etiam hoc requiritur, adhibemus.: scientes studiosis quibusq; in scripturis diuinis latissimum testimoniorum pelagus patere.Primo ergo omnium sciendũ est, quod ipsa ratio crucis non omnibus una eademq; est, sed aliud gentibus, aliud Iudæis,aliud credẽtibus sapit,sicut & Apostolus dicit:Nos autẽ prædicamus CHRISTVM crucifixũ,Iudæis quidem scandalũ, gẽtibus aũt stulticiam.Ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis CHRISTVM dei uirtutem & dei sapientiam.& alibi: Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultícia est, his uero qui salui fiunt uirtus dei est.Iudæi ergo quibus ex lege traditũ fuerat,CHRISTVM in æternum mansurum, scandalum patiebantur de cruce eius,quia resurrectionem eius recipere noluerunt.Gentibus autem stultícia uidebatur deum mortem suscepisse,quia ignorabant mysterium carnis assumptæ.Fideles uero qui & natum & passum in carne receperant,& à mortuis resurrexisse,merito uirtutem dei credebant esse,quæ uicerat mortẽ. Primo ergo hoc ipsum quod Iudæi quibus prophetæ hæc prædixerant,non essent crediturí, sed illi qui non à prophetis audierant: audi quomodo prophetico sermone signantur:Quibus non est,inquit,annunciatum de eo,uidebunt,& qui non audierunt,intelligent.Quod autem his qui meditabantur legem dei à pueritia usq; ad senectutem non credentibus ad gentes esset omne mysterium translaturum,Esaias hoc modo prædicit:Et faciet,inquit, dominus sabaoth omnibus gentibus in monte isto inueniri læticiã,bibent uinum,unguentur unguento.Trade hæc omnia gentibus,hoc enim consilium dei omnipotentis super omnes gentes.Sed dicẽt fortasse nobis illi qui se iactant in scientia legis:Blasphematis qui sic dicitis dominum corruptioni mortis subiectum,& passioni crucis fuisse.Legite ergo quod scriptum habetis in lamentationibus Heremiæ ubi dicit: Spiritus uultus nostri CHRISTVS dominus comprehensus est in corruptionibus nostris: in quo diximꝰ sub umbra eius uiuemus in gẽtibus.Audis quomodo propheta CHRISTVM dominum comprehensum esse,& pro nobis,id est,pro peccatis nostris corruptioni traditum: In cuius umbra quoniam populus ille qui permansit incredulus,abiectus est, dicit,quia uiuemus non in Israël,sed in gentibus.Quod si operosum nõ uidetur quàm possumus breuiter singula quæ in euangelijs referuntur, qualiter in prophetis prædicta sunt designemus, ut hi qui prima fidei elementa suscipiunt testimonia hæc habeant in corde scripta,ut nulla eis unquã de his quæ credunt ambiguitas inimica surripiat. Edocemus per euangelium quod Iudas unus de amicis & conuiuis CHRISTI tradiderit eum,audi quomodo prænuncietur in psalmis: Qui manducat,inquit,panes meos,ampliauit aduersum me supplantationem. Et alibi:

1. Cor. 1.

Ibidem.

Treno. 4.

Psal. 40.

Psal.37. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterunt.&
Psal.54. iterum:Molliti sunt sermones eius super oleum & ipsi sunt iacula. Vis uide/
Matth.26. re quomodo molliti sunt? Venit, inquit, Iudas ad IESVM & dixit ei: Aue
rabbi,& osculatus est eum. Per molle ergo osculi blandimentum execrabile
Luc.22. iaculum proditionis infixit. Vnde & dominus ad eum dixit:Iuda osculo fi/
lium hominis tradis. Triginta argenteis audis eum appreciatum esse cupi/
ditate proditoris. Audi & de hoc propheticam uocẽ:Et dixi,inquit, ad eos:
Zach.11. Si bonum est in conspectu uestro date mercedem meam & abite. Et post
hæc,inquit: Accepit triginta argenteos,& misit eos in domum domini in cõ
Matth.27. flatorium. Nónne hoc est quod in euangelijs scribitur,quia Iudas pœnitẽ/
tia ductus reportauit pecuniam & proiecit eam in templo & discessit. Bene
autem mercedem suam dicit, uelut impugnantis & exprobrãtis affectum.
Etẽ tã multa opera bona apud eos egerat. Cæcos eorũ illuminauerat,clau
dis pedes,paraliticis gressum,mortuis quoq; reddiderat uitam. Pro hijs er/
go omnibus bonis mercedem restituunt ei mortem triginta argenteorum
existimatione pensatam. Refertur item in euangelijs quod uinctus sit. Præ/
Esa.5. dixit hoc sermo propheticus per Esaiam dicens: Væ animæ ipsorum quia
cogitauerunt cogitationem pessimam aduersum seipsos dicentes: Allige/
mus iustum quia inutilis est nobis. Sed dicet aliquis: Nunquid hæc de do/
mino intelligenda sunt? nunquid dominus ab hominibus teneri poterat,&
in iudicium protrahi? Et de hoc te idem propheta conuincet, dicit enim his
Ibidem. uerbis: Ipse dominus in iudicium ueni,& cum senioribus & principibus po
puli. Iudicatur ergo ipse dominus secundum prophetæ testimonium,& nó
solum iudicatur,sed & flagellis cæditur,& palmis in faciẽ uerberatur & con/
spuitur, & omnem pro nobis perfert indignitatis iniuriã. Et quod hæc stu/
penda erant omnibus cum prædicarentur ab apostolis, idcirco etiã ex per/
Esa.53. sona ipsorum propheta exclamat & dicit: Domine quis credidit auditui no
stro? Incredibile eñ est ut deus dei filius ista pertulisse dicatur: Et ideo præ/
dicuntur per prophetas, ne qua credituris dubitatio nasceretur,ipse ergo ex
Threnor.3. sua persona CHRISTVS dominus dicit: Dorsum meum dedi flagellis, &
maxillas meas ad palmas, & faciem meam non auerti à confusione sputo/
rum. Scribitur etiam illud inter cæteras passiones eius,quod alligantes eum
duxerunt ad Pilatum: præsignauit etiam hoc propheta ubi dicit: Et alli/
gantes adduxerunt eum ad xenium regis Iarim: nisi si obijciat aliquis & di
cat, sed Pilatus non erat rex. Audi ergo quid in sequentibus euangelium
refert: Audiens, inquit, Pilatus eum esse de Galilea, misit eum ad Hero/
dem, qui erat tunc rex in Israël. Et bene addidit nomen Iarim quod est sil/
uester. Non enim erat Herodes de domo Israël, nec de illa uinea Israëliti/
ca quam eduxit dominus de Aegypto,& plantauerat in cornu in loco ube/
ri,sed erat siluester, id est, ex silua alienigenarũ. Et ideo siluester appellatur,

quasi

quasi qui de Israëliticæ uitis nequaquã palmitibus pullulasset. Sed & quod ait propheta, xenium conuenienter aptauit. Tunc enim Herodes & Pilatus (ut euangeliũ testatur) ex inimicis in concordiam reuocati sunt. Et uelut re- Luc. 23.
conciliationis suæ xeniũ uinctũ sibi inuicẽ mittebant IESVM. Quid interest dummodo IESVS ubiq; dissidentes reconciliet, pacem reparet, concordiam reddat? Vnde etiam de hoc scriptum est in Iob: Dominus reconciliat cor- da principum terræ. Refertur item quod cum Pilatus uellet eum dimittere, Ibidem.
omnis populus damauerit: Crucifige, crucifige eum. Prænunciat hoc Hiere- Hiere. 12.
mias propheta dicens ex persona domini ipsius: Facta est, inquit, hæredi- tas mea mihi sicut leo in silua. Dedit super me uocẽ suam, propterea exosus sum eam. Et propter hoc, inquit, dereliqui domũ meam. Et iterum alibi di- cit: Super quem aperuistis os uestrum, & aduersus quem relaxastis linguas uestras. Cum iudicaretur scribitur tacuisse. Multæ de hoc scripturæ testan- tur, in psalmis dicitur: Factus sum sicut homo non audiens, & non habens Psal. 37.
in ore suo increpationes. & iterum: Ego autem sicut surdus non audiebam, Ibidem.
& sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. In humilitate iu- dicium eius sublatum est. Imposita scribitur corona spinea. Audite de hoc in Canticis canticorum super iniquitates Hierusalem mirantis de iniuria fi- lij patris uocem, & dicentis: Exite & uidete filiæ Hierusalem coronam qua Cant. 3.
coronauit eum mater sua. Sed & de spinis ita alius propheta commemo- rat: Et expectaui ut faceret uuam, fecit autem spinas, & nõ iusticiam, sed cla- Esa. 5.
morem. Veruntamen ut mysterij secreta cognoscas, oportebat eum, inquit, qui peccata mundi uenit auferre, etiam terræ maledicta purgare, quæ pro- thoplasto peccante, sententiam præuaricationis acceperat, dicente domi- no: Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos producat tibi. Pro- Gene. 3.
pterea ergo spinis coronatur IESVS, ut prima illa condemnationis senten- tia solueretur. Ad crucem ducitur, & in ligno totius mundi uita suspenditur. Vis & de hoc propheticis testimonijs confirmari? audi Hieremiam dicen- tem: Venite & inijciamus lignum in pane eius, & conteramus eum de terra Hiere. 11.
uiuentium. Et iterum Moyses uelut deflens eos dicit: Et erit uita tua su- Deut. 28.
spensa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, & non credes uitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est, iam enim propositæ breuitatis exce- dimus modum & breuiatum sermonem longa dissertione distendimus, pauca tamen addemus, ne penitus quod cœpimus præteriisse uideamur. Scribitur IESVS in latere percussus, aquam simul & sanguinem profudis- se. Hoc quidem mysticum est, ipse enim dixerat, quia flumina de uentre ei- Ioan. 7.
us procedent aquæ uiuæ. Sed produxit & sanguinem, quem petierant Iu- Matth. 27.
dæi uenire super se & filios suos. Produxit ergo aquam ut credentes diluat, produxit & sanguinem, qui condemnat incredulos. Potest tamen etiam in- telligi quod duplicem gratiam baptismi figurauerit, unam quæ datur per

aquæ baptiſmum: aliam quæ per martyrium profuſione ſanguinis quæritur, utrunq; enim baptiſmum nominatur. Quod ſi & hoc quæris cur nō ex alio membro, ſed ex latere produxiſſe dicatur aquam & ſanguinem. Videtur mihi in latere per coſtam mulier indicari, quia fons peccati & mortis de muliere prima, quæ fuit primi Adam coſta, producitur. Scriptum eſt quod in paſſione eius ab hora ſexta uſq; ad horam nonā tenebræ factæ ſunt. Ac-
Amos. 8. cipe de hoc prophetæ teſtimonium dicentis: Occidet tibi ſol meridie, & ite-
Zacha. 14. rum Zacharias propheta: In illa, inquit, die non erit lux, ſed frigus & pruina erit uno die, & dies ille notus deo, & neq; dies neq; nox, & ad ueſperam erit lux. Quid tam euidentius à propheta dici potuit, ut iam hæc nō tam futura prædici, quàm narrari præterita uideantur, etiam pruinā & frigus præ-
Mar. 14. dixit? Propterea enim Petrus calefaciebat ſe ad ignem, quia frigus erat, & frigus patiebatur, non ſolum temporis, ſed & fidei. Addidit etiam: & dies illa nota domino, neq; dies, neq; nox. Quid eſt neq; dies neq; nox? nónne aperte de inſertis diei tenebris, & reuocata rurſum luce diſſeruit? Non fuit illa dies, neq; enim cœpit ab ortu ſolis, neq; integra nox fuit: non enim peracto diei curſu, ſpacia debita uel ab initio ſuſcepit, uel ad ultimum terminata produxit, ſed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad ueſperā. Poſt horam enim nonam depulſis tenebris ſol redditur mundo. Et iterum aliud de hoc ipſo teſtimonium dicit: Obſcurabitur ſuper terram in die lux. Do-
Matth. 27. cet euangelij prædicatio quod etiam milites diuiſerunt ſibi ueſtimenta IESV, & ſupra tunicam eius miſerunt ſortem. Hoc etiam curæ fuit ſpiritui ſancto prophetarum uocibus proteſtari cum dicit: Diuiſerunt ſibi ueſtimenta
Pſal. 21. mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Sed nec de illa quidem ueſte quam dicuntur milites illudentes induiſſe eum, id eſt, de ueſte coccinea pro-
Eſa. 63 phetæ ſiluerūt. Audi em̄ quid dicit Eſaias: Quis eſt iſte qui uenit de Edom, rubor ueſtimentorū eius ex Boſor? Quare rubicunda ſunt ueſtimenta tua, & indumentum tuum tanquam à torculari calcato? Vnde & ipſe reſpōdit:
Ibidem. Torcular calcaui ſolus filiæ Syon. Solus eſt enim qui peccatum non fecit, & abſtulit peccata mundi. Si enim per unum hominem mors introire, quanto magis per unum hominem qui & deus erat potuit uita reſtitui? Refertur etiā quod aceto potus ſit, uel uino myrrato, quod eſt amarius felle. Au-
Pſal. 68. di quid de hoc propheta prædixerit: Et dederunt, inquit, in eſca mea fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Atq; reſpondens iam tūc Moyſes dicebat
Deuter. 32. de populo illo: Ex uineis Sodomorum uitis eorum, & palmes eorum Gomorra. Vua eorum uua fellis, botrus amaritudinis ipſis. Et iterum expro-
Ibidem. brans eos dicit: Populus ſtultus & nō ſapiens, hæc domino retribuiſti? Sed & in Canticis canticorum eadem prænunciantur, ubi etiam hortus in quo
Canti. 5. crucifixus eſt deſignatur, dicit ergo: Intraui in hortum meū, ſoror mea ſponſa, & uindemiā myrram meam. Vbi euidēter uinum myrratū quo potatus

eſt

est declarauit. Spiritū post hæc scribitur reddidisse, prænunciatum fuerat & hoc per prophetam dicētem ex persona filij ad patrem: In manus tuas commendo spiritum meum. Sepultus quoq; perhibetur, & lapis magnus positus ad ostium monumēti. Accipe etiam de hoc quod propheticus per Hieremiā sermo prædixerit: Mortificauerūt, inquit, in lacu uitam meā, & posuerunt lapidem super me. Euidētissima hæc sepulturæ eius indicia propheticis uocibus designata sunt, accipe tamen & alia: A conspectu, inquit, iniquitatis ablatus est iustus, & erit in pace locus eius. & alibi: Et dabo malignos in sepultura eius. Item aliàs: Recubās dormiuit ut leo, & ut catulus leonis, quis suscitabit eum? Sed & quod in infernum descendit, euidēter prænunciatur in psalmis ubi dicit: Et in puluerem mortis deduxisti me. & iterum: Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? & iterum: Descendisti in limū profundi & nō est substātia. Sed & Matthæus dicit: Tu es qui uenturus es, an aliū expectamus? Vnde & Petrus dixit: Quia CHRISTVS mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. In ipso ait: Et eis qui in carcere inclusi erāt in diebus Noë, in quo etiam quid operis egerit in inferno, declaratur. Sed & ipse dominus per prophetam dicit, tanq; de futuro: Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem: quod rursus prophetice nihilominus ostendit impletum cū dicit: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacū. Sequitur post hæc (Tertia die resurrexit) Resurrectionis gloria in CHRISTO omne quod infirmum & fragile uidebatur, absoluit. Si tibi pauloante non uidebatur esse possibile usq; ad mortem uenisse immortalem, aspice nunc quia qui deuicta morte resurrexisse dicitur, nō potest esse mortalis, sed bonitatem in hoc intellige creatoris, quia eousq; ille miseratus descendit, usquequo tu peccando deiectus es. Nec creatorem omnium de hoc impossibilitatis accuses, ut ibi putes opus eius caduco lapsu potuisse cōcludi, quo ille id reparaturus peruenire non posset inferna & superna nobis dicuntur, qui certe corporis circunscriptione concluſi, intra præscriptæ nobis legis terminos continemur. Deo autem qui ubiq; est, & nusquam deest, quod inferum est, aut quod supernum patet. Veruntamen in assumptione corporis etiam ista complentur. Resuscitatur caro quæ deposita erat in sepulchro, ut adimpleretur quod dictū est per prophetam: Quia non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Redit ergo uictor à mortuis, inferni secum spolia trahens, eduxit enim eos qui tenebātur à morte, sicut ipse prædixerat ubi ait: Cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me traham. Attestatur autem euangelium de hoc cum dicit: Quia monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum dormientium resurrexerunt & apparuerūt multis, & ingressi sunt sanctam ciuitatem illam de qua Apostolus dicit: Quæ autem sursum est Hierusalem libera est quæ est mater omnium nostrum.

Thren. 3. Psal. 21. Psal. 29. Psal. 68. Matth. 11. 1. Petri. 3. Psal. 15. Ibidem. Ioan. 12. Matth. 27. Galat. 4.

Hebr.2. Sicut ad Hebræos iterum dicit: Decebat enim propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, autorem salutis eorum per passionem consummari. Igitur cõsummatam passionibus carnem atq; in eam prothoplasti lapsum resurrectionis uirtute reparatum, in dextera se
Ephe.1. dis dei altissimi collocauit. Vnde & Apostolus dicit: Qui simul consuscitauit nos, simulq; sedere fecit in cœlestibus, hic enim erat figulus qui, ut Hiere
Hiere.18. mias docet propheta: Vas de manu sua collapsum & confractũ, rursum eleuauit manibus suis, & reformauit sicut placuit in conspectu eius. Placuit autem ut corpus quod mortale & corruptibile susceperat, de sepulchri petra leuatum, & immortale atq; incorruptibile effectum, iam non in terrenis, sed in cœlestibus & in patris dextera collocaret. Plenæ sunt de his sacramentis scripturæ ueteris testamẽti. Nullus super his propheta, nullus legislator aut psalmographus siluit, sed omnis penè sacra de his loquitur pagina, & ideo superfluum uidetur immorari nos ad congreganda testimonia: pauca tamẽ & admodum pauca ponemus, ad ipsos fontes diuinorum uoluminum remittentes eos qui potare abundantius cupiunt, dicit ergo statim in psal-
Psal.3. mis: Ego dormiui & somnum cœpi, & resurrexi, quoniam dominus suscepit
Ibid.11. me. & iterum in alio loco: Propter miseriã inopum & gemitum pauperum,
Ibid.29. nunc exurgam dicit dominus. Et alibi sicut iam superius diximus: Domine eduxisti de inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum.
Ibid.84. & in alio: Quoniam cõuersus uiuificasti me, & de abysso terræ iterum reduxisti me. Euidentissime autem in octogesimo & septimo psalmo de eo dicitur: Et factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Non dixit homo, sed sicut homo. Sicut homo enim erat quia etiam descenderat in infernum, sed inter mortuos liber erat, quia à morte teneri nõ poterat. Et ideo in uno natura humanæ fragilitatis, in alio diuinæ maiestatis ostẽdit, Osee
Osee.6. autem propheta etiam de tertia die manifeste prænunciat hoc modo: Sanabit nos, inquit, post biduum, in die autem tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Hæc autem ex persona eorum dicit qui cũ ipso die tertia re-
Esa.40. surgentes, de morte reuocantur ad uitam, & ipsi sunt qui dicũt, die tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Esaias uero aperte dicit: Qui educit de terra pastorem magnum ouium. Sed & mulieres quod uisuræ essent resurrectionem eius, scribis & pharisæis & populo nõ credentibus, etiam hoc
Esa.32. prædixit Esaias his uerbis: Mulieres quæ uenitis ab spectaculo uenite, non enim est populus habens intellectum. Sed & de illis quæ post resurrectio-
Ioan.20. nem perrexisse dicuntur & quæsisse eum, & non inuenisse, sicut Maria refertur uenisse ante lucem, & nõ inuento eo, flens dixisse ad angelos qui aderãt, Quia tulerunt dominũ, & nescio ubi posuerunt eũ: etiã hoc dicitur in Canti-
Cant.5. cis canticorũ: In cubili meo quæsiui, & nõ inueni eum. De illis quoq; quæ inuenerunt eũ, & tenuerunt pedes eius, prædicitur in Canticis canticorũ: Te-

nebo

nebo eum & nō dimittam eū quē dilexerit anima mea. Hæc interim pauca de multis breuitati ſtudentes poſuimus, plura & relinquentes. (Aſcendit in cœlos, ſedet ad dexterā patris, inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos) Conſequentia breuitatis in fine ſermonis hæc continent, in quibus quod dicitur quidē palàm eſt, ſed requiritur quo ſenſu intelligi debeāt quæ dicunt. Nam aſcendiſſe & ſediſſe, & uenturū eſſe, ſi ſecundū dignitatem diuinitatis intelligas, aliquid per hoc humanæ fragilitatis uidebit indicari. Cōſummatis etenim his quæ in terra gerebātur, & animabus de inferni captiuitate reuocatis, aſcendere memoratur ad cœlos, ſicut propheta prædixerat: Aſcendens in altū captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Illa ſcilicet dona quæ Petrus in Actibus apoſtolorū de ſpiritu ſancto dicebat: Exaltatus ergo dextera dei, effudit hoc donū quod uos auditis & uidetis. Donū ergo ſpiritus ſancti hominibus dedit, quia captiuitatē quā prius diabolus per peccatū deduxerat in infernū, CHRISTVS per mortis ſuæ reſurrectionem reuocauit ad cœlū. Aſcendit ergo ad cœlos, nō ubi uerbū deus ante non fuerat, quippe qui erat ſemper in cœlis, & manebat in patre, ſed ubi uerbū caro factū ante non ſedebat. Deniq; quia nouus iſte ingreſſus portarū cœli ædituis & principibus uidebatur, uidētes naturā carnis cœlorū ſecreta penetrantem, dicūt adinuicē, ſicut Dauid plenus ſpiritu enunciat: Tollite portas principis ueſtri, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Quæ uox utiq; nō propter diuinitatis potentiā, ſed propter nouitatē carnis aſcendentis ad dexteram dei ferebatur. Dicit & alibi idē Dauid: Aſcendit deus in iubilatiōe, dominus in uoce tubæ. In uoce enim tubæ moris uictorū eſt redire de prælio. de ipſo quoq; & aliàs dicitur: Qui ædificat in cœlo aſcenſum ſuū. Etiā alibi: Qui aſcendit ſuper cherubin & uolauit, uolauit ſuper pennas uentorum. Sedere quoq; ad dexteram patris carnis aſſumptæ myſteriū eſt, neq; enim incorporeæ illi naturæ conuenienter iſta abſq; aſſumptione carnis adduntur, neq; ſedis cœleſtis perfectum diuina natura ſed humana conquirit. Vnde & dicitur de eo: Parata ſedes tua domine ex tunc, à ſeculo tu es. Parata ergo à ſeculo ſedes eſt in qua ſeſſurus erat is, in cuius nomine omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua cōfitebitur ei, quia dominus IESVS CHRISTVS in gloria dei patris eſt, de quo & Dauid ita refert: Dixit domin⁹ domino meo, ſede à dextris meis, donec pōnā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Quæ tamē dicta dominus in euangelio differens dicebat ad Phariſæos: Si ergo Dauid in ſpiritu dominū uocat, quomodo filius eius eſt? Per qd' oſtēdit ſecūdū ſpiritū dominū, ſecūdū carnē filiū eſſe Dauid. Vnde & ipſe dominus iterū dicit: Verūtamē dico uobis amodo uidebitis filiū hominis ſedentē à dextris filij dei. Et Petrus apoſtolus dicit de CHRISTO: Qui eſt in dextera dei ſedēs in cœlis. Sed & Paulus

Ephe. 4.
Act. 2.
Pſal. 23.
Pſal. 46.
Pſal. 17.
Pſal. 92.
Pſal. 109.
Matth. 22.
Matth. 26.
1. Petri. 3.

Ephe. 3. ad Ephesios scribens: Secundum operationem, inquit, potẽtiæ uirtutis eius quam operatus est in CHRISTO suscitans eum à mortuis, & sedere faciens in dextera sua. Quod autẽ ueniat iudicaturus uiuos & mortuos multis quidem diuinarum scripturarum testimonijs edocetur, sed priusq; propheticis hæc eloquijs prædicta doceamus, illud necessario arbitror admonendum, quod ista fidei traditio quotidie nos uult de aduentu iudicis esse solicitos ut actus nostros ita præparemus uelut reddituri imminenti iudici rationem.

Psal. 111. Hoc enim erat quod & propheta dicebat de uiro beato, quia disponet sermones suos in iudicio. Quid autem dicitur iudicare uiuos & mortuos, nisi quod alij uiui, alij mortui ad iudicium ueniant? sed animæ simul iudicabuntur & corpora, in quibus uiuos animas, corpora mortuos nominauit. Sicut

Matth. 10. & ipse dominus in euãgelio dicit: Nolite timere eos qui corpus possũt occidere, animæ autem nihil facere possunt, sed timete potius eũ qui potest animam & corpus perdere in gehenna. Nunc iam paucis si uidetur etiam per prophetas hæc prædicta esse doceamus. Plura autem testimonia cum uoluẽris, ipse tibi de scripturarum latitudine cõgregabis, dicit ergo Malachias propheta: Ecce uenit dominus omnipotens, & quis sustinebit diem aduentus eius, aut quis sustinebit aspectum eius? quia ipse ingredietur sicut ignis conflatoris, & sicut spuma lauantium, & sedebit conflans eos, & purgans sicut argentum & sicut aurum. Vt autem euidentius agnoscas quis sit iste dominus de quo hæc dicuntur, audi quid & Daniel propheta prænunciat: Videbam, inquit, in uisu, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ueniẽs, & usq; ad uetustum dierum perueniet, & in conspectu eius oblatus est, & ipsi datus est principatus & honor, & regnum, & omnis populus, tribus & linguæ ipsi seruiunt & potestas eius potestas æterna quæ nõ peribit, & regnũ eius non corrũpetur. Ex his ergo edocemur non solũ de aduentu & iudicio, sed de potestate eius & regno, quia potestas eius æterna sit, & sine corrupti-

Luc. 1. onis fine sit regnũ: sicut in euãgelio dicit: Regni eius nõ erit finis. Vnde uaide alienus à fide est, qui regnũ CHRISTI dicit aliquando finiendũ. Scire tamen debemus quod salutarẽ hunc CHRISTI aduentũ conabitur inimicus ad decipiendum fideles quosq; callida fraude simulare, & pro filio hominis qui expectat uẽturus in maiestate patris sui filiũ perditionis in prodigijs & signis mẽdacibus præparare, ut p CHRISTO mũdo huic introducat antichristũ. De quo & ipse dominus in euãgelijs prædixit Iudæis: Quia ego ueni in nomine patris mei, & non recepistis me, alius ueniet in nomine suo & ipsum recipietis. & iterũ dicit: Cũ uidebitis abominationẽ desolationis in

Daniel. 9. loco sancto, sicut dicit Daniel propheta: Qui legit intelligat. Daniel ergo de aduentu erroris istius plenius & latius in suis uisionibus edocet, ex quibus ualde operosum est exempla nunc ponere, quia satis amplis narrationibus dilatantur. Et ideo scire de his plenius delectantem ad ipsas magnas recen-

sendas

fendas remittimus uisiones. Sed & Apostolus de eo dicit: Ne quis uos sedu cat ullo modo, quoniã nisi discessio uenerit primum, & reuelatus fuerit ho mo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollit se super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostẽdens se tãq; sit deus. Et paulo post: Et tunc reuelabitur, inquit, inimicus quem dominus IE SVS interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum opera satanæ in omni uirtute, signis & prodi gijs mẽdacibus. Et iterum paulo post: Et ideo mittet illis deus operationem erroris ut credãt mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueri tati. Propterea ergo propheticis & euangelicis atq; apostolicis uocibus no bis prænunciatur hic error, ne quis pro aduentu CHRISTI aduentum cre dat antichristi. Sed & ipse dominus dixit: Cũ dixerint uobis, ecce hic CHRI STVS, aut ecce illic, nolite credere, uenient enim multi pseudochristi & pseu doprophetæ, & seducent multos. Sed quomodo demonstrabitur iudicium ueri CHRISTI uideamus: Sicut fulgur, inquit, de Oriente resplendet usq; ad Occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Cum enim aduenerit uerus dominus IESVS CHRISTVS, sedebit & iudicium statuet, sicut euãgelium dicit: Et segregabit oues ab hœdis, & iustos ab iniustis. Sicut & Apostolus scribit: Quia omnes nos stare oportet ante tribunal CHRISTI, ut recipiat unusquisq; propria operis sui prout gessit siue bona, siue mala, iudicabimur autẽ nõ solũ pro gestis, sed & pro cogitatis, secũdũ quod & ipse Apostolus dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendẽtibus in die quo iudicabit deus occulta hominum, sed de his ista sufficiant. Post hoc ponitur in ordine fidei: Et in spiritu sancto. Ea quæ in superioribus pau lo latius de CHRISTO sunt tradita ad incarnationis uel passionis eius my sterium pertinent. Quæ dũ media intercedunt personæ ipsius coaptata san cti spiritus commemorationem paulo longius reddiderunt. Cæterum si so lius diuinitatis ratio habeatur eo modo quo in principio dicitur, Credo in deo patre omnipotẽte. Et post hæc, in IESV CHRISTO filio eius unico do mino nostro, ita iũgitur, & in spiritu sancto. Illa uero omnia quæ de CHRI STO memorantur ad dispensationem carnis, ut diximus, spectãt: igitur san cti spiritus memoratione adimpletur mysterium trinitatis. Sicut enim dici tur pater & alius non est pater, unus dicitur & unigenitus filius, & alius uni genitus non est, ita & spiritus sanctus unus est, & alius non potest esse spiri tus sanctus. Vt ergo fiat distinctio personarum, affectionis uocabula secer nuntur, quibus ille pater intelligatur, ex quo omnia, & ipse nõ habeat patrẽ, filius uero tanq; qui ex patre natus sit, & spiritus sanctus tanq; de dei ore procedẽs & cũcta sanctificãs. Vt autẽ una eadẽq; in trinitate diuinitatis do ceat, sicut dictũ est, in deo patre credi adiecta præpositione, ita & in CHRI STO filio eius, ita & in spiritu sancto memoratur. Sed ut manifestius fiat

Coloss. 2.
Ephe. 5.
1. Ioan. 3.
Matth. 13.
Luc. 17.
Matth. 25.
Rhom. 14.
2. Cor. 5.

quod

quod dicimus ex consequentibus approbabitur. Sequitur nanq; post hunc sermonem (Sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, huius carnis resurrectionem) Non dixit in sanctam ecclesiam, nec in remissionem peccatorū, nec in carnis resurrectionem. Si enim addidisset in præpositionem, una eademq; uis fuisset cum superioribus. Ne autem in illis quidē uocabulis ubi de diuinitate fides ordinatur, in deo patre dicitur & in IESV CHRISTO filio eius, & in spiritu sancto, in cæteris uero ubi non de diuinitate, sed de creaturis ac mysterijs sermo est, in præpositio nō additur, ut dicatur in sanctam ecclesiam, sed sanctam ecclesiam credendam esse, nō ut in deum, sed ut ecclesiam deo congregatam: & remissionem peccatorum credendam esse, nō in remissionem peccatorum: & resurrectionem carnis, non in resurrectionē carnis. Hac itaq; præpositiōis syllaba creator à creaturis secernitur, & diuina separātur ab humanis. Is ergo spiritus sanctus est, qui in ueteri testamento legem & prophetas, in nouo uero euangelia & apostolos inspirauit. Vnde &
2. Thimo. 3. Apostolus dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendū. Et ideo quæ sunt noui ac ueteris instrumenti uolumina, quæ secundū maiorum traditionē, per ipsum spiritum sanctum inspirata creduntur, & ecclesijs CHRISTI tradita, competens uidetur in hoc loco euidenti numero, sicut ex patrum monumentis accepimus designare, itaq; ueteris instrumenti primo omniū Moysi quinq; libri sunt traditi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū: post hoc Iesu Naue, Iudicum simul cū Ruth, quatuor post hæc Regum libri, quos Hebræi duos numerant, Paralipomenon, qui dierū dicitur liber, & Esdræ libri duo qui apud illos singuli cōputātur, & Hester, prophetarum uero Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, præterea duodecim prophetarum liber unus, Iob quoq;, & psalmi Dauid singuli sunt libri, Salomonis uero tres ecclesijs traditi, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum. In his conduserunt librorum numerum ueteris testamenti. Noui uero quatuor euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Actus apostolorū quos descripsit Lucas, Pauli apostoli epistolas quattuordecim, Petri apostoli epistolas duas, Iacobi fratris domini & apostoli unam, Iudæ unam, Ioannis tres, Apocalypsim Ioannis. Hæc sunt quæ patres intra canonē conduserunt, ex quibus fidei nostræ assertiones constare uoluerunt. Sciendum tamen est quod & alij libri sunt quæ non canonici, sed ecclesiastici à maioribus appellati sunt, ut est Sapientia Salomonis, & alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach, qui liber apud Latinos hoc ipso generali uocabulo Ecclesiasticus appellatur: quo uocabulo non autor libelli, sed scripturæ qualitas cognominata est. Eiusdem ordinis est libellus Tobiæ & Iudith & Machabeorum libri. In nouo uero testamento libellus qui dicitur Pastoris siue Hermatis, qui appellatur duæ uiæ, uel iudicium secundum Petrum, quæ omnia legi quidem in ecclesijs uoluerunt, non tamen proferri ad auto/

ad autoritatem ex his fidei confirmandam. Cæteras uero scripturas apocri-
phas nominarũt, quas in ecclesijs legi noluerũt. Hæc nobis à patribus, ut di/
xi, tradita opportunũ uisum est hoc in loco designare ad institutionẽ eorũ
qui prima fidei elementa suscipiunt, ut sciant ex quibus sibi fontibus uerbi
dei hauriẽda sint pocula. Tenet deinde traditio fidei sanctã ecclesiam. Cau-
sam iam superius diximus cur non dixerit etiam in sanctam ecclesiam, sed
sanctam ecclesiam. Hi ergo qui supra in uno deo credere docti sunt sub my
sterio trinitatis, credere etiam hoc debent, unam esse ecclesiam sanctam, in
qua una est fides, & unum baptisma, in qua unus deus credit' pater, & unus
dominus IESVS CHRISTVS filius eius, & unꝰ spiritus sanctus. Ista est er
go sancta ecclesia non habens maculam ac rugam. Multi enim & alij eccle-
as congregarunt, ut Marcion & Valentinus, ut Hebion, ut Manicheus, ut
Arrius, & cæteri omnes hæretici. Sed illæ ecclesiæ nõ sunt sine macula aut ru
ga perfidiæ. Et ideo dicebat de illis propheta: O diui ecclesiam malignantiũ, Psal. 25.
& cum impijs non sedebo. De hac autem ecclesia quæ fidem CHRISTI in/
tegram seruat audi quid dicit spiritus sanctus in Canticis canticorum: Vna Can. 6.
est columba mea, una est perfecta genitricis suæ. Qui ergo hanc fidem in ec
clesia susceperit, non declinet in concilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus
non introëat. Conciliũ nanq; uanitatis est, quod ait Marcion, qui negat pa
trem CHRISTI deum esse creatorem qui per filiũ suum fecerit mundũ. Cõ
cilium uanitatis quod Hebion docet, ita CHRISTO credi debere, ut & circũ
cisio carnis, & obseruatio sabbati, & sacrificiorũ solennitas, cæteræq; omnes
obseruationes secundũ literam legis teneantur. Conciliũ est uanitatis quod
Manicheus docet: Primũ quod se paraclitũ nominauit: tum deinde quod
mundũ à malo factũ dicit: deũ creatorẽ negat: testamẽtum uetus repudiat:
unam bonã aliam malã naturã sibiinuicẽ aduersantes asserit: coæternas deo
animas hominũ secũdũ Pythagoricos in pecudes & animalia & bestias re/
dire per diuersos nascendi circulos astruit: Resurrectionẽ carnis nostræ ne-
gat: Passionẽ domini & natiuitatẽ nõ in ueritate carnis, sed in phãtasijs fuis
se cõfirmat. Conciliũ uanitatis est qd' Paulus Samos Athenus, & post eius
successor Fotinus qui asseruit CHRISTVM nõ fuisse ante secula natũ ex pa
tre, sed ex Maria cœpisse, & non eũ deũ hominem natũ, sed ex homine deũ
existimat factũ. Conciliũ uanitatis est & qd' Arrius atq; Eunomius docuit,
qui filiũ dei nõ ex ipsa patris substantia natũ, sed ex nihilo creatũ uolunt, &
filiũ dei habere initium & minorẽ esse patre: sed & spiritũ sanctũ nõ solum
minorẽ esse, sed & mittendariũ asserũt. Conciliũ uanitatis est & qd' illi aiũt,
q filiũ quidẽ de substãtia patris fatent', sanctũ uero spiritũ separant & secer/
nunt, cũ utiq; unã eandẽq; uirtutẽ & diuinitatẽ ostẽderit trinitatis saluator
in euangelio cũ dicit: Baptizate gẽtes in nomine patris & filij & spiritus san Matth. 28.
cti. Et est aperte impiũ separari ab homine quod diuinitus iungit'. Conciliũ

uanitatis

uanitatis est & hoc quod olim congregauit pertinax & praua contentio, af-
serens quidem CHRISTVM carnem humanam suscepisse, non tamen ani-
mam rationalem, cum utiq; & carni, & animæ, & sensui, & mẽti una eadem
q; salus à CHRISTO collata sit. Sed & illud concilium uanitatis est quod Do
natus per Aphricã traditionis ecclesiam criminando contraxit, & quod No
uatus solicitauit, lapsis pœnitentiam denegando, & secundas nuptias non
iniri, eas etiam, si necessitas exigit, condemnando. Has omnes ergo uelut có
gregationes malignantium fuge: sed & eos si qui illi sunt, qui dicuntur asse
rere quod filius dei nõ ita uideat, uel nouerit patrem sicut ipse noscitur, & ui
detur à patre, uel regnum CHRISTI esse finiendum, uel carnis resurrectio-
nem non integra naturæ suæ substantia reparandam, futurum dei iustum
erga omnes negare iudicium, diabolum debita absoluere damnatione pœ-
narum. Ab his, inquam, omnibus fidelis declinet auditus, sanctam uero ec-
clesiam teneat quæ deum patrem omnipotẽtem, & unigenitum filium eius
IESVM CHRISTVM dominum nostrum & spiritum sanctum concordi
& consona substantiæ ratione profitetur, filiumq; dei natum ex uirgine, &
passum pro salute humana, & resurrexisse à mortuis in eadẽ carne qua na-
tus est, credit, eundemq; uenturum iudicem omnium sperat, in qua & remis-
sio peccatorum, & carnis resurrectio prædicatur. Verum de remissione pec-
catorum sufficere deberet sola credulitas. Quis enim causas aut rationẽ re-
quirat, ubi indulgentia principalis est? Et tamẽ cum terreni regis liberalitas
discussioni non sit obnoxia, ab humana temeritate discutitur diuina largi-
tio. Solent enim cũ irrisione dicere aduersum nos pagani quod ipsi nos de-
cipiamus, qui putamus crimina quæ opere commissa sunt, uerbis posse pur
gari. & aiunt: Nunquid potest qui homicidium commisit, homicida non
esse, aut adulter nõ uideri, qui adulterium perpetrauit? Quomodo huiusce-
modi criminum reus, sanctus uobis effici uidetur & purus? Sed ad hæc (ut
dixi) melius fide q; ratione respõdeo. Rex enim est omnium qui promisit,
terræ cœliq; dominus est qui hæc pollicetur. Vis ut ei qui me hominem ex
terra fecit credam quod ex criminoso me faciat innocentem, & qui me cum
essem cæcus fecit uidere, uel cum essem surdus audire me fecit, qui mihi clau-
do reddidit gressum, innocentiam mihi perditam non poterit reparare? Et
tamen ueniamus ad ipsius naturæ testimonium. Occidere hominẽ nõ sem-
per criminosum est, sed malicia non legibus occidere, criminosum est. Non
ergo factum me in talibus, quia interdum & recte fit, sed animus male con-
sulens damnat. Si ergo animus in me qui criminosus effectus est, & in quo
origo fuit uitij corrigatur, cur tibi non uidear posse innocens effici qui prius
fueram criminosus? Si enim (ut supra ostendimus) constat quod non in fa
cto, sed in uoluntate sit crimẽ, sicut mala uolũtas autore malo dæmone pec-
cato me & morti fecit obnoxium, ita bona uoluntas mutata autore bono
deo

deo,innocẽtiæ me reddit & uitæ. Similis cauſa in cæteris criminibus.Et hoc modo fides noſtra non inuenitur naturalibus rationibus aduerſari,dum remiſſio peccatorum non geſtis quæ mutari non poſſunt, ſed animo quẽ de malo in bonum uerti poſſe certum deputatur.Sed ultimus iſte ſermo qui reſurrectionem prænunciat,ſummam totius perfectionis ſuccincta breuitate concludit.Quamuis etiam de hoc non ſolum à gentilibus,ſed etiam ab hæreticis fides impugnetur eccleſiæ. Nam Valentinus reſurrectionem carnis omnimodo negat,& Manicheus,ſicut ſuperius oſtendimus. Sed & iſti qui Eſaiam prophetam dicentem quidem:Reſurgent mortui & ſuſcitabuntur qui in monumentis ſunt. Audire noluerunt, nec Danielem ſapientiſſimũ omnium,prophetantem. Quia tunc reſurgent qui ſunt in terræ puluere,hi quidem in uitam æternam,hi autem in opprobrium & confuſionem æternam. Inde uel in euangelijs quæ recipere uidentur,diſcere debuerunt à domino ſaluatore noſtro Saducæos docente dictũ. Quod aũt reſurgant mortui non legiſtis quomodo dicit Moyſes in rubo:deus Abraham,deus Iſaac, Exo.3.
& deus Iacob: deus autem non eſt mortuorũ.In quo etiam quæ ſit & quanta reſurrectionis gloria,in ſuperioribus memorauit cũ dixit. In reſurrectio- Matth. 22.&
ne autem mortuorum,neq; nubent neq; nubẽtur,ſed erunt ſicut angeli dei. Lu. 20.
Reſurrectionis ergo uirtus angelicum hominibus confert ſtatum,ut qui de terra reſurrexerunt,non iterum in terra cum pedibus,ſed in cœlo cum angelis uiuant,quos tamen ad hoc ratio uitæ prioris admiſerit: Illos ſcilicet qui iam non carni ſeruiunt, ſed animæ ſuæ carnem caſtis pudicitiæ frenis in obedientia ſancti ſpiritus ſubiugauerunt, & omni eam uitiorum labe tenuatam,& ad ſpiritalem gloriam ſanctificationis uirtute mutatam, angelorum quoq; meruerint conſortijs miſceri. Sed infideles reclamant & dicunt: Quomodo poteſt caro quæ putrefacta diſſoluitur,aut in puluerem uertit, maris etiam quæ interdum profundo ſoluitur,fluctibusq; diſpergitur, recolligi rurſum & reintegrari in unum,& corpus ex ea hominis reparari? Ad quos primam interim reſponſionẽ ſermonibus Pauli faciamus dicẽtes eis: Inſipiens tu quod ſeminas non uiuificabitur niſi prius moriatur. Et quod ſeminas non corpus quod futurum eſt ſeminas,ſed nudum granum tritici, aut alicuius cæterorum ſeminũ,deus autẽ dat illi corpus pro ut uult. Quod ergo in ſeminibus quæ tu in terra iacis,per annos ſingulos fieri uides,hoc in tua carne quæ dei lege ſeminatur in terra,futurũ eſſe non credis? Cur quæſo te nunc anguſtus & inualidus diuinæ potentiæ exiſtimator es,ut diſperſum uniuſcuiuſq; carnis puluerem in ſuam rationem colligi & reparari poſſe non cenſeas, cum uideas quod etiam mortale ingenium demerſas in profundum terræ metallorum uenas rimatur,& artificis oculus aurum uidet in quo imperitus terram putet? Nec tantum quidem concedimus ei qui fecit hominem,quãtum homo qui ab ipſo factus eſt, aſſequi poteſt? Et cũ auri

esse propriam uenam,& argenti aliã,eris quoq; longe disparem,ferri quoq; & plumbi diuersas in terra species terræ latere,mortale deprehendat ingenium,diuina uirtus inuenire posse ac discernere nõ putabitur uniuscuiusq; carnis proprium sensum,etiam si uideatur esse dispersum? Sed adhuc tentemus animas quæ deficiunt in fide naturalibus rationibus adiuuare. Si quis diuersa semina in unum permisceat,& hæc indiscreta seminet,uel passim spargat in terram,nõne uniuscuiusq; seminis quocunq; loco fuerit satio,competenti tempore secundum naturæ suæ speciem germen producit, & culmum suæ formæ sui ćq; corporis reparat? Ita ergo & uniuscuiusq; carnis substantia quamuis uarie & diuerse dispersa sit, ratio tamen ipsa quæ inest unicuique carni, immortalis est. Tempore quo seminatis in terram corporibus primum uerbum dei uoluntate,cum arriserit collectum de terra,& attractum substantiæ suæ sensum reddit ac reparat in illa specie quam mors aliquãdo dissoluerat. Et ita fit ut unicuiq; animæ non confusum, aut extraneum corpus,sed suum quod habuerat reparetur, ut cõsequenter possit pro agonibus præsentis uitæ cum anima sua caro uel pudica coronari, uel impudica puniri. Et ideo satis cauta & prouida adiectione ecclesia nostra symboli docet,quæ in eo quod à cæteris traditur carnis resurrectionẽ. Vno addito pronomine tradit huius carnis resurrectionem. Huius sine dubio quã is qui profitetur signaculo crucis fronti impositio contegit,quo sciat unusquisq; fidelium carnem suam si mundam seruauerit à peccato futurã uas esse honoris utile domino,ad omne opus bonum paratum: si uero cõtaminata fuerit in peccatis,futuram esse uas iræ ad interitum. Iam uero de ipsa resurrectionis gloria & de repromissionum magnitudine,si quis plenius scire desyderat,omnibus penè diuinis uoluminibus inueniet indicari, ex quibus nos commonitionis tãtummodo gratia pauca in præsenti loco memorantes,finem iniuncti à te opusculi faciemus. Igitur apostolus Paulus
1 Corin. 15. quod resurgant mortui,talibus asserit argumentis dicens. Quod si resurrectio mortuorum non est,ergo nec CHRISTVS resurrexit. Si autem CHRISTVS non resurrexit,inanis est prædicatio nostra,uacua est & fides nostra. Et paulo post. Nũc autem CHRISTVS resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors,& per hominem resurrectio mortuorũ. Sicut eñ in Adam oẽs moriũtur, ita in CHRISTO oẽs uiuificantur: unusquisq; autem in suo ordine initium CHRISTVS, deinde hi qui sunt CHRISTI in aduentu eius,deinde finis. Et in cõsequentibus ad
Ibidem. dit etiam hæc: Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed nõ oñes immutabimur. In momẽto,in ictu oculi,in nouissima tuba. canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur. Sed & ad
1. Thessal. 4. Thessalonicẽses nihilominꝰ scribẽs dicit: Nolo aũt uos ignorare fratres de dormientibus,ut nõ cõtristemini sicut & cæteri qui spem nõ habent. Nam

& si cre

& si credimus,quia Iesus mortuus est & resurrexit,ita deus eos qui dormie 1.Thess.4.
runt per Iesum adducet cum illo.Hoc enim uobis dicimus in uerbo domi-
ni,quia nos qui uiuimus qui relicti sumus in aduentu domini, non præue-
niemus eos qui dormierunt.Quoniã ipse dominus in iussu,in uoce archan
geli, in tuba dei descendet de cœlo,& mortui qui in CHRISTO sunt,resur-
gent primi:deinde nos qui uiuimus qui relicti sumus simul cum illis rapie-
mur in nubibus obuiam CHRISTO in aëra,& ita semper cum domino eri
mus. Verum ne existimes hæc Pauli solius prædicatiõe nouella signari,au-
di quid etiam Ezechiel propheta olim per spiritum prælocutus sit. Ecce,in- Ezech.37.
quit,ego aperiam sepulchra uestra,& educam uos de sepulchris uestris.Iob
quoq; mysticis redundans totus eloquijs, audi cq; euidenter resurrectionẽ
prædicet mortuorum.Est,inquit,arboris spes,si enim abscissa fuerit iterum
pullulabit,& uirgultum eius nuncq; deficit: quod si senuerit,in terra erit ra-
dix eius.Si aũt in petra mortuus fuerit truncus eius,odore aque reflorebit,
& faciet fruticẽ quasi nouella. Vir uero si mortuus fuerit,abijt, & mortalis si
ceciderit,ultra iam non erit.Non tibi uidetur in his cum quodam pudore ar
guere homines & dicere.Ita ne est stultum hominum genus,ut cum uideãt
abscissæ arbori uitã*recipere, ipsi nec lignis simile aliquid de semetipsis,nec als*redire.
arboribus opinentur? Vt autem scias quod uelut interrogantis, quomodo
legendum sit quod dixit:Mortalis autem cum ceciderit non resurget:de cõ-
sequentibus probat.Subiungit nanq; statim.Si autem mortuus fuerit ho-
mo uiuet.Et paulo post dicit.Expectabo usq;quo nunc haurit. Hæc quidẽ
dicta sunt ad comprobationem professionis nostræ,qua cõfitemur in sym-
bolo huius carnis resurrectionem. Quod enim adiunctum est,huius,uide
quàm consonum sit omnibus his quæ de exemplis diuinorum uoluminũ
memorabamus: Quid enim aliud indicatur in dictis Iob quæ superius ex-
posuimus cum dicit,quia suscitauit pellem meam quæ hæc nunc haurit, id
est quæ ista tormenta perpetitur. Nõne aperte huius carnis dicit resurre-
ctionem futuram? Huius,inquam,quæ tribulationum & tentationum cru-
ciamenta nunc sustinet.Sed & Apostolus cum dicit: Oportet enim corru- 1.Corin.15.
ptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalita-
tem,nunquid non corpus suum quodammodo contingentis & digito pal-
pantis est uox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus est,resurrectionis
gratia incorruptibile erit.Et nunc quod mortale est, immortalitatis uirtuti-
bus induetur,ut sicut CHRISTVS resurrexit à mortuis, iam non moritur, 1.Thess.4.
neq; mors ei ultra dominabitur.Ita qui & in CHRISTO resurgunt,nec cor
ruptionem sentiant ultra,nec mortem,non natura carnis abiecta,sed de cõ-
ditiõe eius & qualitate mutata.erit ergo corpus quod resurget à mortuis in-
corruptibile & immortale,non solum iustorum sed etiam peccatorum. Iu-
storum quidem ut semper possint permanere cum CHRISTO, peccatorũ

uero ut absq; internicione sui debitas luant pœnas. Quod autem iusti sem/
per cum domino CHRISTO permaneant, iam & in superioribus edocui/
mus, ubi ostendimus quia Apostolus dicit. Deinde nos qui uiuimus, qui re
licti sumus, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam CHRISTO in aera,
& ita semper cum domino erimus. Nec mora sacrosancta sanctorum cor/
pora in tantam gloriam resurrectionis mutabuntur, ut in occursum domi/
ni suspensa nubibus & aëre uectata rapiantur: cum ipse Apostolus expo/
Philip. 3. nens quantum conferat deus his qui diligunt eum, dicat. Qui transforma/
bit corpus humilitatis nostræ, conforme corporis filij claritatis suæ. Nihil er
go absurdum est, si sanctorum corpora dicantur nubibus in aëra sustolli, cũ
ad formam corporis CHRISTI quod in dextera dei sedet, dicantur esse re/
formanda. Sed hoc sanctus Apostolus uel de se, uel de cæteris sui loci, uel
meriti addit & dicit. Quia coexcitauit nos cum CHRISTO, simulq; fecit se/
dere in cœlestibus. Vnde cum hæc & horum similia quàm plurima in re/
promissionibus habeat resurrectio iustorum, non erit iam difficile credere
Sap. 3. Matth. 13. etiam illa quæ prophetæ prædixerũt, quod iusti fulgebunt sicut sol, & sicut
splendor firmamenti in regno dei. Quid enim difficile uidebitur eos fulgo
rem solis habituros & syderum ac firmamenti huius splendore decoran/
dos, quibus uel uita & conuersatio angelorum dei paratur in cœlis, uel con
firmandi dicuntur ad gloriam corporis CHRISTI, ad quã gloriam salua/
1. Corin. 15. toris ore promissam, respiciens sanctus Apostolus dicit: Quia seminatur
corpus animale surget corpus spiritale. Si enim uerum est (sicut certe uerũ
est) quod iustos quosq; & sanctos angelorum consortijs sociabit diuina di/
gnatio, certum est quod & corpora sanctorum in spiritalis corporis gloriã
uertat. Nec hoc contra naturalem corporis rationem uideatur esse promis/
Gen. 2. sum. Si enim secundum ea quæ scripta sunt, quod accipiens deus limum ter
ræ plasmauit hominem, credimus: & hoc est natura corporis nostri ut uolũ
tate dei terra uerteretur in carnem, quid tibi aut absurdum, aut contrarium
uidetur, si eisdem rationibus quibus lutum profecisse dicitur in corpus ani/
male, in corpus proficere spiritale credatur? hæc quidẽ atq; his similia mul/
ta inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorum. Dabitur & pec/
catoribus ut supra diximus incorruptionis & immortalitatis de resurrectio
ne conditio: ut sicut iustis ministrat ad perpetuitatem gloriæ ita peccatori/
bus ad prolixitatem confusionis & pœnæ. Sic enim propheticũ definit elo/
quium: cuius & paulo ante meminimus, ubi dicit: Et multi resurgent de ter/
ræ puluere, hi quidem in uitam æternam, hi autem in confusionem & op/
probrium æternum. Si ergo intelleximus qua ueneratione deus omnipo/
tens pater dicatur, quo ue sacramento dominus noster Iesus CHRISTVS
unicus filius ei⁹ habeat', & qua pfectiõe sanctus spũs eius noietur atq; san/
cta trinitas unũ sit per substantiam sed affectu pſonisq; discreta: quid etiã

partus

partus uirginis,quid uerbi in carne natiuitas,quid sacramẽtum crucis, quid utilitas diuini ad inferna descensus, quid resurrectionis gloria & animarũ de infernis reuocata captiuitas,quid etiam ascensus ad cœlum & uenturi iudicis expectatio,sed & sanctæ ecclesiæ aduersum congregationes uanitatis qualis haberi debeat agnitio,qui sacratorum uoluminũ numerus, quæ ue hæreticorum uitanda conuenticula, atq; in peccatorum remissione qui ad diuinam libertatem in ea quæ ratio naturalis obsistat,& ut carnis nostræ resurrectionem non solum diuinæ uocis sed ipsius domini & saluatoris exemplum & consequẽtia naturalis rationis assignet si inquam hæc secundũ traditionis supra expositæ regulam consequenter aduertimus, deprecemur ut nobis & omnibus qui hæc audiũt concedat dominus fide qua suscepimus custodita cursu consummato expectare repositam coronam iustitiæ,& inueniri inter eos qui resurgunt in uitam æternam,liberari uero à confusione & opprobrio sempiterno:per CHRISTVM dominum nostrum,per quem est deo patri omnipotenti cum sancto spiritu gloria & imperium in secula seculorum.Amen.

LIBELLVS DE SINGVLARITATE CLERICORVM: IN QVO DOCETVR, à domino fuisse reuelatum, ne sacerdotes cum fœminis commune haberent contubernium.Sed ne uelut somniatorẽ irrideat quisq;,quod per reuelationẽ dñm iussisse acceperat,per scripturarum sacra testimonia ante iussum fuisse,ostendit.

Caput unicum.

PRomiseram quidem uobis ante tempus epistolã filij charissimi,quæ omnium morum instituta de lege commendans summatim omnia etiam contineret, quæcũq; uniuersis clericis generaliter ad dirigendam regulam competunt disciplinæ.Sed quia nunc de fœminarum commoratione uulgariter inter uos quidam ignominiose deuoluti sunt, etiã de hac re specialiter uobis domini correptionẽ scribere compulsus sum, qui miserum me pro uestra negligentia cum seueritate conueniens, mandare præcepit,ne clerici cum fœminis commorentur. Et licet hæc admonitio sola

literarum mearum autoritate sufficeret, tamen ne me somniatorem irride-
Gen.37. at quisq; sicut Ioseph fratres irriserũt: scripturarum addimus firmitatem,
ut omnes sciant hoc etiam modo per reuelationem dominũ iubere, quod
literis cognoscitur ante iussisse, nec nos esse adulterantes uerbũ domini, aut
uolentes iactanter de reuelationibus gloriari, sed sic ante conspectum do-
mini referendo non mentiri quod loquimur, sicut à domino confidimus
nos non audisse mendacium, præsumentes uocem apostoli Pauli ꝓtestan-
2. Corin.4. tis: Non enim sumus, inquit, sicut plurimi adulterantes uerbum dei, sed ex
synceritate sicut ex deo coram ipso in CHRISTO loquimur. In dolore itaq;
maximo constituti de quibusdam putrefactis membris corporis nostri, &
in gemitu iacturam lamentantis ecclesiæ, quæ per segnitiem nostram redigi
tur per dies singulos ad nimiam paucitatem, credimus nos ex parte aliqua
subleuari, quod diligentiæ nostræ negligentia quorundam obesse non pos
sit, quibus nunc̃q; nostræ literæ defuerunt, quæ per absentiam nostram fre-
quentiam omnibus pensauerunt dissimulationis suæ, ut unusquisq; cõtem
ptor reum semetipsum conscribat, nos autẽ libera fronte contẽptoribus ex-
Prouer.1. clamemus, quod Salomon confidenter exprobrat. Quoniam quidẽ uoca-
bam, inquit, & non obaudiebatis, & extendebam uerba mea & non inten-
debatis, sed irrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non
intendebatis. Itaq; & ego uestræ ꝑditioni superridebo. Gratulabor ergo ad
uersum uos, cũ aduenerit uobis interitus, cũ aduenerit uobis subito tumul-
tus, euersio aũt simul & ꝓcellæ, & cũ aduenerit uobis ꝑssura & expugnatio.
Erit em̃ cũ me inuocaueritis, ego aũt non exaudiã uos. Quærent me mali,
& nõ inuenient: oderunt enim sapientiam. Verbum autem dñi non assum
pserunt, neq; uoluerũt meis consilijs intendere. Spræuerũt em̃ meas correc-
ptiones: Ideoq; edent uiæ suæ fructus, & sua impietate satiabũtur. Ad uos
nunc mea exhortatio cõuertitur, quos nolumus experiri talia præcipitia rui
narum. Metuite quantum potestis eiusmodi casus exitia. Et in ista subuer-
sione labentium uos experimenta perterreant. Nimiũ præceps est qui trã-
sire contendit ubi alium conspexerit cecidisse, & uehemẽter infrenis est, cui
non incutitur timor alio pereunte. Amator uero est salutis suæ, qui euitat
alienæ mortis incursum. Et ipse est prouidus, qui sollicitus sit cladibus cæte-
Astutus alie no periculo eruditur. rorum, sicut Salomon approbat dicens: Astutus uidens malum puniri, ue-
hementer erudietur. & iterum: Cadentibus impijs iusti uehementer terre-
buntur. Aduersa est confidentia, quæ periculis uitam suam pro certo com-
mẽdat. Et lubrica spes est, quæ inter fomẽta peccati saluari se sperat. Incerta
uictoria est, inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est, flam-
Prouer.6. mis circũdari nec ardere: quod Salomon nõ negat dicens: Quis alligabit in
sinu suo ignem, uestimenta autem sua non comburet? Sic qui introierit ad
uxorem

uxorem proximi sui,non erit immunis,neq; omnis qui tangit eam. Credite quæso uos credite diuinæ fidei quinimmo plus q̃ nostræ,quia om̃e quic quid pollicetur non potest fallere,dicente domino: Facilius est,inquit,cœlũ & terrã præterire,quàm de lege unum apicem cadere.& iterum:Cœlum & terra transibunt,uerba autem mea non præteribunt.Ipsi ergo nos fallimus. quotiens inordinaliter credimus,æstimantes per fidem nostram legis præcepta mutari,ut inter masculos & fœminas speremus passim castitatem immobilem custodiri.Difficile quis uenenum bibet,& uiuet. Verendum est dormienti in ripa,ne cadat,cum dicat Apostolus:Qui se putat stare,uideat ne cadat.In hac parte expedit plus bene timere,q̃ male fidere. Et utilius est infirmum se homo cognoscat ut fortis existat,quàm fortis uideri uelit, & infirmus emergat.De qua re præsumptores obiurgat Apostolus dicens: Si quis putat se aliquid esse,cum nihil sit,seipsum implanat. Pro certo implanator proprius suam animam decipit,qui non cauendo contraria noxijs rebus semet ipse commiserit.Ille autem tutius sibi cõsulit,qui circa malos semper infidus species quascunq; noxias extimescit:quorum distantiam Salomon differuit dicens:Sapiens timendo declinabit ab omni malo:Insipiens autem confidens sui miscetur iniquo.Magnum sapientiæ diuinæ consilium inuentum est,ubi timoris auxilio liberemur.Magna compendia prouidentiæ,ut aliquando fiat uirtus & uictoria per timorem. Magna remedia dominus contulit ad salutem,ut habeat & timidus laudem,sicut Salomon repetit dicens:Beatus uir qui uereturomnia per metum.Inæstimabilis domini misericordia,quæ undiq; homini suo contulit gloriam, & incomprehensibilis pietas, quæ scilicet pugnas dedit & palmas, ut confitendo masculorum sæuitiam superemus, & timendo fœminarum blandimenta uincamus,dummodo & de uirtute & de infirmitate super nos dominus glorias operetur,ut in omnibus & per omnia omnipotẽtem semet ipse testetur:diuidens differentias triumphorũ,ut tam cõsilijs q̃ uiribus à nobis bella uincantur,ne si uicerimus solius fidei fortitudine cõtra Salomonẽ uacua essent opera sapientiæ.Nunc igitur sapientiæ arma gestanda,ubi fœminei & uirilis sexus certamẽ indicitur. Vnde Salomon sic instruit dicens:Prudentiam, inquit,fac notam tibi,ut te seruet à muliere aliena & pessima. Videte nunc prudentiam in isto bello non fidem nobis datam esse uictricem,quæ nos timiditatis remedio liberasset, & contemplamini quæ sunt modo arma sumenda,si uultis habere legis auxilia.Estote timidi,ut sitis intrepidi, & licet timor in certamine infirmitas esse uideatur,tamen secũdum uerbum Apostoli:uirtus in infirmitate perficitur.Separamini deprecor separamini à contagione pestifera.Quantũcũq; fuerit unusquisq; longius ab aduersis,tantũ non sentit aduersa. Minus uoluptatibus stimulatur, qui non est ubi frequentia est uoluptatum. Et minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias

Luc.16. Matth.24. 1.Corin.10. Gal.6. Proverb.14. Eccl.25. Sapientiæ arma sumenda. Prouer.2. 2.Corin.11.

1. Tim. 6. non uidet. Si admittimus Apostolum dicentem: Qui uolunt, inquit, diui-
tes fieri, incidũt in tentationem & muscipulas diaboli & desyderia multa &
inutilia & noxia, quæ mergunt hominẽ in perditionẽ & in interitũ. Nõ ali-
Aculeus peccati forma mulieris. ter tentationibus subiacet, qui iunctus est fœminæ, in qua nihil est aliud, ni-
si quod feriat proximantem. Aculeus peccati facta est forma fœminea, &
mortis conditio non aliunde surrexit, nisi de muliebri substantia. Quod Sa-
Eccl. 25. lomon ad nostram sollicitudinem memorat dicens: A muliere factũ est ini
tiũ peccati, & propter hanc oẽs morimur. Inde mortales tenemur, nec teneri
timemus. Quid si iam immortales essemus? Per mulierẽ liberauit nos equi-
Gen. 3. dem CHRISTVS. Sed unde adhuc morimur formidare debemus. Tunc li
beratio ipsa constabit in fœmina, si à nobis mors reuincatur, quæ per fœmi
nam uenerat. Cæterum si adhuc per mulierem circa nos scandala dominan
tur, liberationis CHRISTI fecimus pro certo dispẽdium. Siquidem in futu-
rum spes ista libertatis manet, quam fidei nostræ CHRITVM credimus
cõtulisse, ut tũc nobis omnino mulier non noceat, cũ & ipsa mors fuerit eua
cuata. Nam si modo putamus nos intentabiles esse muliebribus iaculis,
1. Corin. 4. quid ergo restat cœlestibus regnis? Nõ immerito tales sensus Apostolus in
crepat dicens: Iam satiati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, &
utinam regnetis. Tempus ergo luctaminis adhuc geritur, & mors per fœmi
nam adhuc usq; grassatur. Mentior si non uidemus exinde interitus pluri-
morum. Quanti & quales episcopi & clerici simul & laici post confessionũ
uictoriarumq; calcata certamina, post magnalia & signa uel mirabilia usq;
quaq; monstrata, noscuntur cum his omnibus naufragasse, cum uolunt in
naui fragili nauigare? Quãtos leones domuit una infirmitas delicata, quæ
cum sit uilis & misera de magnis efficit prædam? Quod Salomon loquitur
Prouer. 6. dicens: Precium meretricis tantum est unius panis, mulier autem precioſas
animas capit. Ante nos ista tractantur, & nullis terroribus cohercemur.
Quid faceremus si opinionibus tãtummodo gestas historias audiremus?
Sed hæc est semper incredulitas humanæ duritiæ, ut non solum audiendo,
sed etiam uidendo non credat alteros interisse, nisi & seipsam uiderit interi-
re, nec sociorum mortibus quatitur, dum illos emeritos aut inualidos opi-
natur. Se autem multum mereri, aut multum ualere fiducialiter putat, ne-
sciens præberi cunctis exempla, cum fuerint quibusdam irrogata supplicia,
Luc. 13. sicut dominus in euangelio pronponit & dicit: Putatis quod hi Galilæi præ
omnibus Galilæis fuerint peccatores, qui talia passi sunt? Non, dico uobis:
nisi pœnitentiã habueritis similiter perietis, sicut illi supra quos cecidit tur-
ris in Syloë & occidit eos. Putatis quoniam & ipsi debitores fuerunt præ
omnibus hominibus habitãtibus in Hierusalem? Nõ, dico uobis: si nõ pœ
Adam seductus ab Eua. nitueritis similiter perietis. Miramur si Adam per Euam seductus est,
quem nulla morientiũ exempla præcesserant, nisi iussio una constrinxerat,

cum

cum modo nos nec innumerabiles mortes, nec infinita iussa compescant? Quibus conuenienter dicitur secundum increpationem domini. Si Adam uidisset mortes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egisset. Dico autem uobis, quoniam Adæ tolerabilius erit in die iudicij, q̃ uobis. Longe sit pestis ista & lues & clandestina pernicies. O quàm inordinabilis fœminæ propinquitas iaculatur, cuius uicinia est delictorũ latrocinium. Non est in hac societate synceritas approbabilis, quæ collisiones habet uelut quibusdam fluctibus turbulentas. In hac familiaritate non habitat amica concordia, quoniam non nisi discordantes inimicitias creat. Fecit equidem uiro dominus mulierem adiutricem, sed serpentis inuidia personam sumpsit hostilem. Quod si illa de uiro suo nata usq; hodie ipsum cui iungitur tentat, quanto magis illa quæ copulatur nulla lege coniuncta? Et si illi qui duo sunt in carne una concreti tentationibus mutuis inuicem pungũtur, quid facient hi qui in una carne nec nati, nec iuncti sunt? Præsertim quia nec deum iam inuocare permittitur, qui charitate alterius auocatur, nec sinitur cogitare diuina qui sibi quæsiuit cui exhiberet domesticam curam. Propter quod sic Apostolus cõsulit dicens: Volo uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quomodo placeat deo, qui autẽ habet uxorem, cogitat quæ sunt huius mũdi, quomodo placeat uxori. Quid est nunc quod in hac coniunctione delectet, in qua sunt solæ pugnæ? Aut quæ utilitas fauet, ubi non sunt officia coniugalia, quando nec ipsa possunt esse secura? Casuale est omne quod fœminæ est, & copulatio eius semper infesta est. Fœdere suo magnas molestias præstat, & cui adhæserit contra fas, insanabilem ingerit plagam. De carbonibus scintillæ dissiliunt, de ferro rubigo nutritur: morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiã, quam Salomon sic comparat dicens: De uestimẽtis procedit tinea, & à muliere iniquitas uiri. Volo scire quæ sit affectio ista cõmunis, quæ morbi dissensio semper ambigua, quæ propositum suum nutantibus consilijs impugnando conturbat. Vt quid sibi adhibuit mulierem, qui ducere contempsit uxorem? Omnis qui non manducauerit carnem, ut quid habitationem suã carnis apparatibus replet? Et qui non biberit uinum, quid uini oblectatione perfruitur? Quasi non aliquotiens habendo nec gustando copia esculentis animus pascitur, & uini odoriferi sola fragrantia suscitatur sæpius animus, quid per hypocrisim uult ab hominibus abstinẽs dici, & in secreto carnibus & ebrietate distendi? Habẽt multi diuitias quas suis usibus negant, sed pro cupiditate cõseruant, quibus si nulla cupiditas inhæsisset, nec cupiditatis insignia possiderent. At uero qa cupiditate possessi sunt, pfruũtur animo quod usu nõ tangũt. Ita his qui despexit uinculũ nuptiarũ, & aliter uinculis fœmineis obligat, q̃uis nullo cõcubitu misceat, desyderio tamẽ, uisu, colloquio,

Matth. 11. Marci. 10.

Mulier uiri ad iutorium.

1. Corin. 7.

Eccl. 42.

colloquio, coniunctioe semp oblectatur. Nam si desyderiũ fœminæ nõ haberet, nunc̃p fœminam suis oblectamentis assumeret. Immo uero insuper mihi suspectum placitum dedit, qui non legitimam duxit & legitimam recusauit, nisi fallor in publico argumentatus est hominibus promittere sanctitatem, & in occulto sine uxore non esse. Duo argumẽta sanctitatis & libidinis hinc & inde miranda sunt, quæ utraq; inuicem tegunt, & utraq; inuicem produnt. Ingeniosus eunuchus & mœchus inuidet sibi dum cõsulit, & dum quærit utrũq; neutrum facit, ut sanctus minime deputetur, qui nõ uera coniunctione perfruatur, cũ Paulus apostolus dicat: Alligatus es uxori? ne quæsieris solutionem. Solutus es ab uxore? ne quæsieris uxorem. Sed cõ sentio non esse castitatis huius pudicitiam uiolatam. Suspicionis tamen mala porrigit famam, & pudicitiæ bonum frustra intrinsecus laborioso ago ne custodit, quod forinsecus efficit infamari, destruens magisterium Pauli prouidentis pariter & monentis. Vt quid, inquit, libertas mea iudicatur ab infideli conscientia? Si ergo gratiæ particípo, ut quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Peius est quàm mœchari continentiam ducere crimino sam, & infamem ferre sanctimoniam. Blasphemiam ingerit religioni, quã contulit, qui quod confitetur non ante omnes impleuerit, ne Christianitas credatur esse fallacia, & mœchatio uideat̃ esse sanctitatis uelamento uestita. Propter quod dominus in euãgelio sic præmonet dicẽs: Sic luceat lumẽ uestrum coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona magnificent patrem uestrum qui in cœlis est. hoc sequitur & Paulus apostolus dicens: Nõ ergo blasphemetur bonum uestrum. & iterum: Prouidentes bona non tantũ corã deo, sed etiam corã hominibus. Et alio loco: Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud qd facitis, omia in gloriã dei facite. Et estote sine scandalo Iudæis & Græcis & ecclesiæ dei, sicut & ego p omnia omnibus placeo. Sed opponitur forsitan, quid est quod ipse iterũ dixerit? Si hominibus placere uellem, CHRISTI seruus non essem. Nunc̃p se quæcunq; dicta legis excludũt, sed certis locis respõsa uniuersa defixa sunt. Illic placere hominibus non licet ubi uoluntas hominum non capit domini uoluntatem. Vbi uero acceptant homines, quod ad gloriam proficit dei, innotescere omnibus ipse Paulus apostolus præcepit. Vnusquisq;, inquit, nostrum proximo suo placeat ad bonam ædificationem. Quale ergo præmium sanctitatis expectat, qui non solum blasphemiam sanctitatis ab infidelibus prouocat, sed etiam fidelibus pernicios̃um præbet exemplar, ut infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur, & pudicus impudicissime castitatis præbeat magisterium, destruẽs quod Paulus apostolus cõminat̃. Perijt, inqt, frater infirmus in tua cõsciẽtia, ppter quẽ Christus passus est? Sic autẽ peccantes in fratres & percutiẽtes conscientiã eorũ infirmã in Christũ peccatis, & quidẽ nõ hoc

iuuenibus

1. Corin. 7.
Ibidem. 10.
Matth. 5.
Rom. 14.
1. Corin. 10.
Obiectio.
Gal. 1.
Rom. 15.
1. Corin. 8.

iuuenibus tantum,sed & senibus congruit,fratrũ imbecillitati consulere,ne senectus perire prouocet iuuentutem,ex qua debent omnia salutaria documenta procedere,sicut Eleazarus in libro Machabæorum profitetur & dicit:Præmitti malo in infernũ q̃ patrias leges deserere,nõ enim ætatẽ nostrã dignũ est fingere,ut multi adolescentiũ arbitrati Eleazarũ nonaginta anno rũ trãsisse ad uitam alienigenarum, & ipsi propter meã simulationẽ, & propter modicum & corruptibile tempus uitæ per me seducantur,& odium ac maculam senectuti meæ acquiram. Ille maluit uitam suam tormentis obiicere,quàm cuiq̃ magister perditionis existere, & nos ubi nulla tormenta sunt,fluxibus solis nolumus saluandos fratres anteponere,nec contenti sumus ullis cruciatibus tam nobis prodesse quàm cæteris,cum ille noluit uiuere moriturus,sicut inferius prosecutus est dicens. Quamobrem fortiter uita excedens,senectute dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquam,ut prompto animo ac fortiter pro grauibus & sanctis legibus honestæ morti succedant. Cum hoc etiam laicos deceat, ne aut extraneis occasionem blasphemandi,aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant,tum maxime clericos uehementer necessitas ista cõstringat, quibus aut religio blasphemata,aut fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit. Nec inuenient in iudicio domini ullum omnino solatium,qui alienigenis & fratribus peccãdi fomitem ministrarũt. Propter quod sic Paulus apostolus Titum instruit dicens: Te ipsum bonorum factorum præbens exemplum in doctrina,in integritate,in grauitate,in uerbo sano atq; irreprehensibili,ut aduersarius reuereatur nihil habens de nobis dicere mali. & iterũ: Omnibus, inquit, fidem bonã ostẽde,ut bonam doctrinam saluatoris dñi nostri præferant in omnibus. Sic & ad Timotheum scribit dicens: Forma esto fidelib9 in sermone,in cõuersatione,in charitate,in fide,in castitate. Q d' & Petrus apostolus hortatur dicens: Cõuersatio,inqt,uestra in gentibus bona sit,ut in eo quod detrahunt de uobis tanquàm de malefactoribus,de bonis operibus uestris glorificent deum. & iterum: Quoniam sic est,inquit,uoluntas dei,ut benefacientes obmutescere faciatis stultorum hominum ignorantiam. Nec quisquam sibi proponat & dicat habere uolo quod uincam, hoc est enim dicere,uiuere desydero sub ruina. Quis tam stultus qui arctari cupiat ad laborem,cui offertur delicatus triumphus? neque enim duplex triumphus est sub fœminæ præsentia probari uictorem, quàm est in singularitate seruare integram sponsionem sanctimoniæ. Et cum sit unus titulus gloriarum,hoc loco unus fortis est,qui satis laborat,& cum illo qui patrum laborando uicerit,pariter muneratur. Quid quod ille qui minimo consũmatus asscribitur,qui se omi tẽpore fœmineis affectibus ostentat abscissum? Quia eum dominus in euangelio perfectũ uocat,qui totũ suis usibus amputauerit patrimoniũ. Certe etiam cuicunq; quotidiani triũphi pro castitate

2. Macha. 6. Eleazari constantia. Titum. 2. Ibidem. 1. Tim. 4. 1. Pet. 2. Ibidem. als *uiuere. Matth. 19.

ſtitate non deſunt,quia nũcꝙ deſyderijs carnalibus ſpiritum ceſſat infeſta-
Gal.5. re corpus humanum:quod apoſtolus affirmat dicens: Caro,inquit,concu-
piſcit aduerſus ſpiritum,ſpiritus autem aduerſus carnem.hæc enim inuicem
aduerſantur ſibi,ut non quæcũqꝫ uultis illa faciatis. Habes nunc carnẽ tuã,
Hemitritæus febris tertiana una & dimidia. quã ſuperes ſemp. Quid tibi uis alteram uelle cõducere? Nemo ſuper unã
febrem cupit adhibere peiorem,ne incipiat hemitritæo inſanabili labora-
re,cui nullus ualeat medicus ſubuenire. Neqꝫ aliquis ſuper onus proprium
tollit inſuper alienum,ne oneribus duobus oppreſſus uſqꝫ ad inferos de-
mergatur. Vnde ſic Hieremias propheta docet ſanctitatis pondus ſingula
Thren.3. riter ſuſtinendum. Bonum eſt,inquit,uiro cum portauerit iugum graue in
iuuentute ſua,ſedebit ſingulariter & ſilebit quoniam tulit ſuper ſe iugũ gra
ue. Sed ſi quiſcꝫ malignus obſecutor ad dictũ apoſtoli Pauli confugiet di-
Gal.6. centis: Onera ueſtra ſuſtinete inuicem,& ſic implebitis legẽ CHRISTI. Nõ
hæc ſunt onera,quæ Paulus apoſtolus imperat ſubuehenda,ſed ut toleran-
tes noſmetipſos diſcordia nulla diſcernat,& in tentationibus conſtitutis fra
tribus mutua præbeamus auxilia,non ut ipſi nobis tentamenta per fœmi-
nas procuremus,ſed ut tentamentorum magis pondera ſubleuemus, cum
ſciat quale ſit ſanctitatis iugum,quod uix ſingulare portetur. De quo non
ſolum ipſe,ſed & dominus uoluit certum diffinire præceptum dicens: Non
Matth.19. omnes capiunt uerbum iſtud,ſed quibus datum eſt.& iterum: Qui poteſt
Ibidem. capere capiat. Si ergo difficile ſingulariter magnitudo iſtius ponderis tole-
ratur,quomodo tolerabitur ſi geminatis ponderibus prægrauetur? Et ſi ſin
gulares penè omnes uix durant carnales inſidias ſuſtinere, quid faciunt illi
qui ex utroqꝫ latere gladijs impendentibus non cõtantur incumbere? Plus
dico. Si mariti & uxores deſyderia cõiugalia quotidie gerentes ſibi nõ ſuffi-
ciunt,quid agunt illi qui ad augendas impugnationes fœminis ſociantur?
Mulierũ inſidiæ & laquei Ex improuiſo uel tranſeunter ad horam fœmineus aſpectus occurrens ue-
lut ſagittas alienis oculis iactat. Quando libera non eſt ſimplex reuerentia,
quid illic geritur ubi libertatis ſumit mulier in contubernalitate conſtantiã?
quando in domeſticis negocijs nunc lacertos ac fœmora lanificis operibus
nudat,nunc æſtuans detegit membra,nunc fatigata iactatur, aut in riſum
aliquãdo diſſoluit,nũc blanditias exhibet,& quod eſt uenenoſius ſuper cũ
cta,pſallere delectatur,aut canere? Cuius cantu tolerabilius eſt audire baſili
Eccl.9. ſcum ſibilantem. Contra quam Salomon ſic nos cautos efficit dicens: Cum
ſaltatrice noli aſſiduus eſſe, nec audias illã,ne forte diſpereas in efficacia ei9.
Taceo reliqua,quæ magis pudenda ſunt quàm dicenda,ſolum hoc dico,in
als*frangi. dolore uel in ira mulierem* angi conſpicere, iam non eſt ſine mulcedine.
Quid dicimus ſi uideas iocundantem,aut quod eſt deterius blandientem?
Eccl.9. Semel dixerim,omnis inconueniens ſodalitas mulierum gluten eſt delicto
rum,& uiſcus toxicatum, quo diabolus aucupatur. Incongrua eſt ſodalitas
fœminarũ

fœminarum. Quarum ſodalitatẽ ita nos rurſum Salomon docet in omnibus præcauere: Cum aliena, inquit, muliere ne ſedeas omnino, & ne altercẽris cum illa in uino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. Poſtremo ſi animum noſtrum confidimus in hac communitate durare ſemper, uel illud apud nos debet eſſe ſuſpectum, ne ipſæ quæ nobiſcum conueniunt in nos ipſos forſitan moueantur, aut in alteros amores præ rapida ætate incitamentis furialibus ſtimulentur, & erit nobis cauſa quod peius eſt ſine cauſa, ut fornicatio nos maculet aliena, apud quos ſuggeritur cæteris occaſio lupanaris, & crimine alieni reatus abſorbebimur, cui nos ipſi ſubornamus immundiciæ lenocinium. Propter quod apoſtolus Paulus de ſimilibus ita nos inſtruit dicens: Si propter eſcam frater tuus ſcandalizatur, iã non in charitate ambulas. Noli eſca tua illum perdere, propter quem CHRISTVS mortuus eſt. & iterum: Bonum eſt non manducare carnem, neq; bibere uinum, neq; oſtẽdere in quo frater tuus offendit, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. & alio loco: Hoc, inquit, iudicate magis, ne ponatis offendiculum aut ſcandalũ fratri. & de ſemetipſo ſic ait: Propter quod ſi cibus ſcãdalizat fratrẽ meũ, iam nõ manducabo carnẽ in æternum, ne fratrem ſcandalizem. Cum ergo nos pulſat coniunctionis huius moleſtia deteſtabilis, & ſi adulteros non poteſt facere, facit tamen peiores adulteris & incœſtis. Quis enim cordis alterius ſcrutator qualitatem uniuſcuiuſq; perpendat, & pro altera perſona contra ſatanam repugnator, circa deum uero idoneus fideiuſſor eſſe præſumat? De ſemetipſo demens eſt, qui aliqd pollicetur, ne dicam ſi etiam pro fœmina ſponſionem ponere uideatur, cũ Paulus apoſtolus ſic de ſe pronunciet dicens: Non quia iã accepi, aut iam iuſtificatus ſum, aut iã perfectus ſum, ſequor autẽ ſi quo modo comprehendã, in quo & comprehenſus ſum à CHRISTO. fratres ego me non arbitror comprehendiſſe: Vnum tamen: poſteriora quidem obliuiſcens ad ea quæ ſunt ante pedes, ad regulam ſequor, ad palmam ſupernæ uocationis domini noſtri IESV CHRISTI. Quicunq; ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus: Mihi, inquit, pro minimo eſt, ut à uobis iudicer, aut ab humano die, ſed neq; me ipſum iudico: qui autem iudicat me, dominus eſt. & alio loco: Beatus, inquit, qui non iudicat ſemetipſum, in quo probat alium. Quamuis ergo nos nec de noſtra ſtabilitate certum aliquid habeamus, qui ſine ceſſatione concutimur inter fluctus ſeculi ſuſtinentes procelloſos incurſus, tamen ſi alicui tanta fiducia eſt de immobilitate propriæ firmitatis, ſaltem ſolicitus reformidet, ne ipſe ſit ſcandalum uiſibus alienis, ſed terreatur uoce domini comminantis: Væh, inquit, huic mundo ab ſcandalis, ueruntamen, uæh homini illi per quem ſcãdalum uenit. Si has domini comminationes religioſo corde metuimus & reueremur, plus de alijs quàm de nobis extimeſcamus periculum noſtrũ, qui mutuis teſtãte apoſtolo Paulo utilitatibus obligamur:

Eccl. 9.

Rho. 14.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 8.

Philip. 3.

1. Cor. 4.

Rho. 14.

Matth. 18.

Philipp.2. Non quæ ſua ſunt,inquit,ſinguli cogitantes,ſed quæ aliorũ.& iterum:Ne
1.Cor.10. mo quod ſuum eſt quærat,ſed quod alterius. Sed aliquis arripiens de ipſo
Rho.14. Paulo quod opponat: Vnuſquiſq;,inquit, ueſtrum pro ſe rationem reddet
deo,& unuſquiſq; ſuam ſarcinam portabit. Qui non uult ergo pro altero
reddere rationem,nec cauſis eius,nec negocijs debet particeps illicitus inter-
eſſe,& qui liber uel immunis circa ſarcinas alienas conatur exiſtere,nihil ali-
enum contraria conditione teneat infra ſe. Nã neceſſe eſt ut rationi alterius
ſubijciatur,qui negocium tractauerit alienũ. Oportet eũ damno perſtringi
uel diſpendio ſarcinarũ,apud quẽ ſub intuta cuſtodia fratris ſarcinæ perie-
rũt,quia quicquid in domo noſtra ſub minus idonea tutela perditũ fuerit,
aut latrones effregerint,noſtrũ eſt, & à nobis exigetur quicquid per inertiã
noſtrã male cõmiſſum cuſtodiẽ. Tunc uero ab inuicem liberi ſumus,ſi nihil
Obiectio. apud nos de re alterius reſeruetur. Forſitan aliquis dicat:Ergo nec ad domũ
orationis debemus pariter conuenire,ne aliquis aliquem ſcandalizet. Hære
ticæ profeſſionis eſt iſta contradictio calumnioſa,quæ de bonis præſcribit,
ut aſſerat mala, & de ſanctitate præiudicat, ut immundiciam ſubtiliter in-
troducat. De licito calumnias facit, ut obtinere illicitũ poſſit. Propter quod
1.Cor.11. apoſtolus Paulus hæreſi huic ante præſcribit dicens: Veruntamen neq; mu
lier ſine uiro,neq; uir ſine muliere in domino. Abſit, abſit ut ubiq; fœminæ
præſcribantur,aut ubiq; permiſſio tribuatur. Habent loca ſua circa maritũ,
circa filios,circa fratres,circa parentes, circa ſeruos,& in domo orationis tan-
tummodo iuxta cunctos dericos. In manſione autem una ſine cognatione
competenter non habent ſocios. Hæc eſt libra quæ ſtat. Stare uero non po-
Prouer.4. teſt quicquid inclinauerit libra,dicente ſcriptura:Non declinabis in dexterã,
Matth.5. neq; in ſiniſtram,& dominus in euangelio: Quod amplius eſt, à malo eſt.
Diſce nunc temperantiæ modum,qui per licentiam quæris exceſſum. Ama
fœminas inter ſacra ſolennia, & odio habe in communione priuata: ſi uis
Eccliaſtes.3. Salomonis tenere doctrinam: Tempus, inquit,amandi, & tempus odien-
di. Tunc ergo cauenda ſunt fœminæ participia, quando geritur carnalium
curarum continua unanimiter frequẽtia,quoniam inter curas ſuas caro ſem
per incitamenta cupidinis prouocat,& illic parit fomenta peccandi,ubi per-
tractans commoda ſua temporalis uitæ cogitationibus ſenſerit paululum
Sapien.9. relaxari, ſicut Salomon aſſerit dicens: Deprimit terrena cogitatio ſenſum
multa cogitantem. In conuentu uero ſacrorum ubi ſpiritus dominatur,an-
cilla ſemetipſam cognoſcens, perdit ſuæ uoluptatis uſum, perdit & luxum
dum tractantur cœleſtia, dum celebrantur ſancta myſteria, tota humani-
tas occupatur, ubi non humana, ſed diuina ſunt omnia, ubi ueneratio uel
tremor & terror incutitur,animis uniuerſis ſepulta eſt perfecte ſubſtãtia car
nalis. Inter ipſa ferè carnis mercimonia multi uoluptatẽ corporis negligunt,
ſcilicet quando à legionibus exercitia meditantur armorum, aut crepat liti-
bus

bus forum, aut resonant literis auditoria, aut negociatores cõmercijs instanter incumbunt, aut artifices in artificia ipsa propensi sunt: quãto magis ubi non carnale opus hominum, sed spiritale geritur angelorum? Nihil illic impugnatiões possunt, ubi & ipsi dæmones cedũt, & nulla sexus alicuius permittit cõsyderari distantia, ubi nec ætas nec dignitas, sed sola æqualitas regnat, atq; ut plenius dicã, omnes illic tales sensus accipiũt, & ut ipsa cõiugalitas ignoret, ubi CHRISTVS loquit, audit, attendit, & per omia, & in omibus solus est totũ, testante Apostolo & dicente: Vbi non est, inquit, Iudæus & Græcus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, masculus & fœmina, seruus & liber, sed omnia & in omnibus CHRISTVS. Hunc planè conuentum gloria est celebrare cum fœminis, in quo nulla est discretio qualitatis, ubi tantum licet omnes æquare sine aliqua differentia, ut nec in ipso baptismate cuiusquã nuditas erubescat. Vbi Adæ & Euæ renouatur infantia nec exponit, sed potiꝰ accipit tunicã. Quod si & illic sit aliquis diabolo peior, qui fœminarũ aspectibus fetiatur, de nullo tamen congregatio uestra culpatur, quæ propter cœlestia, nõ propter terrena colligitur. Verũtamẽ si quis illic luxuriosis obtutibus fuerit, nullo modo alterum lædit, qui nõ ad hominem, sed ad CHRISTVM pro salute processit. Quinetiam de suis contradictionibus contradictores excludam, ut nõ meis, sed suis propositionibus cedant. Si inter festa sancta potest cõmunis conuentio scandalizari, ubi tentator ipse diabolus tremit, quis illic stabilem se esse promittit, ubi tẽtator audenter occurrit? & si illic periclitamur, ubi dei præcepta nos congregãt, quid agimus ubi dei iussa nos separant? & si turbamur illic ubi dei uoluntatẽ munimur, quanto magis ubi non solum diabolum, sed etiam dominũ habemus aduersum? Cũ sacrosanctis enim & iustis nobis protectio ministratur, sicut Esaias ait: Legem, inquit, in adiutorium dedit, sine iussionibus uero diuinis nullum potest esse præsidium. Aliud est quod deus imperat facere, & aliud uoluntati eius obsistere. Cuius ita sunt mandata seruanda, ut si aliquid iusserit quod secũdum homines iniustum esse uideatur, iustum credatur & fiat: & si iustum iusserit, iustum reputetur & fiat, cum sine iusticia non potest esse quod mandat, qui potens est iniusticiam iustificando uocare iusticiam, & iusticiam reprobando iniusticiam probare transuersam, cuius uoluntas est sola & uera iusticia. Si enim totum quod gerimus, ad hoc tantũmodo gerimus, ut domino placeamus, profecto hoc solum erit iustũ quicquid uoluerit, & iusserit, & probauerit deus, cui placere gestimus. Nã cũ seruí non possint à semetipsis scire quid suis dominis placeat, nisi dominorum sequantur imperia, & utique homines hominum similium sibi nõ ualeant utilitates agnoscere, nisi acceperint quod obseruent, multo magis mortales nesciunt immortalis dei iusticiam comprehendere, nisi ipse iusticiarum suarum dignetur iudicia demonstrare: Sicut Salomon approbat dicens: Quis

Coloss. 3.

Lex in adiutorium data.

Voluntas dei iusticia.

Sapien. 9.

enim hominum poterit scire consilium dei? aut quis poterit cogitare quid uelit deus? Cogitationes immortaliũ timidæ & incertæ prouidẽtiæ nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitãtem. Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ in cœlis autem sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis scit, nisi tu dederis ei sapientiã & miseris spiritũ sanctũ de altissimis? Et si correctæ sunt semitæ eorũ qui in terra sunt, & quæ tibi placent, didicerint homines, & per sapientiam sanati sunt, ambulantes in tenebris sibimetipsis lumen nõ possunt ostendere, nisi ultroneũ seipsum non uidẽtibus offerat lumen. Ita humana cæcitas ad deũ non dirigit uiam, nisi ipse lucernam legis ostẽdat. Vnde Dauid sic loquitur

Psal. 118. dicens: Lucerna est, inquit, pedibus meis uerbum tuum, & lux semitis meis.

Ibid. 18. & iterum: Præceptum domini lucidum illuminãs oculos. Hoc est ergo lucifera quodcũq; fuerit à deo intimatum, & hoc deo dignum, quod ipse deus uoluntati suæ fatetur acceptum, ut exerceat per omnia dominatũ. Alioquin nec nos serui ascriberemur, nec ipse dominus haberetur, si secundum uoluntatem nostram permitteremur impendere seruitutem, & arbitrio nostro nõ dei eligeremus exercitamẽta iustitiæ. Tales Paulus apostolus uanificat dicens:

Rhom. 10. Ignorantes, inquit, dei iustitiam, & suam uolentes statuere, iusticiæ dei nõ sunt subiecti. Tollantur nũc è medio ambages istæ tã uanæ, & querimoniæ inaniter calumniosæ. Ad spiritales actus cũ fœminis, deo iuuãte, nõ metuimus adunari, qui per dei iussionem iusticiã nos credimus operari, ex qua nobis scimus munimenta supponi. Priuatim uero cõtinentibus q̃ plurimũ clericis & uirginibus hospitia separanda sunt, quia quod deus iniquum iudicat, iustum esse non potest. Contuberniũ tamen (& si nulla in ipso contubernio turpis consuetudo nascatur) accedat, quia impossibile est iniquitatem ad uictoriam peruenire, quæ contendit cõtra dei iussa pugnare. Quantum enim lex obedientibus suggerit adiutorium, tantũ inobedientibus in-

1. Cor. 15. citat peccatum, dicente Apostolo: Virtus, inquit, peccati lex. Qui nos ergo iussit, ut in sacris suis cum fœminis triumphemus, ipse iubet ut priuatim pugnas fœmineas caueamus. Sunt equidem necessitates aliæ, quæ nos quoq; priuatim fœminas uidere compellant, sed etiam ipsæ diuini operis uel præcepti imperant efficaciam, ut uisitemus, ut solatia præbeamus, ut hortamenta uitalia salubriter intimemus: nec tamen & in ijs officijs minor cura agenda est pro moribus nostris, ut claresçant in nostra operatione indicia puritatis. Seueritas non desit, quæ sub clerico fœminam possit astringere, ut ipsam consolationem nostram suscipiat cum tremore, & ita sentiat uisitationis affectum, ut clericum ueneretur. Ac ne tardius sit euagari per singula, totum quicquid agimus, honestum esse potest, si semper in nobis signa honestatis eluceant, sicut Paulus apostolus uniuersa complexus est

dicens

dicens: Omnia uestra honeste fiant. & iterum: Sic præcipimus, inquit, uobis ut honeste ambuletis. Non bene succedit quicquid agitur passim, & sanctum non est, quod geritur sanctum, nisi sancte quod sanctum est peragatur, sicut Salomon asserit dicens: Qui enim custodierint iuste iusta iustificabuntur. Synceriter ergo synceritas ipsa seruanda est, & omne quod uoti est etiam in actu signandum est, ne aliud uota cõmendent, & aliud actus insinuent. Vndiq; probanda est institutio uoluntatis, & undiq; consũmandus est cursus uniuscuiusq; certaminis, ne minus sit aliquid ad triumphum, si nõ plenius dimicetur. Hinc Paulus apostolus introducit documẽta certaminũ: Sed & qui in agone, inquit, certat, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. & iterum: Nescitis, inquit, quoniam qui in stadio currũt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium: sic currite, ut comprehendatis. Omnis eñ qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptã. Plenitudo est ergo sanctitatis & palma perfecta, ut ex omni parte secum non habeat quod recuset, ne quod profitetur odisse, tenẽdo uideatur amare. Quod si aliquis dicit, captiuum teneo aduersarium meũ, cui semper insultem, uideat ne forte aduersus eum captiuus incipiat prævalere. Nũq; securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec intra unam caueam habitans cum lupo tutus est agnus. Ipse se uoluit superari, qui hostem propriũ in suas portas induxit: & intestinũ gladium sibi ipse supposuit, qui locum habitationis suæ aduersarij ingressibus reserauit: & qui fretus est cõuersari cum scandalo, sine causa dicit, pacatus uolo esse cum diabolo, cõtra Apostolum dicentem: Nolite locum dare diabolo. Omni ergo modo muniendus est locus, ubi fuerit thesaurus abscõditus, ne per unam cauernam totum parietem latro suffodiat. Nã si de foris expugnans uix muris expellitur, quantũ ualebit si infra muros acceperit habitaculum? & si illi qui cõtra eũ claudũt, aliquotiens ab eodem capiuntur, quanto magis ille qui ultroneus illi patefecerit ingressum decipitur? cũ dicat Salomon: Si iustus uix saluus fit, iniustus ubi parebit? Omnes ergo rimæ ne dicam portæ claudendæ sunt, ne per unum foramen castra omnia penetrentur, & uniuersa componenda sunt munimenta, ne per modicum non munitum tota ciuitas ruat, sicut Salomon repetit dicẽs: Qui spernit modica, paulatim cadit. Sic stupeo autem huius peruersitatis arbitriũ, ut à clericis ad cõmunitatem fœmina magis quàm masculus eligatur. Nunquid tantum mulier utilior est commodis clerici, quantum prodest masculus continens, uel puer masculo continenti? aut ipsa erit decens utilitas, quam indecens cõmunitas facit? & ubi erit, quod Salomõ ait? Omne animal diligit simile sibi. & iterũ: Volatilia ad sibi similia cõueniunt. Sed & si fœmina utilior existimatur, non oportebat carnalia emolumenta præponere utilitatibus spiritaliũ commodorum, & expediebat qualẽcunq; uirum inutilem sustinere pro exi-

1. Cor. 14. 1. Tessa. 4. Sapien. 6. 2. Tim. 2. 1. Cor. 9. Similitudines Ephe. 4. Prouer. 11. Eccl. 19. Ibid. 13. Ibid. 27.

ſtimatione munienda, ꝙ bonos affectus mulieris cum exiſtimatione tur-
Eccl. 42. piſſima. Quod Salomon comparat dicēs: Melior eſt, inquit, iniquitas uiri ꝙ benefaciēs mulier. Artificialia ſunt itaq; ſemper diaboli uenefícia, quibus ingenium ſuæ calliditatis exercēs ſanctimoniæ deditos doloſis commodi-tatibus iuuat ut perdat, & inter cōtinentes quaſi neceſſaria emolumēta mu-tuis adiuuaminibus ſubminiſtrās, adiícit prius maſculū & fœminam pari-ter, ut poſtꝙ inſeparabiles fecerit per alterutra ſolatia, poſſit occidere, dan-tes ſimplices animos ad caſtitatis uota ſeruanda, & impugnationis ſuæ ar-ma ſubducens interim quaſi placidus fautor ſuggerit ſanctitatis argumen-ta, donec diutius inter ambos inimicam nutriat concordiam. Facit affabiles ſibi inuicem & deſeruire, & aſſentator infeſtus impedimenta remouēs uni-uerſa, cōmodis eorū gaudet efficaciā cōmodare, ut tota eos ſibimetipſis ne-ceſſitate commendans, exhibere eos poſſit in alterutrum ſolita conſolatio-ne pendere. Non uult eos in aliquo impedire, ne ſeparet tam ſpiritaliter ꝙ carnaliter. Inconcuſſos efficit uiuere, ne ipſa ſocietatis initia immaturo tem-pore fœdera cepta conturbent. Vſqueadeo illos uidentibus cunctis ad per-fectū ſanctitatis inuitat, fouet, ſubleuat, ut dei eſſe computēt beneficia ipſa contraria, quibus inducuntur ut pereant, neſcientes nunquam deum iuuare quod uetat. Quibus in tantū diabolus blandiens ſecuritatem præparat ſan-ctimoniæ, ut coniunctos ſe magis æſtiment ꝙ diſiunctos immobiles circa libidinem perdurare. quos cum omni tranquillitate deducens nullis procel-lis aut fluctibus inquietat, & uelut in medio mari minus cautos inducit la-xare uela, uec quærere gubernacula, ut ſubita tempeſtate concitatos naufra-gos ex inſperata commotione ſubmergat. Hanc primo exhibet lenitatem, ut duas naues oblectet ad inuicē conuenire, quas cū fecerit iunctas & repen-tinis turbinibus in ſemetipſas elidere poſſit & frangere, & his utitur blandi-mentis, ut ſubtractis omnibus iaculis compeſcens aduerſa, ſuggerens pro-ſpera, tam diu ſopitum ignem ſine ullis flammis occultat, donec duas facu-las iungens ſimul ambas accendat, & tamdiu ceſſat ſæuitiæ ſuæ tela ſuppo-nere, donec ſicut peritus uenator quos occiſurus eſt, laquei ſui uinculis alli-get. At ubi inſolubili cathena deuinctos aſtrinxerit, uelut laniſta protinus duos gladiatores aduerſus inuicem compellit armari, & ſubinde ſtimulans membra ſtatim gladios aptat, ſtatim ſuccendit inſaniam, & uulnificos am-plexus impingens utrunque ſimul uno ictu mortificat. Sic explicat quod ante præſtare uidetur, ſic de ſimplici charitate amorem conflat illicitum, ſic per ſanctitatem ſibi inducit interitum, dum contentus eſt cedere, ſic ualet fortius occupare, & ſummiſſus patitur ſemetipſum præbere deuictum, ſic plenius deuincere gloriatur. Cuius uerſutias Paulus apoſtolus ſic intelli-
2. Cor. 2. git dicens: Non enim ignoramus, inquit, aſtutias eius. Male itaque in hac participatione pacati ſunt, qui ad bella pacificante diabolo perducuntur, &

non

non bene in sanctitate proficiunt, quibus ad detrimentum prouectus ipse inimici artificio subornatur, nec recto cursu moliuntur continentiæ scalas ascendere, quos ut de alto præcipitet, elaborat ad culmen aduersarius protelare. Sed necesse est caducis lapsibus elidantur, qui uiam lubricam tenuerunt, de qua Salomon sic prædicat dicens: Est uia quæ uidetur apud homines recta esse, nouissima autem eius ueniunt in profundum inferorum. Prouer. 14.

Sed aiunt: Si de hac coniunctione clerici denotantur, notandi sunt etiam sancti plerique nobiscum, sicut Helias, qui mansit apud uiduam: siue apostoli qui mulieres secum comites circunducebant, ut Ioannes qui matrem domini assumpsit, eodem domino delegante, aut ipse dominus cui de suis facultatibus alimenta præstabant aliquæ mulieres religiosæ, cui etiam Martha ministrabat ad mensam, & qui singulariter locutus est ad puteum sedens cum alienigena muliere Samaritana, uel cui recumbenti fœmina lachrymis pedes lauit, & capillis extersit. Callidi argumentatores & iurisperiti fallaces, qui dum cupiunt præuaricari, controuersias actionesque causarum etiam ipsa iura transuertunt, & cum nolunt competentibus coërceri iussionibus, legum ad illudendos iudices inconuenientibus exemplis uelut similes coniecturas iuris obijciunt, qui per Salomonem ipsius legis sagacitate produntur: Peccator, inquit, homo euitat correptionem, & ad uoluntatem suam inuenit comparationem. Tales ergo non per orationem, sed per correptionem potius reuincendi sunt, ut non ante interpretatis orationibus instruantur quàm admiserint, quod ad defensionis solatium reppererunt, sicut nos aduersus huiusmodi homines Salomon edocet dicens: Noli, inquit, respondere insipienti ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi, sed responde insipienti contra ipsius insipientiam, ut non uideatur sibi sapiens esse. Reuera magni homines, qui se comparant sanctis, & eximia conuersatio nostra, quæ prophetis uel apostolis uideatur æqualis, ad occasionem luxuriæ nostræ in peruersum sanctos uolumus imitari, & inter cæteros actus uestigia iustorum nolumus sequi. In quibusdam infirmos nos excusamus ad imitanda facta maiorum, & in alijs nos æquales maioribus protestamur, cum Helias ipse in angustia constitutus, imparem se patribus suis ante deum fateatur. Nunquid, inquit, melior sum patribus meis? hoc Helias de antecessoribus suis in infirmitate sua cogitur exclamare, & nos Heliæ uel prophetis, & apostolis, & domino uirtutem nostrã non dubitamus æquare? Video planè nõ sic apud uos calcari auaritiam, sicut apostoli propria cuncta dimiserunt. Video crapulam & ebrietatem sic uestris conuiuijs nõ abesse, sicut apostoli nihil habentes frequenter coacti sunt esurire. Cognosco taliter in nobis ieiunia, sitim, famem, nuditatem propter instantiam doctrinæ solius ubiq; pollere, sicut in apostolis legimus triumphasse, & approbantur apud nos eadem Prouer. 26. 3. Reg. 19. Ioan. 19. 3. Reg. 17. Ioan. 12. Ibidem. 4. Luce. 7. Ecci. 32.

exercitia feruere uirtutum, quibus apostoli omnia uitia tremuerunt. Plané 40. dierum ieiunium domini meditamur, & orationes excubiasq́, quibus ille per solitudines etiam nocturna silentia rumpebat. Nūquid similes agones frequentamus contra luctamina uitiorum, & sic agimus rigore, autoritate, uigilijs, passiōibus, labore, necessitate, afflictione, abstinētia, quibus pecata calcātur, ut nemo de nobis mali aliquid suspicet? per quæ Paulus apo
2. Cor. 6. stolus cōscientiā suā innotuisse omnibus gloriat: In omnibus, inquit, cōmēdātes nosmetipsos quasi dei ministros, in sustētatione multa, in pressuris, in tētationibus in tribulatiōibus, in angustijs, in plagis, in custodijs, in carceribus, in seditiōibus, in inuocatiōibus, in laborib⁹, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lōganimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in charitate nō ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei per arma iusticiæ à dextris & à sinistris. Ad has imitationes infirmi sumus, & ad mulieres circunducendas possibilitatē nobis comparandæ imitationis asciscimus, quod si etiam cuncta illorū quisq́ se implere iactasset, me tamē nullius suadela poterat inclinare, ut ali-
1. Cor. 12. os nunc apostolos ꝙrederē, cōtra apostoli Pauli professionē: Nunquid, inquit, oēs apostoli? nūquid oēs prophetæ? Si CHRISTVS seipsū cōpa-
Ioan. 14. rare nō ausus est deo, qui ait: Pater maior me est: aut si apostoli coæquare semetipsos nō ausi sūt CHRISTO, & nos hodie apostolis æquales faciet cō similis fortitudo? Misera humanitas in hac æqualitate nō times fulminari, quæ de filio dei, aut de filijs tonitrui nō contaris peccatis tuis exēpla uelut similia mutare? cū superbiæ sit elata iactantia etiam minimis ecclesiæ quēq́
Philip. 2. comparabilem uelle conscribi. Cū Paulus moneat & dicat: Alter alterum superiorē sibi existimantes. & inferius addidit dicēs: Hoc sentite de uobis qđ
Ibidem. & in CHRISTO IESV, qui cū in forma dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs. Minus itaq́ de nostris uiribus sentiendū est, nec fortitudini sancto rū nostra infirmitas comparāda est, sicut nobis apostolus Paulus de semeti
2. Cor. 10. pso magisteriū proponit & dicit: Nō enim audemus, inquit, comparare nos aut conferre quibusdā qui seipsos cōmendant, sed ipsi in nobis ipsis nosmetipsos nobis cōmendātes: nō supra mensurā gloriātes, sed ad mēsurā gratiæ
1. Cor. 15. quā nobis mēsus est deus. Etenim cōtemplamur quod ipse iterū dixit. Plus ab illis omnibus laboraui, nihil melius, nihil aptius mihi proponitur unde uincā, nisi ut de ipso de quo mihi præscribitur, ego ipse præscribā. Certe plus omnibus ipse laborauit, & tamen ad mulieres circūducendas collegas suos imitari cōtremuit, ne se ad interitū subijceret tētationi carnali. Vnde ipse ra-
1. Cor. 9. tionē sic reddidit dicēs: Ego, inqt, sic curro, nō quasi in incertū: sic pugno, nō quasi aērē cædens, sed affligo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicās, ipse reprobus inueniar. Huic ergo te cōpara, qui te apostolū iactas, & ex ipso disce quid metuas, qui clamat & dicit: Oro uos imitatores

mei

mei estote. Noluit itaq; de mulieribus circũducendis habere fiduciã, qui nõ ignorabat quantum aliæ uirtutes ab alijs uirtutibus differant, & aliam dari tatem solis, & aliam lunæ, aliam uero stellarum, de charismatibus ecclesiasti cis similitudinem comparans intimauerat. Sed nos contra de apostolica no bis coæquatione blandimur, nõ intendẽtes penitus, quid apostoli & sancti omnes inuicta uirtute gesserunt, & difficilem rumpere quærimus uiã, cũ per facilia planior sit nobis appositа, contra Salomonem dicentem: Non te cre/ das, inquit, uiæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalũ. Nec ullus consyde rat, quoniam unus securus in lubrico graditur, & alius qui impar est, labitur, unus per ripas cursu montes ascendit, alius si se coarctauerit, cadit. Vni con/ tingit per tempestates nauigia feliciter explicare, & alteri talis felicitas nõ po test euenire: quod Paulus apostolus decernit: Vnusquisq; inquit, propriũ donum habet ex deo, unus quidem sic, alius uero sic. Sed qui mihi de san/ ctorũ exemplo præiudicãt, quid aliud exemplum uolunt cõtemplari quod metuant: & qui apostolis coæquari contendit, quare nõ magis præsbyteros adulteros apud Danielem ad formidinem sibimet ipse proponit. Hæc autẽ non ideo propono, ut quasi apostolorum imitatoribus contradicam, sed ut illos confundam, qui se sanctis exæquent. Nec nego ipsos esse sectandos, quos doctores accepimus cuncti, sed aduersus eos contendo, qui cupientes ad mala sua bonorum historias deprauare, legem* sibi æstimant suffragari, sicut omnes qui perire festinãt, & sub obtentu sanctorum dedecora sua uo/ lunt esse celata, ut sub imitatione maiorum contraria quæq; committant. quos apostolus Paulus prodit & publicat dicens: Quod autem facio, & fa/ cturus sum: ut amputem occasionẽ eorum qui uolũt occasionem, ut in eo in quo gloriãtur, tales inueniant, quales & nos sumus. Nã & huiusmodi pseu/ doapostoli sunt operarij dolosi, transfigurantes se in apostolos CHRISTI, hoc addunt ad cumulum perditionis cumulandũ, ut bonos infament, quo/ rum exemplo utuntur ad malum, quibus utile esset satis & salubre, si cuius/ cunq; historiæ seipsos magis crederent non intellexisse rationem, quàm ali/ quid inhonestum arbitrarentur in lege: quos apostolus Paulus corripit & confundit dicens: Non intelligentes neq; de quibus dicunt, neq; de quibus affirmant. & iterum: Si quis putat se scire alipuid, nõdum cognouit quem/ admodũ eũ oporteat scire. Vacant itaq; præiudicia petulãtium, quos inge nia suæ peruersitatis errabunda transducunt, & quærunt competentes suis sensibus historias quas exponãt, qui male agentes mutuãt legalia patroci/ nia. Bene agentibus bona sunt omnia quæcũq; scripta sunt, qui bene dicta bene suscipiunt, sicut Paulus apostolus pollicetur: Scimus quoniã bona est lex, si quis ea legitime utatur. Obtinuimus confundẽdo cõtradictores. Cõ/ uertamur subinde eosdẽ quos uicimus insuper erudite, ne aut, ut sanctos re/ manere patiamur in crimine, aut ignari deputemur in reddendo rationẽ, ut

1. Cor. 4.
1. Cor. 15.
Eccl. 32.
1. Cor. 7.
Dani. 13.
Als * dei.
2. Cor. 11.
1. Tim. 1.
1. Cor. 8.
1. Tim. 1.

publicę

publice uicti pœnitentiam gerant. Aut si noluerint nos expunximus, quod ad nostram pertinet diligentiam, ut quomodo satisfecimus supradictæ sen
2. Timo. 2. tentiæ Salomonis, ita satisfaciamus Paulo apostolo concionanti: Seruum, inquit, domini nō oportet litigare, sed mitē esse, ad omnes docibilem, patiē-tem, cū omni modestia, corripiētē eos qui resistunt ueritati, nē forte det illis deus pœnitentiā ad cognoscendā ueritatem, & resipiscāt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum eius uoluntatem. Omne quicquid ab au/toribus nostris gestum est, rationabiliter gerebatur, ut posteris nobis aduer sus præuaricatores munita undiq; autoritas traderet, propter hæresim am/putandam quam superius taxauimus, de assumendis fœminis, quam siue per semetipsum, siue per seruos suos dominus paululū relaxauit, ne nimio rigore in totum domini fabrica damnaretur. Præuidebātur à domino hære tici, qui nuptias auferunt, & quod dominus iunxit, cōtra naturæ principium & contra euangeliū separare contendunt. Quibus interdicens iā tunc auto/ritas parabatur, ne maritatæ mulieres accedere uetarentur ad CHRISTVM cui in præsentia seruierunt. Sed non sine moderamine fuit etiā ipsa promis/sio procurata quæ nō sibi operabatur quod gerebat, sed cæteris. Nā sic allo/
Ioan. 4. cutus dominus Samaritanā ad horam docuit & recessit, nec defensionē cōti
Luc. 10. nuādis excessibus fecit. Ad horā quoq; Marthā passus est ministrantē. Sed quid erat aliud domino, nisi regni cœlestis prādia ministrare? Nūquid sub domino nō fuere cōuiuia? aut sub maiestate eius erat alius cibus aut potus, cū disciplina tantummodo quæ pascebat? testante ipso domino ac dicente:
Ioan. 4. Meus cibus est, ut faciam uolūtatē eius qui misit me. Sic apostolos mulie-rum comitatus decebat ut nō perderent, sed ut discerent reuerētiam, & pro-pter humanitatis exhibendū ministerium sequebantur, sicut in euangelio
Luc. 8. de domino & de ipsis pariter memoratur: Et factum est, inquit, post hæc & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, euagelizans regnum dei, & duode/cim cū illo, & mulieres quæ erant curatæ à spiritibus immundis & infirmita-tibus, Maria quæ uocatur Magdalene, de qua dæmonia septem exierāt, & Ioāna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susāna, & aliæ multæ, quæ & ministrabant ei de facultatibus suis. Nunquid adhærebant singularibus sin gulæ, aut indisciplinatæ cōmorantes, perseuerabant illecebroso consortio cō uersantes, ubi tota ecclesia propemodū uidebit, ut nō ad cōuiuationes im-probas, sed ad discenda bonæ conuersationis studia sequerentur? ad ea nō bene describitur quod nostris conuiuationibus coæquetur, non risus, nō io cus dicitur affuisse. Nec sicut apud quosdā nūc usq; assolet fieri, chorus psal lentium uirginū aures uenenosis cantibus asseritur demulsisse. Et ut de apo stolis breuiter probē, quantū illis fluxa familiaritas potuit displicere, qui cō pulsi sūt & de ipso domino loquēte cū fœmina dubitare, nisi eos maiestatis
Ioan. 4. noticia probata compesceret, sicut euāgelista refert dicens: Inter hæc, inquit,

uenerunt

uenerunt discipuli eius, & mirabãtur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamẽ dixit illi: quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Quid autẽ loquar accessum fœminæ ad pedes domini prouolutæ, cuius luctus & plãctus ad defensionem lasciuiæ suæ non erubescunt improbi flagitare? Vsqueadeo illos propria cæcitas rapit, ut nec de similibus causis audeãt reluctari, de quibus Salomon: Excæcauit, inquit, eos malicia eorum, & nescierunt sacramenta dei. Ioannes autem matrem domini suscepisse uidetur, sed matrẽ cuius mores maternum indicat nomen. Tamen non possum & alias CHRISTI matres admittere, nec æquãda est mulieribus cunctis, quæ genuit maiestatem, Helias quoq; iussus est à domino relinquere solitudinem & ingredi tabernaculum uiduæ. Pro imperio domini laborauit, ut in domo mãsisset, cui solitudo solacium præstabat & requiem. Occasionem illi dominus obtulit ad magnalia facienda, ut famis tempore magis ipsi tam uiduæ quàm pupillis eius sufficientia tribueret alimenta, qui ieiunijs usquequaq; afflictus toleraverat indigentiã, & qui iussus uenerat pasci, pastus quinimmo cõferẽs miseris miserias ægestatis fecit excludi. Et hoc nõ potest cuiuscq; fauere luxuriæ, cum nulla fuerit opportunitas scandali, ubi transeunter quod peius est egestuosam habuerit mansionem, quã quicunq; hospes effugeret. At hic apud quos hospitatus est impleuit & rediit, qui etiam si moraretur suspectus esse non potuit. Qualis illic fuit cõmunitatis effectus, ubi nõ erat uictus? Et qualem ad uiduam habuit Helias introitum, cui fames dedit hospitium? Quisquis es qui te uis Heliæ de cõmoratione uiduæ uocari discipulum, prius solitudinis afflictiões & quadraginta dierum tolera ieiunij exitium, & aut nõ quæres fœminam, aut non erit qui cum fœmina commoretur, & tamẽ si uaueris tibi serua. Nobis autem in spiritu & uirtute Heliæ non alium quàm Ioannem solum angelus & dominus CHRISTVS insinuat. Prohdolor dolere cogimur quod docemur, qui usq; ad hoc uenimus, ut in comparatione fluxorum de sanctorum tremendis uirtutibus disputemus. Parce iam parce proteruitas, nunc̃q; tibi sancti consentiunt, qui religiosa, modesta, uenerãda, pudica, pudorata cum fœminis negocia peregerũt. Aut si adhuc per sanctos cauillationis anfractus contendis exquirere, nos tamen amicos dei nõ nouimus, nisi ad uenerationem tantummodo memorari, quod Dauid docuit dicens: Mihi autem uehementer honorificati sunt amici tui deus. Eant nunc prædones pudoris & plagiarij castitatis mulierculis suis exponere molestias querelarum. Apud sanctos nostros non habent omnino suffugium quibus misceri ecclesia, autoritate Pauli apostoli prohibetur, Et hos, inquit, deuita, ex his enim sunt qui repunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desyderijs. Post hoc edictum utinam confidant sibi angelorum exempla conducere. Nos iam non ualent flectere, qui nouimus & angelos cum fœminis cecidisse.

Luc. 7.

Sapien. 2.

1. Reg. 17.

Psal. 138.

2. Timo. 3.

Ab

Ab ipsis equidem bene patrocinia mutuantur, sed nos nullum angelum au
Galat.1. dimus contra Paulum apostolū: Et si, inquit, ego aut angelus dei aliter euā-
gelizauerit uobis, præter quàm quod euāgelizauimus uobis, anathema sit.
Insaniunt prorsus, ardent desyderio fœminarum, quotquot huic interdi-
ctioni nō cedunt, & obscœnitatibus inhiantes malunt mori, q̄ꝫ contenti sint
à lateribus mulierum aliqua disiunctione diuelli, ut ad explendam suæ aui-
ditatis ingluuiem etiā puncto temporis non sint sine fœminæ uoluptate, &
hunc habent in mulieribus fructum, ut in illis semper defixa intentione, de-
syderia satient oculorum, ne uel momentum aliquod transeat, cum indige-
ant quod affectant. Sic inter eos integritas emoritur, ubi omnis commora-
tio siue conuiuendo, siue commanendo corruptis affectionibus inquina-
2. Petri.2. tur. Quos sanctus Petrus apostolus designauit dicens: In conuiuijs suis lu-
xuriantes, oculos habētes plenos mœchationibus, & incessabilibus delictis
Ecci. 14. capientes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon denotat: Abominatio
est, inquit, coram domino defigens oculum. Planè purum cōtra oculum te-
Iob. 31. statur se habere Iob, qui ait: Et si oculis consensit cor meum. Verumenimue
ro ille potest suis oculis obnoxius nō teneri, cui nolenti repentinus occursus
mulieris, scandalū mouerit, quod protinus mens quod nolebat, expellit. Ille
autem cōmotionem sui uisus nō meretur euadere, qui apud se scandali ma-
teriam tenet, qui uult intentionis suæ affectibus frui, qui affectat habere
quod oculis offensionem ingerat, quorum auiditas inexplebilis inter offen
dicula continua nullo modo potest omnino compesci, quod Salomon ap-
Prouer.27. probat dicens: Infernus & interitus nō satiātur, similiter oculi hominum in-
Ecclīastes.1. satiabiles sunt. & in alio loco: Non satiatur oculus uidendo. & iterum: Ne-
Ecci. 31. quius oculo quid creatum est? Hac castigatione non compuncti, diuina in-
terdicta nefandæ familiaritatis obstinatione contemnunt, & adhuc insuper
Esa.5. de charitate causantur, qui secūdum uerbum Esaiæ amaritudinem pro dul-
cedine deuorantes, nudam fœditatem uelamento boni nominis tegunt, dū
Charitatis querimonia. apud eos sub falsa dilectione, uera dilectio uiolat. Sed exclamat charitas &
appellat, tales ego nō iunxi, falsa altera est quæ me simulādo cōfingit. Nūq̄ꝫ
dei præceptis obsisto, nunq̄ꝫ fluxis faueo, per me sanctitatem non opto cul
pari. Calumnias mihi aduersa germanitas facit, pericula & ego inter falsos
fratres incurri. Succurre meus præco, succurre Paule apostole, dic testimo-
nium meum, ne quod de me annuncias peruertatur. Finis autem præcepti
1. Timo.1. est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide nō ficta. Dilectio de-
putabitur, per quam sanctitatis iniuria criminationibus appetitur? Aut il-
lorum erit syncera fraternitas æstimāda, de quibus filiæ matris ecclesiæ per-
ducuntur in culpam? Si talis Christiana charitas aduocatur, indubitanter
odia meliora sunt, quæ dum separant, neminem maculant. Hæc autem pa-
ricidalis dilectio fratres persecutores adunare cōsueuit, qui libenter patiunt
de suo

de ſuo conſortio filias eccleſiæ fornicarias diffamari contra charitatem quã Paulus apoſtolus docuit dicens: Dilectio proximi malum non operatur. Rom.13. Egregia probatio charitatis quæ non tantum noxia germanitate officit proximo, ſed etiam ſubiecta non uult eſſe præſcriptionibus apoſtolicæ iuſſionis. Confundantur aſſertores dilectionis huiuſcemodi, quos iudicãt illi qui pro cõmunibus commodis etiam conſanguineam deſerunt charitatem. In omni mundo penè totum iunctum eſt genus humanum, & ubiq; cognatio naturalis alterna peregrinatione diſcernitur. Poſſunt parentes, poſſunt filij, poſſunt fratres, poſſunt & ipſi (quod plus eſt) coniuges à deo conceſſa ſibi naturæ uincula diſrumpere, & clerici deo non concedente inſuper prohibente, mulierum nexibus ancillatã non ualent recuſare charitatem? Optanda ſemper cognatis abſentatur affinitas proximorum, & peregrinari ab extraneis fœminis clerici reluctantur? quibus faciendum fuerat etiam ſi peculiare aliquid uel inconſuetũ dominus imperaſſet, qui ad explicanda impoſſibilia habent ſpiritum ſanctum, quem mundani homines nõ habent. Vnde Ioannes apoſtolus ſic admonet dicens: Filioli uincite illos, quoniam maior eſt qui in uobis eſt, quàm qui in hoc mundo. Nunc uero poſſibile etiam gentibus, non dicam Chriſtianis, & leue proſpicitur, & apud clericos ſine ullis effectibus euacuatur, ut parum ſit eis dei mãdata deſpicere, niſi aliud dedecus habeant, quod nec ſectantur, non dicam uincunt omniũ gentium cõſuetudinem: quibus dominus per Ezechielem exprobrat & dicit. In legalibus meis non ambulaſtis, & iuſtificationes meas non feciſtis. Sed neq; ſecũdum iuſtificationes gentium, quæ ſunt in circuitu ueſtro feciſtis. Pudendũ neſcio quid dilectio iſta ſignificat, quæ extorqueri contra naturam putatur. Adhuc habeo quod mirari nõ ualeo: Cũ uideã de Chriſtianis pleroſq; maritos pariter & uxores cõtinentiã deſtinantes domicilia ſingularia magis eligere, ut conſenſus cõmunium uotorum ſine irritatione præſentiæ & concordante ſeceſſu ualeant obtinere, & eunuchi noſtri nõ dubitant ſine fœminæ ſodalitate dormire? apud illos amor coniugalis continentiæ amore penſatur, & apud ſpadones cohabitatio fœminæ nunq; poteſt habere faſtidiũ? Dicat eunuchorum charitas, dicat, ne forte in hac ſeceſſione magis coniugalis charitas peccet, ut apoſtoli Pauli conſilium uideatur coniugibus inſinuaſſe diuortium. Tempus, inquit, quod reſtat, breue eſt. Reliquum eſt ut & qui habent uxores ſic ſint quaſi non habentes, & qui non habent quaſi habentes eſſe glorientur. De his ipſe apoſtolus ait: Gloria in turpitudine ipſorum. Dilectio eſt, inquiũt. O dilectio quæ inuidet ſibi. O charitas quæ cupit ſe in uituperatione laudari. Grande miraculũ, ut uirginũ charitas uirgines faciat uelut coniuges credi, & coniugũ charitas coniuges faciat uelut uirgines æſtimari. Ecce uera dilectio, quæ in coniugalitate diuidit, ut in caſtitate coniungat. Ecce ſancta dilectio, quæ coniugalibus ad communem lau-

Eunuchi. Spadones. 1.Corin.7. Philip.3.

dem inducit abſentiam. Hi pro certo ſeſe inſeparabiliter diligũt, qui ut triũphos ſibi inferant à ſe ipſis diſcedũt, quibus nec crimen, nec natura, nec lex, nec dñs, nec Apoſtolus poteſtatẽ unius cõuerſatiõis interdixit aut tulit, ſed ꝓ tuendis paribus uotis ſemota unanimitate abſentari charitas ꝓſuaſit. Illi uero uiderint quid ſit charitas quam nouerunt, qui nec crimini, nec naturæ, nec legi, nec domino, nec apoſtolo, nec ipſi coniugalitati ſuccumbunt, quos tantum uirginitas probroſa condemnat, quantum illos coniugalitas caſtra ta glorificat, quibus ſufficiat ad ſupplicium dedecoroſum, quod ſpadones à coniugibus iudicantur. Ad quorum increpationem non tacendi ſunt etiam
1. Eſdre. 10. filij Iſraël, qui apud Eſdram uxores & filios contra diuina iura ſuſceptos non contati ſunt pellere, nec contra domini charitatem conati ſunt excuſare. Verum fateor ſi permittar. Qui nunc pro dimittẽdis fœminis alienis adhærent, quid facerent ſi liberos & uxores proijcere iubeantur? Aut quando ualebunt pro CHRISTO renunciare cognatis, qui mulierculas nõ ſuas præponunt CHRISTI præceptis? Dico eos facile pro iſdem mulierculis parentes proprios abnegare, cꝫ propter CHRISTVM ipſas mulierculas relinque
Luc. 14. re poſſe, deſpicientes quod in euãgelio ipſe dñs dixit: Si quis uenit ad me & non odit patrem ſuum, aut matrem, aut uxorem, aut filios, & fratres, & ſorores, & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Si de abijciendis parentibus dubitãtes indigni ſunt Chriſto, quid ſibi ꝓmittũt, quos contẽptores exhibet CHRISTO non parentalis affectio? Ac per hoc illorum meritis euacuantur, quos uident contemplatione CHRISTI nullas perſonas accipere cognatorum. Nec minis eos, ſed pœnis etiã illi confundunt, qui metuentes non tantum cum aliena, ſed etiam cum ſua carne luctari amputatis genitalibus abſcedunt. De quibus modo examinationis ſuſpendo ſententiam, relinquens alia diſputatione promendam. Sed in confuſione ſpadonum non dubito meliores aſſerere, qui nec ſibi parcunt quidem non
Eunuchorum petulantia. dicam fœminis audent tentamenta porrigere. Reſpondeant ſpiritales eunuchi, quis furor ſit in dilectione mulierum, uel quod ſit in contubernalitate fœminæ myſterium, ut in perniciem ſuam alienis membris indulgeant, cum illi ſua quoq; incunctanter abſcindãt? Hi cõfirmatos in ſe artus abijciunt, & illi aduerſarijs artubus glutinantur. Hi pro integritate ſpiritali cũ tormẽto non integri corporis dimicare nõ dubitant, & illi ſine tormẽto integri eſſe ſine fœminarum dimidietate detrectant. Sed aduerſus illos comparatio nulla eſt facienda de noſtris, ne conſolentur addicti quibuſcũq; iudicijs Chriſtianis. Peiores ſunt & aliqui memorandi, ut maior pœna ſit à damnato damnari. Iudæos conſyderent uſq; hodie pro legis imperio carnis ſuæ partem circũciſione truncare, & ſciant quid mereantur, qui euangelio iubente diſſimulant circũciſi mulierum præſentia peragere domini uoluntatem,
Matth. 5. non intelligentes quod ipſe dominus dixerit. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus

ſtra plus q̃ ſcribarum & phariſæorum, non intratis in regnum cœlorũ. Puto etiam de Gallis ſuis nobis idololatræ exprobranter inſultent, qui abſcindentes ſemetipſos libẽter excruciant, dũmodo cũ dãno ſtatus ſui ſimulacrorum diſſimulationibus pareant. Clerici autem noſtri ad lucrum magis corporis proprij damnum uolunt mulierum ſecum commorantium ſuſtinere. quas etiam de ſubſtantia propria euellere oportebat, ſi cum illis naſci contingeret, ne comparati idololatris & ſacrilegis erubeſcerẽt. De quibus & dominus contemptores arguit dicens: Prudentiores ſunt filij ſeculi huius filijs lucis. Ergo noſtris clericis talium profana deuotio eſt præponenda, quibus cũ tantis exercitijs amabilia ſunt turpia ſacerdotia. Clerici uero ꝓ dignitate ſacerdotij cœleſtis non ſanguinem fundunt, non tolerant ferrum, nõ eſt aliquod uulnus, non eſt aliquis cruciatns, ſed ſolus contra dominum fœminæ terret aſpectus. Sic in fœminas ruunt, ſic fœminas amant, ut non ſperent manifeſtari dilectionis ſuæ quandoq; poſſe pura myſteria, ſicut per conſimiles eorum turpiter publicata ſunt & detecta, quos Paulus apoſtolus præuiderat iam tunc dicens: Quorundam hominũ peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, quoſdam autem & ſubſequuntur. Similiter autem & facta bona manifeſta ſunt, & quæcunq; aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt. At contra & ipſi dicunt, nonnulli de contemptoribus noſtris ſimiliter fœminas habentes in domibus martyrium ſecuti ſunt, ut illorum innocens conſcientia probaretur. Nolo mihi de martyrio quiſq; moueat actionem, quia ſæpius & mœchi, & ſanguinarij, & ebrioſi, & omnium ſcelerum rei reperta pugnæ occaſione, cõuerſi meruerunt ad martyrij palmam peruenire. Ideo enim martyrium appellatur tam corona, quàm baptiſma, quia baptizat pariter & coronat. Age nunc ſi licuerit quibuſdam inuiolata fœminarũ ſocietate martyrium promereri ſine indulgentia quoque illis martyrium ipſum non fuit, quos reatus prohibitæ contubernalitatis non abſoluit? Nec innocentes in ipſa innocentia potuit approbare, quibus contemptum legis & conuerſationis illicitæ fœditatem, & quod eſt grauius ſuper omnia, crimẽ eccleſiæ cernitur ignouiſſe. Etenim noxia eſt innocẽtia, quæ ſponſæ CHRISTI officit famæ. Et cum CHRISTVS agnus innocens immo ipſe cœleſtis innocentia, quod eſt uerius, totum ſe contempſerit pro eccleſia, ut eam ſine macula ulla uel ruga redderet illibatam, qualis eſt clericus cui ad hoc ſponſa CHRISTI committitur, ut pro unius fœminæ amore culpari totam eccleſiam patiatur? Auſim dicere, à deo patre miſſus eſt filius de ſinu patris, & regno abſens eſſe durauit, ut eccleſiam faceret innocentem, & clericus mulieris latus deſerere non poteſt, ne CHRISTI eccleſiã reddat infamem? Sed aiunt: In martyrio ignoſcitur nobis, ſicut indultum eſt parentibus, hoc ergo & nos omnes de peccatis noſtris confidamus, ut qui agere bene laboramus, inter luxurias euagemur, & diſcurramus per ſemitas peccatorum, retinacula

Galli ſacerdotes Cybeles à Gallo flumine phrigiæ.

Lu.16.

1. Tim. 5.

Martyriũ tam corona q̃ baptiſma.

Innocentia noxia.

Obiectio.

nacula dimittamus,& frena laxemus.Eamus nos quocunq; mundus abſtu
lerit,& ubicunq; nos diabolus inuitauerit, libere fornicemur, inuideamus,
rapiamus,fraudemus,omnia mala ſecuri committamus,martyrium ſubue-
Ro.5. niet,& euademus.Sic enim Paulus apoſtolus pollicetur.Faciamus mala ut
ueniant bona.Quorum damnatio iuſta eſt. Huic martyrio ſpem tradant,
quos mathematici docuerũt habere de craſtino præſcientiã,& has coronas
expectẽt,qui ſuper angelos & CHRITVM ꝑ aſtrologos didicerũt ſcire tẽ
Actuũ.1. pora,quæ pater in ſua poſuit poteſtate,ut uel tunc recordentur ante marty-
rij tempus bene agere debuiſſe,cum diem domini ſenſerint ſicut furem.Sed
credamus ſuper illos martyrium iam iamq; pendere.Interim priuſq; mar-
tyres fiant,legibus ſubiacent,ut iudicio ſubĳciantur niſi armis exarmentur.
Audaciæ nephas eſt illis aduerſus autoritatem domini parentum perſonas
Ezech.20. obĳcere,quibus ipſe dominus contradictionis huius abſtulit uocem.In le-
galibus,inquit,patrum ueſtrorum nolite ambulare, & iuſtificationes eorũ
nolite cuſtodire,& ſtudĳs eorum nolite commiſceri,& nolite inquinari.Ego
dominus deus ueſter.In præceptis meis ambulate,& iuſtificationes meas cu
ſtodite.Sciant nunc adempta ſibi eſſe parentalia patrocinia,qui huc atq; il-
luc recurrentes contradictionum latebras quærunt,ne unq; fœminis care-
ant: & quia undiq; defenſionis ſuffragio deſeruntur nouiſſimis cunctis ar-
gumentis exhauſtis,ſententiam Pauli apoſtoli opitulari ſibi opinãtur,& di
1.Rõ.14. cunt:Tu quis es,qui de ſeruo alieno iudices? Agnoſcit equidẽ Paulus apo-
ſtolus conſtitutionis ſuæ uerba prolata,ſed conſtitutionarios & prolatores
ipſos ignorat.Illis enim contulit defenſionem,qui nullam partem legis im-
pugnant,& ipſis tribuit patrocinium,qui ex uoto ſuo aliquid faciunt,nec q̃
quam eccleſiaſtici iuris impediunt.Ius tractat uiuendi,& non edendi, arbi-
trium uniuſcuiuſq; confirmans.De ſimilibus neminem iuſſit iudicari, quæ
uoluntati ſingulorum autoritas diuina concedens in utraq; parte faciendi
& non faciendi clemẽter indulſit. Illos autem eccleſiaſticis tribunalibus ſub-
didit,quos tranſgreſſores ordinariæ tranſgreſſionis nulla impunitas excuſa
uit,ut qui paſſim(Tu q̃s es,qui de ſeruo alieno iudices?)aduerſus nos uelu-
ti libellũ contradictoriũ ꝓferunt,rationabile ſimul & certũ recognoſcãt q̃d
2.Theſſ.3. accepimus ab eodẽ Paulo apoſtolo repulſoriũ.Præcipimus, inquit, uobis
fratres in nomine dñi noſtri Ieſu CHRISTI, ut ſeparetis uos à fratribus
ambulãtibus inordinate,& non ſecũdum traditionẽ quã accepiſtis à nobis.
Euaſimus ut opinor tãta ligamina quæſtionũ,quibus amatores eunuchos
amplexus fœminei ligauerunt:qui peruerſis interpretationibus decreta le-
galia demutare coguntur,& malunt audiri proponentes uana & fabuloſa
2.Tim.4. commenta,quàm ipſi quæ uera ſunt audiant: quos Paulus apoſtolus an-
nunciat dicens: A ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem
conuertentur.Quicquid uolunt adhuc exquirant,ut obſiſtant pro mulieri-
bus ueritati.

bus ueritati. Victoriã non habẽt apud quos cõtra Esdrã mulier potius ℭ ueri- 3.Esd.4.
tas uicit. Vos aũt filij chariſſimi nõ tantũ perſuaſione, ſed poteſtate conuenio.
Tale deliramẽtũ deſpicite, quorũ quæſtiones Paulũ apoſtolũ ſcitis ubiq; dãnaſ
ſe, ſicut ad Romanos ſcripſit dicens: Rogo uos fratres diligenter obſeruare eos, Ro.16.
qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinã quã uos didiciſtis, aut dicũt, aut
faciunt, & declinate ab ipſis. Sic & Timotheo delegat. Noli, inquit, uerbis cõten 2.Tim.2.
dere, nihil enim utile eſt, niſi in ſubuerſionem audientiũ. Sollicite cura teipſum
probabilẽ exhibere deo operariũ irreprehenſibilem, recte tractantẽ uerbum ue
ritatis. Stulta aũt & inania eloquia deuita. Multũ enim ꝓficiunt ad impietatẽ
& ſermo eorũ ſicut cancer ſerpit. Atq; ut oſtenderet clericis diſponendi ad eua
cuandas quæſtiones, quæ ſit doctrina cõueniens, etiam Tito ſic inſinuat dicens:
Tu aũt loquere quæ cõueniunt ſanæ doctrinæ: maiores natu ſobrios eſſe, pru- Titũ.2.
dentes, ſanos in fide, in charitate, in patientia ſyncera. Ergo auditiones ſimplices
obedientia ueſtra ſuſcipiat, & uerſipellem cõtradictionũ uitate fallaciam. Purũ
iter ueſtris greſſibus mũdate, & ſuper ſpinas & tribulos nolite ſeminare uel cal
care, ne bonũ ſemen non poſſit uobis propter ſpinæ frutices ſanctitatis fructus
afferre. Vnde propheta Hieremias ſeminãtes ſic hortatur & docet dicẽs: Noli- Hier. 4.
te, inquit, ſerere inſpinis. Circũcidite uos deo ueſtro, circũcidite præputium cor
dis ueſtri. Abſcindenda ſunt ergo de agro noſtro cũcta quæ pungere & lacera
re conſueuerũt, ne animus agricultoris in poſſeſſione ſua malignis ſentibus inſe
ratur. Et amputanda ſunt omnia nobis quæcũq; igniferi fomitis ſulphurãtibus
flãmis candẽs fornax ebullientis carnis exæſtuat, ne uel tenuis quidẽ ſcintilla ſer
uata maiora cõflet incendia. Quod Salomon manifeſtat dicẽs: Ab ſcintilla una Eccl.11.
augetur ignis. Auertite occaſiones impuras, quibus interiora pectoris penetran
tur, ut liquida in uobis ꝓſpicuitas honoret. Cõtenti eſtote ſingularitatẽ laborio
ſam pro pudore ſeruãdo potius ſuſtinere, ℭ ſine labore ad dedecus peruenire.
Contẽplamini quid ſit populo ſancto præeſſe, & conſyderate quale ſit diuinis
ſacramentis inſiſtere. Altaribus placere debent, qui de alteribus uiuunt, & talis
cõuenit cura ſynceritatis ſacratis, qualia ſunt ſacra ipſa, quibus exhibent officia
ſeruitutis, ne circa dominũ offendãt ipſi quod tractant, aut circa populũ incipi
ant impedire quod prædicãt. Propter quod Paulus apoſtolus ſic teſtificatur. Et
omnia, inquit, ſuſtinemus, ne quod impedimentũ demus euãgelio CHRISTI. 1.Corin.9.
Et iterũ: Nemini dantes ullam offenſionẽ, ut nõ uituperetur miniſteriũ ueſtrũ
Hac igitur inſtitutiõe uobis ℭ plurimũ laborandũ eſt, de ijs quibus ad manife- 2.Corin.6.
ſtandã grauitatẽ ſingularitas magis ℭ *parilitas teſtis uera eſt. Reſpicite quãta
mala conuerſatio *parilitatis huius acquirat, quæ nõ niſi corruptionem ſeminat, Parilitatis in-
pullulat uitia, cupiditatẽ concipit, ignominiã parit, rabiem cõcitat, porrigit furiã, commoda.
laſciuiã paſcit, petulantiã nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, rapinas exigit, præ als *pluralitas
cipitia inſtruit, periculis nauigat, naufragijs uelificat, perditiõe gaudet, interitũ als *pluralita
fouet, cõfuſionẽ mercat, theſaurizat opprobriũ, criminationes exaggerat, accuſa tis.
tiões inflãmat, & cateruatim ſemel in faſcem glomerans nũeroſas indagines ca
ptionũ ꝑ infinita dedecorũ ſimplices mortes inuehit in pernicieẽ perditorũ. Tot

Castitatis commendatio.

itaq; & tãtas strages calamitatis,& strages pessimæ cõuersatiõis nemo pternit, nemo calcat, nemo funestat,nisi singularis castitas sola, quæ munimẽ inuictũ est sanctimoniæ,& expugnatio fortis infamiæ.Fortitudinis firmitas,& lasciuiæ petulantis infirmitas, probitatis p̃fidiũ,& improbitatis excidiũ,animæ uictoria,& corporis præda:ubertas gl'iaꝝ.& captiuitas criminũ,pronuba sanctitatis, & repudiũ turpitudinis,synceritatis indicium,& abolitio scandalorũ ,exercitiũ cõtinẽtiæ,& euacuatio tot luxuriæ,pax secura uirtutũ,& debellatio inquieta bellorũ:puritatis culmẽ,& libidinis carcer, honestatis portus,& ignominiæ naufragalis locus,uirginitatis mater,& hostis immũditiæ:lorica pudoris, & spoliũ probrositatis,corruptiõis exitiũ,murus rigoris,& destructio uulgaritatis,sæueritas gladius triũphator,& dissolutionis occisor,armatura uiriũ,& exarmatura fluxarũ,integritatis dignitas,& fornicationis abdicatio, claritatis fastigiũ,& dedecoris præcipitiũ: uolũtas bonorũ operũ , & afflictio uitiorũ, refrigeriũ pudicitiæ, pœna petulantiæ,acquisitio triũphorũ, & facinorũ detrimentum, requies salutis,& pditionis exiliũ,uita spũs,& carnis interitus,status qualitatis angelicæ,fumus hũanæ substãtiæ.Hui9retinaculis oĩs obscenitas frenat̃,& cõpedib9eius cal ces furentis libidinis statuunt̃. In hacuelut in scopulo frangũtur impetus qualescũq; sanguinis inundãtis,& in illa sedatur spumãs tumoris insania corpalis. Quæ dũ sibi subtrahit adminicla cõcupiscẽtiæ, mortua mẽbra sua cognoscit̃ ba

Coloss.3. iulare,de quibus apostolus Paulus præmonet dicens:Mortificate ergo mẽbra, quæ sunt sup terrã,fornicationẽ,immũdiciã,libidinẽ,cõcupiscentiã malã,& auaritiã,quæ est idolorũ seruitus,propter quæ uenit ira dei. Ab his omnibus non nisi splendido singularitatis cultro castratur humana natura,ut illibatos spadones ad cõuiuiũ sanctitatis dispensante circũcisiõe introducat. Cui sanctitas ita promisit,ãnuli sui nuptiale signaculũ,ut sine ipsa uirginitas resignet̃,quæ se sola cõtẽta Cupidinẽ domat, mẽtẽq; rectificat,cõcupiscentiã subigit,desyderia ardoris extinguit,artus debilitat,corpus ancillat,& ita carnalia crucifigit,ut tã masculus q̃ fœmina uideatur in cõuersatione mẽtiri,dũ illos utriusq; sexus operatiõe abscindit,aut neutrũ faciẽs de duobus,tertiã formã cõferre gloriatur ambobus, ut ante resurrectionẽ resurrectiõis imaginẽ ad instar angelorũ meditari noscatur.Quod promittẽs dñs futurũ ,qui digni,inquit,habẽtur seculi illius,& resurLu. 20. rectionis à mortuis,nõ nubẽt,neq; nubẽtur , neq; enim morientur. Nã sunt si-

Virginitatis præconium.

als* clericorũ. miles angelis dei.Quia resurrectiõis filij sunt.Hoc exigit sancta singularitas† meritorũ,ut antecq; trãsfiguretur iã trãsfigurata cernatur in angelicæ claritatis aspectũ.Quæ oĩa sibi amputãs cõcupiscẽtiæ certamina deprædat̃.Cuius laudes Sa-

Eccl.16. lomon exequitur dicẽs : Melius est esse sine filijs cũ claritate.Immortalis est em memoria illius,quia & apud deũ nota est,& apud hoies.Cum præsens est,imitãtur illã,& desyderãt eã,cũ se subduxerit,& in perpetuũ coronata triũphat inco inquinatorũ certaminũ præliũ uincẽs.Nõ est sine filijs cũ claritate,nisi singulari tas sola,quã nõ solũ cõscientia sua nullis sordibus maculat,sed etiã nullæ opinio-

als* plalitatis. nes suspectæ*parilitatis infamãt.Nã si castitas(quod est difficile)masculũ & fœminã pariter in uirginitate cõseruet,nõ habet claritatẽ,quã cõmunitas ipsa non potest,nisi quibusdam probrositatum tenebris obscurare.Singularitas uero ita

clara est oĩbus & exerta,ut cũctis splẽdore sui cãdoris pura manifestetur & lucida. Vnde sic nos apostolus edocet dicẽs:Sicut filij lucis ambulate,fructus eñ luminis est in omni bonitate,& iustitia,& ueritate,probãtes q̃d beneplacitũ sit deo.& iterũ:Oĩa,inquit,facite sine murmuratiõe & hæsitatiõe ut sitis irreprehẽsibiles,& simplices,sicut filij dei immaculati in medio nationis prauæ & peruersæ,inter q̃s lucetis sicut luminaria in mũdo. Sic ubiq; singularitas splẽdet,ut oẽs ꝓ illa spõdere nõ dubitẽt,& ita sanctitatẽ in semetipsa darificat,ut laudẽ sibi ab ipsis quoq; inimicis extorqueat. Quod maxime de ꝑposito quocũq; Paulus apostolus mãdat dicẽs: Oportet aũt eũ & testimoniũ habere bonũ ab his, q foris sunt,ut nõ in opprobriũ incidat,& laqueũ diaboli. Hãc igitur amate,hãc tenete,quæ sola põt fœminas debellare:cũ adhuc cõcupiscentia nulla pectus impulsat,& dũ adhuc simplicitas incorrupta ꝓmanet uel quieta. Ad secretæ singularitatis tutelã cito concurrite, ne postmodũ nõ ualeatis effugere. Præoccupãdus est aditus cũctis insidijs, ne hostilitas prior obrepẽs occurrat improuidis. Salutare remediũ est præuenire potius q̃ præueniri,& anticipare potius q̃ anticipari uirib⁹ fortibus cõgruit. Vbicũq; fuerit prouidẽtia,frustrãtur uniuersa cõtraria. Vbi aũt pro uidẽtia negligitur,oĩa cõtraria dñantur. Ante famẽ certamus,ante inopiam laborando satagimus. Sic per omnia calamitatibus cũctis tollimus locũ,dũ gerimus prouidentiã tẽporũ futurorũ. Quãto magis ante præuenienda est omni præuisiõe calamitas fœminarũ,cuius cupido si admittitur incipere,nũ q̃ prorsus accipit finẽ? Cui⁹cõparationẽ Salomõ explicat dicẽs: Infernus,& amor mulieris, & terra quæ nõ satiat aq̃, & ignis nõ dicit sufficit. Vnusq;q; itaq; qui securus est quia necdũ tẽtat,timeat,quia nihil de illo dicit,prospiciat ne dicat:hoies sum⁹,fragilitatẽ nostrã carne portam⁹. Sic eã undiq; nos circũspecta uiuacitate circũdare debemus & cingere, ut nõ sit pars aliq̃ quæ uacillet. Accipimus q̃dẽ fortitudinẽ spiritalẽ,ꝓ quã substãtiæ nostræ fragilitas roboret. Sed ita nobis spiritalis fortitudo collata est,ut ꝓuidos nõ nos ꝑcipites tueat,ut illos muniat,q renũciãt importunitatib⁹ delictorũ, nõ eos q se magis importunis delictis immergũt. Custos nobis datus est spũs, sed ut cõtraria declinãtib⁹ assistẽdo subueniat, nõ ut cõtraria eligẽtibus faueat, nec ut uolũtarios & ꝓnos in aduersa cõfortet,sed ut ab aduersis nitẽtes separati cõfirmet. Nã qcũq; ꝓnicios conatib⁹ audet exercere uirtutẽ,iuuamẽ nõ habet spũs scti,q neminẽ uult ultroneũ uirũ fortẽ ad fraudulẽtas uictorias coactari nec ꝓtegit eũ quinimo sed deserit quẽ ꝓiculis irruentẽ ꝓ illicitos euẽtus exq̃rere triũphos agnouerit,sicut ipse iã tunc ꝓ Salo. locutus est dicẽs: Amãs ꝓiculũ,in ipso periet. Ordine suo igit nõ nr̃o arbitrio uirtus scti spũs miniſtrat,& secundũ institutũ eius ꝑlia prosperant, nũq; nisi præcipitatus exercitus cecidit,q auidus facere,ducis uel impatoris sui dispositiões irrupit, multo magis per ꝓiturã erogat fortitudinẽ,q sine armis doctrinæ magistri spũs ꝑsumpserit triũphare,cũ dicat,uæ,q per præsumptionẽ suã aliquid faciũt,nõ per deũ. Si qua igit in uobis est fiducia uiriũ spiritaliũ, q̃d spiritales deceat recordemur, & si creditis uos spiritaliter militare agnoscite q̃d doce-

Ephe. 5.

Philip. 2.

1. Tim. 3.

Prouidẽtia.

Prouer. 30.

Eccl. 5.

mus nō esse carnale,sicut Paulus apostolus loquit dicēs:Si qs putat se pro/
phetā esse aut spiritalē,cognoscat quæ scribo uobis.Non est quod uobis in
hac psuasione deceptoria blādiamini,ut quia spiritales estis,uelitis inter fla
gitiosorū armamēta uersari,nec uos inhabiles esse,p clericatus dignitate,qa
maiores maioribus consueuerūt cōflictiones occurrere. Acrius diuitibus q̄
pauperib⁹ inuidet,& nō inopes,sed locupletes inquietat infestatio sæua la/
tronū.Plus duces & principes q̄ milites ab hostibus appetunt in pugna &
uiolētius ꝓpulsant uentis & turbinibus culmina quæcūq; sunt altiora.Ideo
magis magisq; q̄ plus cæteris unusquisq; pōt,sciat esse sibi metuendū, ne in
Prouer.11. aliquo minoret,ꝓpter quod Solomon sic admonet dicens:Qui gloriat,in/
quit,in diuitijs,paupertatē uereat.Rogo uos quantū ualeo,& ultra q̄ ua/
leo,hæc sunt studia oīa clericorū,ut singularitatis inaccusabilis succession
fungant,ne aut ipsi p fœminas,aut fœminæ per illos ad ignominiosa ludi/
bria prouocētur.Si qs habet matrē,uel filiā,uel sororē,uel cōiugē,uel cogna/
tā sic habeat,ut nulla ancilla intersit,neq; aliqua ingrediat extranea, ne ad
hoc uideat tenere ꝓximas suas,ut ipsarū causa libere sibi adhibeat alienas,
q̄ si nō possint ipsæ quæ sūt proximæ sine famularū ministerio,uel sine ami
carū esse solatio,expedit ut migrēt ad aliud domiciliū,q̄ propter illas perso
næ cōtrariæ teneātur,hūanū est em ut nec clericus illas necessarijs fœminis
fraudet,nec ipsæ clericū p importunas fœminas sordidēt.Assignari possūt
sanctis mulieribus,cū quibus uiuāt,dūmodo cū clerico fœmina nulla cōma
neat nō despecta,nō uetula sine affinitate peculialiter suscipiēda ad dome/
sticū obsequiū,quia magis illic cito delinquit,ubi sine suspicione securū pōt
esse delictū,maxime qa Cupidini nulla deformitas, nulla despectio fastidiū
uel uilis existit,sed diabolus pingens speciosum efficit qcquid fœdū uel hor
ridum fuerit.Si qs aūt uiæ perfectione cogēte apud fratres uel apud extra/
neos hospitat,ubi mulieres intersunt,omnino se arctet,ne passibilitate aliq̄
uitiet.Semotus ac secretus deo uacet & sibi,ne intus capiat à diabolo,& q
foris capi nō potuit,apud suos cadat.Qui hostes effugit ad tēpus,p salutari
bus causis ꝓcedat ad faciē,& iterū cito discedere de cōspectu festinet.Vbiq;
gustāda est cū mulierib⁹ nō cōtinuāda præsentia,sed quasi trāseunter fœmi/
nis exhibenda est accessio quodāmodo fugitiua.Proteruitas em iam cœpta
finit repræsentari semp in mediū,& pditionis meditatio est frequētatiuū in
ter mulieres celebrare processum.de qua re nobis Salomō moderamen im/
Eccl. 42. posuit dicēs:In medio mulierū noli assiduus esse.Sic igit ambulate, sic agi/
te,ut semp in clericis ecclesiæ senatus candidus cōstet.Seueritas in uobis cir/
ca fœminas uigeat,autoritas polleat,uigor teneat,grauitas uenereat.Vt se/
mel oīa colligamus ad clausulā,breuiariū relegimus uobis,quod ad cōpē
Philip.4. diosam plenitudinē redigens Paulus apostolus insinuat.De cætero fratres
quæcūq; sūt uera,quæcūq; pudica,quæcūq; iusta,quæcūq; sancta,quæcūq;
amabilia,quæcūq; bonæ famæ,si qua uirtus,si qua laus disciplinæ,hæc cogi
tate,quæ accepistis,& didicistis,& audistis,& uidistis in me.Hæc agite,& de
us pacis,& dilectionis erit uobiscum.Amen.

AD DIVVM CORNELIVM PAPAM DE CARDINALIBVS OPERIBVS CHRISTI VSQ AD EIVS ASCENSVM AD PATREM. Præfatio.

SOlent matres infantulis nuper editis in ipso uitæ introitu aptare uocabula, & ex aliquibus præcedentibus uel circunstantibus causis, uel ex genere, uel ex euentibus imponere nomina, ut in ipsis primordialibus initijs quædam præfigerentur commonitoria ingredientibus uitam, ne nomen eis esset ad ignominiam, si originalis naturæ traductio à consueto limite deuiaret, & à uirtute patrum degenerans indigna successio monstri nõ hominis faciem exhiberet. Respicerent potius ad nomina uel officia sua, quorum inspectio honestæ cõuersationis formam eis infunderet & doctrinam, ut honorificarent naturales causas & rationales disciplinas: nec in aliquo elementarias amaricarent dulcedines, uel primarias offenderent dignitates. Nam olim tumultuarie uel inconsyderate nomina rebus imponebãtur, sed ex quo ad Adam adducta sunt singula, ut uocaret ea & propria imponeret nomina, prouisum est in populo antiquo & institutum ut aliqua esset in uocabulis ratio, & interpretarentur nomina uitam, & exprimerent aliquam personæ proprietatem secundum quam uel differret à cæteris uel etiam communicaret. Sic in nominibus patriarcharum Abraham Isaac & Iacob magnarum rerum extitere indicia, & præloquebantur uentura, nec deerat impositorum nominum secundum sensum suum effectuum certitudo. Apud gentiles etiam non in nominibus sed in agnominibus postea à uiris illustribus obseruatum est, ut nobilitas generis uel uirtutis gloria posteros illustraret, Augusti uel Cæsaris titulo succedentem honorare progeniem, & imperatoriæ dignitatis hæredes primæ originis irradiare fulgoribus. Sic & philosophi & doctores antiqui tractatibus suis nomina prætexere, breui titulo grandis materiæ latitudinem prælibantes, & propriæ gloriæ præposito nomine suo prouidentes, ut integritatem operis & laborem autoris tam stili quàm personæ in posterum autoritas conseruaret & facile scripturæ subtilitas indicaret, si aliqua manus inuida elegantiæ tractatum elimatorum pannum rudem insueret, uel nugis suis quasi sua essent quæ alius laudabiliter dictasset furtiua translatione insereret. Sic in capite libri sui quisque autorum se posuit, ut & stilus autori, & stilo autor famularetur & autoritate altrinseca communis gloria muniretur, hoc uirorum illustrium præclara meruerunt ingenia, & per hæc uiuax eorum fama & gloria indelebilis perseuerat. Nos uero qui uix intelligimus quæ ab

De titulus & nominibus.

Gen. 2.

Nomina rebus consona.

eis

eis dicta sunt sensu & eloquentia omnino eis impares, si quid aliquãdo scribimus indignum titulo iudicamus, ne forte nobilis materia cuius explanationi studium adhibemus, decoloratam se potius quàm ornatam nostra præsumptione queratur. Verum quia solent aliquando patres nugis infantilibus arridere, & linguis balbutientibus delectari, indulgentiam mereretur humilitas, quæ quo potest accessu sublimitatis uestræ manibus se porrigit attrectandam, non gloriam mendicans sed gratiam. Ego quidem nec à meipso neq; ab alio quæro nomen, neq; enim aliquid me existimo esse cũ nihil sum, qui hoc à uobis maxima supplicatione quæsiui ut non essem quod sum, & humiliter supplicaui ut ab hac flamma in qua crucior me uestra clementia liberaret. Tentaui si possem manu uestra me sustinente, honeste descendere: quod quia non potui urgentibus flãmis non attendi quò prosilirem dum me uorax incendium non cremaret.

PROLOGVS OPERIS SEQVENTIS.

Ab altioribus abstinẽdũ imperitis est.

SVblimes materiæ subtilium ingeniorum exigunt tractatores, nec facile de artibus recte iudicat qui artes ignorat. Exercitati in liberalibus disciplinis simul ingenio conueniente & studio philosophari possunt & secure aggredi res abditas, eorumq; conatibus se per uiam penetrata exhibet difficultas, & ænigmatibus enodatis rerum secretarum facies patet, cuius serenitatem uelabat nubes opposita, & ueritati superfusa caligo. Ideóq; tam in diuinis quàm in philosophorũ doctrinis nec tutum est, nec honestum ineruditos & ignaros sensuum ad literas illas pertinentium prosilire ad discussionem eorum quæ nesciunt, & de his sibi usurpare magisterium quæ ignorant. Huius rei forma seraphin faciem dei & pedes uelat, & patentibus quæ in medio sunt principium finẽq; maiestatis diuinæ alarum extensio infra supraq; operiens aditum ad se temerarijs tractatoribus uel scriptoribus interdicit, nec patitur ad liquidum se uideri diuinitas quã utiq; inuestigatio fidelis aliquo modo odorat uel sentit, sed purã eius essentiam nec conspicit nec comprehẽdit. Affirmatio quippe de dei essentia in promptu haberi nõ potest, neq; enim diffinibilis est diuinitas, sed uerius synceriusq; remotio indicat negãdo quid non sit, cũq; asserendo quid sit, quoniam quicquid sensui subiacet illud esse nõ potest, quod omnẽ superat intellectũ. Quicquid audiri uel uideri uel sciri potest non conuenit maiestati, hebes est in hac consyderatione omnis acies sensuum, & caligat aspectus: hanc inuisibilem lucem, & inaccessabilem naturam sex alis hinc & inde seraphin statu & uolatu circumeunt & abscondunt, statu æternitatis immobilitatem monstrantes, uolatu uero altitudinem eius, sic in superioribus eleuatam ut quantumlibet ad cor altum homo ascendat exaltetur

Diuinitas diffiniri nequit.

tetur deus, & comprehenſionis importunitatem euadat. Nec tamen alæ illæ quæ dei uelant ſubſtantiam noſtros conſpectus diffugiunt, ſed illæ puris mentibus ſe uiſibiles exhibent, & operum dei ratio, ſiue eorum quæ ex nihilo ſunt, ſiue eorum quæ ex materia uel factæ ſunt uel fiunt, ſe intelligibilem exponit, & quæ circa deum & quæ ſub deo ſunt mundi poteſt cordis quoquomodo ſynceritas cõtemplari. Prima rerum conditio ſex inſtituta diebus fatetur artificem & profitetur opus autorem. Neq; enim ſuĩpſi us artifex eſſe aut potuit quis nouam creare materiam, nec potuerunt multa & diuerſa rerũ eſſe principia, quia niſi ad unum cuncta reſpicerent, diſcordia & infinitate cuncta turbata uoluerentur in chaos & repugnarent & collíderentur in ſe diſcordes materiæ, niſi omnibus factoris autoritas imperaret, & unius monarchia poteſtatis uniuerſitatis cauſas & efficientias ordinaret. Homo itaq; præpoſituram in inferiora accepit, ſciens quis hunc honorem contulerit, nec tamen ea ſcientiæ perfectione illuſtratus eſt ut eo modo cognoſceret conditorẽ, quo eius cognitioni reliquæ creaturæ ſubiectæ ſunt, ſed diſtantiam maximã experiretur inter ſumma & infima, & ex hoc ipſo eſſet deo accliuis & humilis quo autori ſuo ſe in nullo poſſet conferre, cuius effugere dominium nec penetrare conſilium, nec poterat uitare iudicium. Itaq; qui circa ipſum ſunt angelici ſpiritus, licet inuiſibilis naturæ ſint in legationibus, tamẽ ſuis ſe auditu manifeſtãt & uiſu, & ſalutis noſtræ miniſteriales ſæpiſſimæ experimur, quorum officia & nomina in ſcripturis ſanctis habentur. Illa quidem ſuperiora agmina nobis prædicant non indicant deum, & nunciant quæ iubentur ſpiritalitatem iniũcti negocij peragentes, nõ uniuerſitatis explicantes ſcientiã, qa ad nos numerus & menſura & pondus referẽ. Deus uero his omnibus nõ arctatur ſed excedẽs omnia & æternaliter antecedens poteſtas & uirtus nil habet coëuum, nec immenſitatis eius profundum ulla creatura uel cœleſtis uel terrena metitur. Quæ uero ſub ipſo ſunt implent templum, & præſens eccleſia cognitionem earum rerum aſſequitur quæ ad cultum iuſtitiæ, quæ ad ordinem uitæ, quæ ad gradus aſcenſionum, quæ ad conuenientiam morũ, quæ ad honeſtatem huius conuerſationis & gratiam pertinent contemplationis. Hæc aguntur & exercentur in templo præſenti, & per hæc deus quæritur, nec tamen quæſitus illico inuenitur. Guſtamus, delibamus, odoramus, & prope eſt, cũq; acceſſeris longius abit. Et quomodo fulgur nubes diſrumpit, & repentina coruſcatio nõ tam illuminat q; hebetat oculũ, ita aliquãdo neſcio quo motu tãgeris & tangi te ſentis, eũ tamẽ qui te tãgit nõ intueris. Dicũtur tibi quædã uerba arcana intrinſecus quæ effari nõ ſufficis, ut dubitare nõ poſſis, qa iuxta te eſt, imò intra te q te ſollicitat, nec tñ ſicuti eſt ſe tibi uidendũ cõcedat. Rachel ad odorẽ nõ ad eſum Liæ mãdragoras cõcupiſcit, tu ſpõſo fide nõ cõplexu cõiungeris, tu ſpe cõcipis donec Chriſtus in te formetur, & depoſito pondere huius

Vnũ neceſſario eſt principium.

Homo nõ põt deo cõferri.

Geneſ. 30.

huius cadaueris eiusdē sint puritatis caro & spiritus, & renouata natura sobolē immaculatā parturiat. Rachel qppe uisum principiū sonat. Quod uerbum in principio apud deum in suo proprio esse mihi non patet, sed quibusdam nominibus deum inuoco & dico: iustitia, ueritas, sanctificatio, charitas: & quæro aliquas species uel formas per quas quid sentio quoquomodo intimem. Nam quod uerbum caro factum est facilius uideo: & hoc sensui meo quasi esu incorporeo, principium autem illud uix remotissimo odoratu quasi pertransiens sentio. Illa quidem intellectualia per uisibiles creaturas quantum fas est animæ uidere uel prævidere diuina mente à longe prospicimus in multis per opinionum & coniecturarum pelagus circūducti, in multis ueritati hærentes, in multis magnitudine rerum oppressi, exclamamus cum apostolo. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Cordi igitur nostro se offert deus, & aliquid sui luminis infundit inuitans & prouocans. Nisi eī aliquo modo sentiretur, nec appetendi, nec inquirendi spes esset aliqua uel facultas. Sed quia ex parte sentitur admirationi est odor ille & sapor, nullā habens cum carnalibus dulcedinibus similitudinem, & per omnia suauitate differens, eoq; desyderatur copiosius quo cætera delectamenta excedit. Desyderium autem inquirentes purificat, & purificatio exclusis enormitatibus ad formam dei prouehit ascendentes, atq; ita in opere suo imago & similitudo dei multis laboriosisq; prouectibus propriam sibi demum indicat dignitatem. Ad hanc rerum adeo profundarum inda-
Ro.11. ginem nisi incarnati uerbi magisterium accessisset, humana defecissent ingenia, & nescio si & aliqui auderent ad hæc tentanda conatus assurgere, sed associata carni diuinitas assumptā naturam ex parte suæ uoluit esse claritatis consortem, & apertis cœlis super doctorem & dominum nostrum ad su-
Iodn.1. periora nostrum introduxere aspectum, & uidimus gloriam eius quasi uni-
Ibidem.14. geniti à patre, & de plenitudine gratiæ & ueritatis quæ in ipso est, instillata est nobis aliqua portio, & cū Philippo audiuimus, qui uidet me uidet & patrem. Nec tamen in hac uisione plena potest esse sufficientia donec in splendoribus sanctorum in die uirtutis suæ agnoscatur ratio gignentis & geniti
Esa.64. & procedentis, quam oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
1.Corin.2. ad liquidum hucusq; ascendit. In his omnibus quæ dicta sunt omnino sensum nostrum materiæ excedit sublimitas, & stilum repellit moles nimiq; pōderis & ascensionis arduæ difficultas, sed præcepti uestri pater excellentissime me coëgit necessitas, ut tētarem si forte importunitate studiq; aliqua possem de sanctuariq; supellectile uellicare, & reducto in partem uelamine arcto subtiliq; aditu propiciatorium intueri, præsumpsit meditatio aspicere à longe & annos æternos inquirere, & quid ante tēpora secularia esset indagare, si tamen seculum uel tempus dici potest ante lucem & diem & solem, & quomodo ante causas elementarias & materiales origines illa æternitatis

infinitas

infinitas se haberet si illa omnipotentia apud se solitaria esset, & ministeriales ei deessent spiritus, & maneret apud se illocaliter sempiterna diuinitas, & in quo esset sapientiæ regnum, cum non esset quod regeretur, & usu, speciecp careret illa inanis antiquitas. Ab his omnibus repulsus, ad secularia uisibilia compulsus sum redire, & utinam meipsum cognoscã & sciam. Quod si animæ meæ quæ corporis mei obtinet principatum, nec originem scio, nec metior quantitatẽ, nec qualis sit intueri sufficio, si ignota est mihi ratio quare ipsa delectetur in corpore persecutore suo: si nescio quis hãc legem membris insculpserit, ut tam uiolenta dominatione spiritum opprimat, & melior dignioreq; natura deteriori succumbat, patienter me ferre oportet, si operatorem uniuersitatis non intelligo, qui in minimis operationum suarum particulis meam profiteor cæcitatem. Insolubilis uidetur hæc quæstio, quare homo rationabilis in negata nitatur & uetita, & semper illicitis delectet. Omino rarum est & difficile fieri bonum, facile & pronum est esse malum, & hac sine magistro sine exemplo doctrina statim à pubescentibus annis imbuimur & docemur. Vide in ipsis qui sanctimoniã profitẽtur quæ religio manum claudat porrectis muneribus, quæ solitudo aures obserat oblatis fauoribus: quæ gula communibus est contenta saporibus. Quis non se habeat uilem, si uideat humilem? Quis non putet opprobrium, si se sentit ingloriũ? Quis enumeret uoluptatum potius monstra cp̃ species? quæ per concupiscentiæ carnis uitam animam trahunt, dãm palamq; de conclaui ad forum, de lupanari ad theatrum? In primis abrasa uerecundia, pudoreq; conuulso, non absconditur scelus, nec nutat ratio, nec discretio reluctatur carnis affectibus, captiuus spiritus cõsentaneam exhibet clientelã. Hoc ipsum quod dico, carnis affectus, improprie dico, quia hæc uitia proprie animæ sũt, quæ sentit & mouet & uiuit, cui imputatur peccatum, quia ipsi datum est arbitriũ & iudicium, & scientia, & potentia per quæ possit improbare malum, & eligere bonum. Corpore autem sic utitur anima, sicut faber malleo uel incude in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricantur quælibet quarumcunq; uoluptatum simulachra. Non est caro dictatrix peccati, nec inuẽtrix malitiæ, nec cogitatus format, nec disponit agenda, sed officina est spiritus qui in ea, & per eam, quæcunq; affectauerit, peragit & consũmat. Quod autem ipsa insensibilis sit spiritu recedente, dinoscitur, post cuius discessum nulli apta usui supereſt putredinis massa, & paludis aceruus. Quicquid eñ sentit à natura corporis, alienum probatur. Quod uero caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem contẽdere dicitur, & repugnare, improprie arbitror dictum, quia solius animæ lis ista est, quæ secum rixatur, & cũ proprio arbitrio litigat, certior in huiusmodi quæstionibus quid bonũ sit, quid malum, cp̃ in aliarum rerum inquisitiõibus quid uerum sit, quid falsum. Nã in abditarum causarum inspectionibus & secretis naturæ potest homo er-

Homo animã suã nõ cognoscens patiẽter deũ non intelligit.

Nitimur in uetitum.

Vir bonus est animal rarũ.

Homo in malum pronus.

Spiritus captiuus.

Arbitrium cuicp datum.

Corpus est animæ officina.

Caro nõ reluctatur proprie spiritui, sed spiritus sibi.

rare uel decipi,quia non per omnia à fine usq; ad finẽ intellectus humanus attingit,sed in his quæ oculis & manibus subiacẽt, nulla subtilitas iudicium impedit,quia fœtentia à non fœtentibus,decora à turpibus,amara à dulcibus,dura à suauibus,& à dissonis consonantia facile discernuntur.Sed desydertj sui ueneno mens ebria,corpus contumeliis applicat,& iunctis complexibus ambo in mortiferas suauitates elapsi,obdormiunt. Cumq; euigilauerint, sero pœnitentiã adducit cõfusio,& inquinamentorum horror fœdatæ mẽti occurrit.Et in cæteris omnibus quæ maligne patrata sunt,huiusmodi ultio peccatorem persequit̃,& ipse libidinũ labe crapulatus se conuomit. Sed

Auaritiæ malum. auaritiæ solius & quæstus ardor nec satiat cupidum,nec pœnitet eũ cumulasse,quod crescere optat,nõ minui,& discola obstinatus semper quid idolo

Ambitio. suo immolet sedulus coaceruat. Vnde hæc sitis diuitiarũ miseris pectoribus assidet,& ambitionis salsugo bibulam animã occupat,ut per fas & nefas ad loca superiora etiã de latebris eremi nonnulli se ingerant,& de omni gradu ubi aliquis aditus patet,anheli prodeant,discurrant ad iudices,blandiantur mediatoribus,conducant auxiliarios,& modis omnibus elaborent,ut sedeant cum principibus eo quæstu, ut maledicat deus quod ipsi benedixerint, & benedicat quod maledixerint.Hæc lex peccati quare in his & similibus legem iusticiæ opprimat,& quare eneruata ratio cum stare possit,tam miserabiliter ruat,difficile est assequi,maxime cũ defectus iste à damnationis sententia pendeat,& hãc ineuitabilem pœnã antiqua trãsgressio sit sortita. Ego si meipsum nescio,si animæ meæ substantiã & naturã ignoro,si eorum quæ intra me sunt rationem non intelligo,qua audacia supra me erigã oculos ut uideã principium sine principio, & finẽ sine fine attingã? A talibus ansibus desistendũ excellentia maiestatis imperat,& ipsa impossibilitas omnes in-

Argumenta libri huius. genij nostri conatus repellit.Ea igitur quæ licita sunt & concessa tangamus, & circa cunabula saluatoris prima infantiæ eius fercula degustemus,& circũcisi & loti uicto diabolo, sanctificatis affectibus in cœna cum domino recumbamus,ubi pane angelorũ refecti, post illius cibi delicias surgamus ad trãsitum,ut de hoc mundo uehiculo crucis euehamur ad cœlum, spiritu sancto nos replẽte,qui deinceps nos doceat,& patefaciat quicquid in exilij huius peregrinatione moles corporis & imperfectionis lippitudo fecit obscu-

Titulus operis. rum. Libellum igitur quẽ de cardinalibus CHRISTI domini nostri operibus scripsi,paternitati uestræ(suppresso nomine nostro)misi,in quo fons sacramentorum & disciplinæ huius in qua stamus origo, formam & exemplar recte uiuendi nobis proponens,ab humili aduentu usq; ad glorioſum eius reditum ad patrem gradatim conscendens,quem potius in mente nostra quàm in pagina scribi desydero,& utinam in sanctitatis uestræ conspectu memoriam & recordationem nostri supplex mereatur affectus.

Sermo

SERMO DE NATIVITATE CHRISTI.

Deſt CHRISTI multum deſyderata,& diu expectata natiuitas,adeſt ſolẽnitas indyta,& in præſentia ſaluatoris gra tes & laudes uiſitatori ſuo per orbem terrarum ſancta red dit eccleſia. Gaudia nobis cœlitus nunciantur,lætícia impe ratur. Nox iſta ſacri partus conſcia, nouis fulgoribus illuſtratur. Gloriantur in cœleſtibus ſuperi,pax in terra bonæ uoluntatis hominibus confirmatur. Aſſunt angeli, loquuntur paſtoribus, non dedignantur loqui perſonis humilibus, & cum ipſi ſublimes ſint, infimos non aſpernantur. Nec luce inſolita, nec angelorum terrentur paſtores præſentia,ſanæ & puræ fidei homines delectantur in eo quod audiunt conſonas laudantium uoces cœleſtes,gloriæ & gratiæ diuinæ præconia modulantes. Nec ſatis fuit ſuperis arcana reſerare cœleſtia, etiam hominibus pax reddita nunciatur, & bonæ uoluntatis noui muneris largitate conſecratur affectus. Oportuit bonum dominum certificare & lætificare in aduẽtu ſuo bonas expectantium uoluntates: & multiplicatis teſtibus certa præſentiæ ſuæ dare indicia,ut iam nõ expectaretur quaſi uenturus,ſed qui uenerat uideretur,& eſſent angeli quem ſibi noua CHRISTI infantia conſecrarat,ſancti ortus & loci indices. Vnus Gabriel uirgini obumbrationẽ uirtutis altiſſimi nunciat,multitudo cœleſtis exercitus gratulabunda ſaluatorem mundi prædicat adueniſſe,& reconciliata terreſtria ſuperis canit, & conſilium antiquum prodijt palàm,nec iam ſecretum eſt,ſed innotuit publice in conſpectu gentium reuelata CHRISTI benignitas, & oblata mundo in nullo à nobis differens excepto, quod peccati expers fuit ſaluatoris humanitas. A ſupernis legationibus incipit euãgelium,cuius primi dictatores angeli extiterunt. Nec iam in manibus prophetarum ſimilitudines & ænigmata inuoluuntur,ſed angelorum iubilo,& hominum ſtilo, & euidenti rerum iudicio conſtat & conſonant ſimul promiſſa & data,umbriſq; remotis,lex & euangelia ſunt unita. Multiplicantur teſtes,militia cœleſtis conclamat,credit paſtorum cuneus & exultat. A ſapientibus & prudentibus nõ quærit teſtimonium qui paruulis ſe reuelat. In huius doctrinæ initio ſtatim faſtus & ambitio condemnatur. Non colores rhetorum, non inductiones perſuaſoriæ adducuntur,ratio & miracula harum rerum ordinem complectũtur. In primis ſigna ſe fidei miſcuerunt, & maxima in hoc efficacia dogmatum fuit, cum ſimul uerbis & rebus actum eſt,ut nullum infidelium repugnantia inueniret diffugium. Nox illa omni luce clarior,ſermones angelici pacem hominibus nunciantes,deſignato loco Bethleem,ad quærendum puerum cohortantur, paſtores illi amplius mente quàm oculis carnalibus illuminati, ad conſpiciendum Emanuel feſtinant, & edocti intus inuiſibili magiſterio ſpiritus ſancti,quem paruulum uident,confitentur immenſum,& piæ ei de-

Gaudia natalis dominici.

uotionis affectum præsentant. Electa adest humilium personarum simplicitas, ut poneretur regula & indissolubilis daretur forma, quod nō nisi pauperibus spiritu, CHRISTI pateret humilitas, nec superbos ad intuitum sui posset admittere ueritas. Veniunt in Bethleem, quē prædixit Gabriel, inuenitur Emanuel, ciuitas parua, domus paupercula, suppellex exigua. Nulla domus ambitio nisi reclinatorium in stabulo, mater in fœno, filius in præsepio, tale elegit fabricator mūdi hospitium, huiusmodi habuit delicias sacræ uirginis puerperium. Pāniculi pro purpura, pro bisso in ornatu regio lacunæ congeruntur, genitrix est obstetrix, & deuotam dilectæ soboli exhibet cliētelam, attrectat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammā, totum negocium plenū gaudio, nullus dolus, nulla naturæ contumelia in puerperio. Pediſſecas substantia familiaris non patitur, mancipiorum obsequia sumptus tenuis & inops mensa excludit. Nullum domus arcta diuersorium occultabat, nec secreti recessus erant illius casulæ, incastraturā tectum, & soli parietes per circuitum uestiebant. Nec locus ibi erat lauacris, quæ solent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ iniuria matrem domini læserat, quoniam sine tormento peperit, quæ in conceptione caruit uoluptate, & tamen cōsuetudinem sequēs, ut legi satisfaceret, quasi cum alijs mulieribus esset ei in hoc opere ratio similis, diebus designatis recubuit, & depositi oneris lassitudinem professa oblatæ quieti paruit, & in diebus separationis non se à thoro Ioseph, qui eam nunc̄ tetigit, sed ab ingressu templi & cæteris quæ lex prohibebat, continuit. Vltro maturus ab arbore baiula fructus elapsus est, nec oportuit uellicari, quod sponte prodibat. Nihil in hac re petijt ultro, nec præcedens delectatio aliquā expetijt pœnarum usuram, spiritu sancto obumbrante, incendium originale extinctum est, ideoc̄ innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat iusticia ut illud uas electionis cōmunibus lassaretur iniurijs, quoniā plurimum à cæteris differens natura cōmunicabat, non culpa. Eratc̄ ei proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat simul mater & uirgo singulis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & uirgini abundantior gloria, quæ carnis & mentis integritate insignis, spirituali & corporali intus & extra CHRISTI præsentia fruebatur. Ornamenta quæ deerant, etiam si adessent, nō haberent oculos inspectores, quia præsentia paruuli sic eorum quæ aderant Ioseph, & si quis forte alius ibi erat, oculos occuparat, sic illumi nauerat animos, sic corda illexerat, ut in hoc summo bono omnium bonorum unita collectio uideretur, nec opus esset euagari & mēdicari per partes quod simul in se uno fidelibus omnipotens infantia præsentabat. Angelica sanè non est credendum ibi mysteria defuisse, nec recesserat à ueneraibli pectore matris spiritus sanctus ad uerbum Gabrielis elapsus. Possidebat domum suam & templum quod sibi cōsecrauerat, adornabat. Seruabat sacra-

Casa dominica.

Alibi incrustaturam.

Laus Mariæ.

Mariæ priuilegium.

rium

rium ſuum & ſanctimoniæ thalamū honorabat, lætificabāt conſolationes huiuſmodi animā benedictā, & tanti habitatoris reuerentia concupiſcentiarum ludibria abigebat, legem mentis lex carnis nō infeſtabat, rebellio nulla quietē ſpiritus affligebat. Paruulus ſugēs ubera pura alimonia utebatur, & fons ſacri pectoris defecatum edulium ori mundiſſimo infundebat. Sed & cor matris quædā dulcedines quæ humanū ſuperāt intellectum imbuebāt, eratq; utrinq; mira iocunditas, quū pia ſanctæ matris & deuota humilitas, & ſancti ſanctorum immenſa benignitas cōfœderatis affectibus mergerentur. Extrinſecus nuda erāt & egena quæ uidebantur, nihil in illa paupertate uidebatur diuinū, nō his quibus reuelatum eſt deſuper, quorum primi fuere ſupra memorati paſtores, quorum innocentia & ſimplicitas electa eſt, ut laus CHRISTI perficeretur, qui piſcatores & paſtores ſequentibus temporibus rōfunderent oratores, & à pauperibus & humilibus prædicatio pauPrædicatio à pauperibus habet initiū.
pertatis habet initium. Execrari ſolent Aegyptij hoc hominū genus, & abominabiles eis ſunt oues & pecora. Sed huiuſmodi officiū ab initio autoritatem obtinuit, & Abel paſtor munera de gregibus ouium obtulit, quæ in eo Paſtores Aegyptijs abominabiles.
quod cœlitus inflāmari uiſa ſunt, quod grata eſſent deo cūctis innotuit. Paſtor Abraham, Iſaac & Iacob uiri deo familiares, paſtores patriarchæ duodecim. Paſtor ipſe Moyſes qui in eremi receſſu, dum ſequitur pecudes, in rubo cōſpicit deum, & poteſtate ſignorū collata populi recipit principatū. Heliſæus de aratro propheta conſtituit. Dauid de poſtfœtātes accipitur, & in regni ſolio collocatur. Agnum quem abominatur Aegyptius ſacrificari ſibi præcipit deus, eiusq; ſanguis Iſraëlitarum poſtibus illitus, exterminatorem angelum repellit & abigit, nec timetur mortis periculū, ubi tantæ reuerentiæ conſpicitur ſignū. Ad umbrā Petri languentes conſurgunt, apoſtolis ſubijciuntur dæmonia, cedit idiotis reproborū eloquentia, prædicante Paulo captiuas cōplicant manus gentes & regna. Pauperes electi, ſuperbi neglecti, nec faſtus, nec altus circa CHRISTI diſcipulatum aliquem obtinent locum, CHRISTVS pauper diſcipulos diuites aſpernatur. Pauper mater, pauper filius, inops hoſpitium his qui in forma huius ſcholæ in eccleſia militāt, præbent efficax documentum. Hunc in cunabulis adorauere paſtores, & paruulum cōfitentes deum ſimpliciter argumentoſi in ſpiritu & ueritate, quē adorauerunt nouerūt. Fuerat quidem miraculū quod apertis cœlis lux fulgoris inſoliti nocte ſup eos fulſerat, quod auditi angeli & cōſpecti, quod ab ipſis fuerant edocti & inſtructi paſtores. Sed licet hæc præceſſiſſent, tamen circa infantiā pueri diuinitatis intimatæ nulla humana ratio præbebat experimētum, nec circa illius præſepij anguſtias, uagiente inter allīgaturas infantulo, aliquod maieſtatis erat indicium, ſed auditui fides obtemperās, nullū apud deum impoſſibile uerbum credidit, & per ſpiritum ſanctum ad ſacramentū hoc intelligendum ſubtiliſſimis eſt intelligentiarum acceſſibus introducta.

Idemq; spiritus qui longe ante prophetas docuerat, etiã nunc humiliũ mentibus se infundens, dilatabat humani intellectus angustias, & aperiebat interiores oculos ut uiderentur inuisibilia, & intelligerentur ea ad quæ humanus non attingit sensus, nec rationis penetrat intellectus. Hinc est q̃d' præ-
Esa. 9. dixerat Esaias: Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis. Hoc potuit uideri, hic nullum fides meritum quærit. Quod autem sequit', uocabitur nomen eius Emanuel, admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, si clausi sint oculi mentis, exterioribus oculis nescio quid mereris. Qui necdum loquit', quomodo consiliarius erit? Paruulus quomodo credetur omnipotens deus? omnino infirmus, in quo uidebit' fortis? nihil omnino possidens ad apicẽ regni & principatus fastigiũ, quibus ascensionibus attinget? Sed si fidei mysterium prosequaris, in his omnibus subtilissimas & purissimas rationes inuenies, & quod omnino necesse fuit immensum fieri paruulum & filiũ dei hominis filium euidenter agnosces. Mirabit' etiã & dilatabitur cor tuum quãdo intelliges profundissimũ sacramentũ in eo quod contemptibilis factus est admirabilis, & qui literas nõ didicit nec legibus instructus est, sufficiens sit diuinarũ humanarumq; rerũ consiliarius, quomodo diuinitas & humanitas in unã personã conuenerunt, & ubi æstimata est infirmitas, fortitudo inuenta est, & corpus humilitatis nostræ diuinæ claritati cõfiguratum, nõ in hoc mundo, sed in cœlesti gloria perpetuum habeat principatum. Ad paruulos uenit CHRISTVS, & cũ paruulis cõuer-
Luc. 4. satur, pauperes instruit, & creat, & facit. Ipse in synagoga Iudæorũ in Esaiæ uolumine cum legisset in sabbato, complicato libro, prophetiam hanc in se completã edocuit, quod à spiritu sancto unctus sit, & ad euãgelizandũ pau-
Matth. 10. peribus pater eũ miserit. Idem in euãgelio gloriatur, & cõfitetur domino cœli & terræ, gratias agẽs quod reuelata sunt diuina mysteria paruulis, à quorũ intellectu sublimitas huius mundi repulsa est, quæ deo subiici nõ potest, dũ secundũ carnem & sanguinẽ inuisibile ipsius suis regulis inuestigat. Hic est primus religionis introitus, sicut in mundũ primus CHRISTI ingressus ut quicunq; pie uult uiuere, humiliter de se sentiat, neq; supra se in mirabili-
Humilitas sanctitatis fundamentũ. bus ambulare præsumat, fundamẽtũ sanctitatis semper fuit humilitas, nec in cœlo stare potuit superba sublimitas. Hanc primã gratiã ingrediens mũdũ noster paruulus attulit, & à cunabulis nos sibi conformes fieri uolens te-
Humanæ naturæ per Christũ perfectio. neri uoluit in uita, quod exhibuit in persona. Quia uero filij dei sumus, humanitatis participatione frater noster fieri uoluit, ut essemus secũ beatitudinis cohæredes, & haberet tota compositio hominis perfectã plenamq; læticiã, cum spiritus diuinã repræsentaret imaginẽ, & caro nostra CHRISTI corporis similitudinẽ: consummatæ societatis beneficiũ obtineremus, cũ nominis CHRISTI & hæreditatis cõsortes, & diuinæ naturæ cõmunicamus p̃ spiritũ, & humanæ p̃ corpus. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eũ, & p̃missio-

num

tum ſuarũ non immemor, ſicut ſe daturũ nobis iurauerat, ſic cõpleuit. Filius datus eſt nobis, qui cũ in forma dei eſſet, ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, nõ eſt cõfuſus ſe ad formã ſerui exinanire, ut qui de fraternitate eius gloriantur & uolunt aſcendere, nõ erubeſcant deſcendere, ſed eidẽ ſcalæ cum Iacob innitãtur, & cantãtes canticum graduũ ab imis ad ſuperiora conſcendant. O domine q̃ admirabile eſt nomen tuũ, uere tu es deus qui facis mirabilia. Nõ modo mundi huius ſaturã admiror, nõ ſtabilitatem terræ, cum eã complectatur uolubile firmamentũ, nõ ſingulos dies, nõ lunæ defectum & incrementũ, nõ ſolem ſemper integrũ & laborem eius perpetuũ, nõ temporum uiciſſitudines in quibus quædã arent, quædã uirent, & quæ mortua modo uidentur, deinceps reuiuiſcunt. Miror deum in utero uirginis, miror omnipotentẽ in cunabulis: miror quomodo uerbo dei caro adhæſerit, quomodo incorporeus deus corporis noſtri tegumentũ induerit. Miror in hac diſpenſatione tãti diſpendia temporis, & tã lentos proceſſus ad obedientiã ſaluatoris. In breui poterat patrari negociũ, & poterat tãtus labor abbreuiari ad ſolũ CHRISTI uerbum, ſicut factus mundus, & diſpoſita cuncta ad eius imperiũ. Sed elementario mũdo dignior eſt rationabilis homo, qđ ex eo quod in eius ſeruitiũ facta ſunt omnia facile creditũ. In cæteris quocunq̃ modo aliquæ ſatiſfaciunt rationes, hic ſolus me complectitur ſtupor. Et cũ Abacuc cano: Cõſyderaui opera tua & expaui. Miror ieiuniũ, miror tentationes, miror omnipotentẽ in ſepulchro iacentẽ, miror occiſũ & reſurgentẽ, hæc ſunt noua mira quæ prædixerat Eſaias: Nouũ faciet dominus ſuper terrã. Mulier circũdabit uirum. Opus ſuũ faciet, & peregrinũ opus eius ab eo IESVS CHRISTVS heri & hodie ante luciferũ genitus, initiũ carnis ſumpſit ex uirgine, & quem cœli cœlorũ nõ capiunt, qui implens omnia cũ ſit in oĩbus, ab his tamẽ nõ capitur nec tenetur. Nouũ eſt & inauditum quod in materni anguſtias uteri, circundedit intra ſe fragilis caro uirtutẽ altiſſimi & ordinem rerũ, curſumq̃ naturæ mutauit ſapientia dei, & ubiq̃ diuinitas dilatata, plenitudinem ſui uaſi infundens exiguo, ſic eſt circundata muliebri utero, ut cũ uniuerſa ambiret, implẽs omnia, excedens cũcta, intra ſe omnia continens, extra uniuerſa complectens. Quem nos paruulũ, propheta nuncupat uirũ, inſinuans ei nunc̃q̃ defuiſſe uirtutem, ſed ſemper uirilis ætatis afuiſſe fortitudinem, quem infantilis infirmitas occultabat. Opus ſuum igitur fecit quod creauerat, ſaluansq̃ quod perierat, ad uitam reuocans quod mortuum erat. Sed peregrinum opus fuit in deo, quod uerbum factum eſt caro, quod factus eſt uiſibilis & comprehẽſibilis, paſſibilis & mortalis, & peregrinum à maieſtate puer ſugens ubera, panniculis inuolutus & ſuſtinens conuicia, filius dei in patibulo conſtitutus. Conſiliarius quoque dictus eſt paruulus iſte, qui & alibi dictus magni conſilij angelus, eo quod ſecreta dei quæ ab hominibus erãt abſcondita, publice reuelauit, & cum nemo noſſet

Hebr. 1.

Scalæ Iacob innitendum.

Omnia hominis gratia facta.

Abac. 1.

Eſa. 28.

Hiere. 31.

Infans Chriſtus uir dicitur.

Eſa. 9.

patrem,niſi filius ipſe arcana dei reſerãs,indaginẽ trinitatis explicuit,loquẽs patri,& à patre reſponſum accipiens,& ſpiritũ ſanctum infundẽs diſcipulis, generationis & proceſſionis intimãs rationes, ſubtiliter aſtruens perſonarũ proprietates, & indiſſolubilis eſſentiæ unitatem. Alia quoq; inferiora, ſed tamen neceſſaria conſilia edocens,ut beneficia collata homo intelligat,ut in eo quod ſtat,gratias agat,& quod poſſibile eſt ex dei gratia cũ ceciderit,re-
2.Cor.8. ſurgat. De uirginibus ait Apoſtolus:Præceptũ domini non habeo,conſiliũ autem do tanq; miſericordiã conſecutus. Vult & laudat ex imperio domini ut quæ nupſerint,ſic permaneãt,quæ uero uirgines ſunt dei cumulatione caſtitatis integritatem exhibeãt CHRISTO: & in hunc modũ quæcunq; auctoritate diuina immobilia cõſtãt ſic maneãt,quæ uero in alterutrum poteſt libertas arbitrij flectere,locum eligãt priorem, quia & ſi bona ſunt, & à deo inſtituta coniugia,melior tamẽ eſt cõtinentia, & uirginitas excellentior,quã nõ cogit neceſſitas aut mãdatum,ſed perfectionis ſuadet cõſilium. Quod ſi diuinis conſilijs obuiauerint tentamẽta,& liberas mentes ad carnales reuocauerint appetitus,adeſt deus fortis,nec ſpem ponat homo in homine, nec in brachio carnis ſuæ confidat,quia qui mundum uicit,uictoriã ſuis promittit militibus,& qui uictores ſunt ſui,cœlo uim inferunt, quoniã ſicut ſcriptũ
Matth.11. eſt:Regnum cœlorũ uim patitur,& uiolenti rapiunt illud. In paruuli huius nomine cũ hoſte antiquo congredimur,& fortis armatus ſuperueniente fortiore de atrio antiquitus poſſeſſo,potenter expellitur,& præſumptæ infeſtationis audaciæ ſilentium imperatur. Defectui carnis noſtræ quæ à primitiuis fecibus originalis mali infecta languerat, ex CHRISTI carne reddit̃ fortitudo & ſacramẽtorum cõmunicatio,per quã illius corporis ſynceritati unimur,nos in tãtum corroborat, ut de mundo & de diabolo, & de nobiſipſis uictoria potiamur,& ſacramentali guſtu uiuificis myſterijs inhærẽtes, una
1.Cor.6. caro,& unus ſpiritus ſimus,dicente Apoſtolo:Qui adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Sic hi ad quos ſermo fit dicũtur dij,& filij excelſi,nominis,& hæreditatis,& æternitatis participes,fortitudine ſocietatis CHRISTI ſubigẽtes tentamina,& cum homines ſint ex indigniori materia in captiuitatem redigunt,& conſpuunt,ligantq; dæmonia. Et quidem in hoc tempore in ſtadio uitæ huius ſe exercet militia Chriſtiana,& præeunte CHRISTI uexillo,quẽ & paruulum uidimus & cognouimus deum,& quos ſpiritus conſilij & fortitudinis munit,nec uinci,nec decipi poſſumus,quos eruditio, diuina ſcientia & poteſtate fecit inſignes. Videtur autem in præſenti diſciplina huiuſcemodi non eſſe gaudij,ſed meroris, eo quod non ſine periculo certamina peraguntur. Bonum uero certamen certantibus pacatiſſimum fructum in futuro exercitatis in iuſticia dabit princeps pacis æternæ,conſignans ſibi in beatitudine quorum communicauit naturæ. Ipſi gloria & imperium amodo & uſq; in ſempiternum. Amen.

Sermo

SERMO DE RATIONE CIRCVNCISIONIS.

NTER omnia testamenti ueteris sacramenta nihil circumcisione solennius antiqua celebrauit religio, nec tantum in Hebræos, sed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio inoleuit. Reliquæ gentes tam mandatum quàm factum irrident, & deo minime asserunt conuenire, ut saluatoris benignitas plagis infantium delectetur, & immeritos in ipso uitæ initio periculo mortis addicta. Hoc de bono domino sentire, qui neminẽ uult perire absurdum, & irrationabile iudicant. Nec tamen eis omnia reliqua sacrificia sunt horrori, sed in multis naturalem legem sequentes expiationum retinent instrumenta, & immolant uictimas, & incendunt adipes, & cum odoramentis & libaminibus fundunt coram deo uota & preces. Legimus Iob dei testimonio approbatum, iugibus sacrificijs occupatum, nec legimus circunciſum. Et poterant esse eo temporum diuersis in locis multi uiri insignes, qui iusticiæ dei subiecti, hoc signo carebant, licet filios Esau & Hismahel putandum sit huius traditionis non fuisse expertes: uerum cum opus istud & antiquitas commendet, & iubentis autoritas, inquirenda est tanti mysterij ratio, quæ Abrahæ specialiter & semini eius tanto pondere mandata est, ut quisquis in illa gente huius signi carere & differentia Ethnicus non Iudæus reputaretur, & à titulo filiorum Israël abraderetur proscriptus. Hoc cum octaua die iussum sit celebrari & nomen circuncisio aptari, intimatum est his qui digni sanctorum consortio censebantur quod eorum nomina scriberentur in cœlis, & æternæ beatitudinis quam post uitæ huius septimanam octaua consequitur, hæredes fierent, & consortes quicunque uitæ innocentia & cœlibatus sanctimonia sese domino consecrassent. Tenera itaque infantia huiusmodi erat imbuenda doctrina, & ante concupiscibiles motus, quos peccatum meruerat, miserabili pœnæ, & ineuitabili uindictæ etiam in paruulis adhibenda erat seueritas, & antequam ebulliret sartago libidinum, prouisum est uentilabrum, quo refrigerari posset, & extingui depopulatricis flammæ uagus ardor, & uniuersa perlustrans incendium. Ideóque dolor uoluptati & sanguini delectationis sanguis tormenti opponebatur, ut in primis elementis discerent paruuli semper propriæ memores sectionis contraria curare contrarijs, & ad cohibendos, refrenandosque turpitudinum appetitus necessarium esse sale corrosorio carnis perfricare pruritus, & semper recrudescentes desiccare putredines. Ad hoc corpus suum mortificabat Apostolus, non tamen circuncidens illud seminarium membrum, sed totum se crucifigens, & omnibus extraordinarijs motibus opponens cauterium, usqueadeo corpus

suum

ſuum redigẽs in ſeruitutem ut diceret: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me CHRISTVS. Cuius facti æmulatores erubeſcimus in pudendis, & detecto ſectoq; confuſionis operculo, quamuis conſcientia teſtis ſemper nobis exponat ſcaturientes intus peccati inſidias, nec internum uitare poſſimus iudicium, uiriliter tamen ſtandũ eſt, & rationis autoritate increpandi ſunt titillatorij ſenſus, & ſummopere uigilandũ eſt, ne ſequatur aſſenſus. Intra nos pudor iſte aboleri omnino non poteſt, quia nec totũ hoc membrũ, ſed anterior eius portio iuſſa eſt circuncidi. Res ſanè maxima eſt, ſi nõ egrediatur foras huius contagio corruptelæ & inſaniens beſtia corrupti anhelitus cathenis ferreis in ultimis animæ receſſibus alligetur, intusq; fractis dentibus ſeipſam concupiſcentia captiua maſticet & corrodat. Manet itaq; erubeſcentia propter ſenſum, ut qui in agone contendit, ſciẽs circunciſionis myſteriũ, ab omnibus ſe abſtineat quæ poſſunt huic flãmæ miniſtrare fomentũ. Nec tamen peremptoria eſt contẽdentibus, ſed probatoria huius ſenſualitatis colluctatio tã ueterna, ſed inſtitutũ eſt certamen inter ſpiritum & carnem, ut uictor homo peccati & pœnæ, poſt triumphos ſolennes coronet in gloria ſine infeſtationibus deinceps liber à peccato & pœna. Hanc uerecundiã poſt præuaricationẽ uanitati ſubiecta, nõ uolens anima pertulit, & uim ſubſtinet inquietudine perurgẽte, & inuoluntarijs motibus fatigata infelicitatis ſuæ deplorat miſeriã liberari de corpore mortis huius deſyderãs, & pacifici tranquilliq; ſtatus à deo poſtulat libertatẽ. Quotidiano ſanè conflictu ſpiritus & caro luctantur, & cauſat' ratio aduerſus domeſticũ malum quod ita intra ſe exerceat regnum quaſi natura ſit uitiũ, & ſecũ traxerit creatio prima peccatũ. Hoc utiq; prima nõ ſentit conditio, ſed ſecutum eſt traſgreſſorẽ ſupplicium, & adhæſit indiuidua pœna peccato, de quo erubeſcent quicũq; mundo corde regẽ in decore ſuo uidere deſyderant. Quis in tã aſſiduis illuſionibus nõ cõfundatur? quis nõ in tãtis cõtumelijs erubeſcat? Fomes quippe huius mali intus in tenebroſis receſſibus latitans, ut uiderit animã aliàs occupatã, & in imis ad ſui circunſpectionem ſolicitã irruptionibus uehemẽtibus erumpit, & blandicijs uenena ſupponens pudicitiæ puritatẽ inopinatis inuadit aſſultibus. Ideoq; pudibũdus homo nuditatem ſuã operit, & fœditatẽ confuſus occultat. His rediuiuis uulneribus ſemper hac ſanie illitis neceſſaria eſt per omnẽ huius uitæ ſeptimanã iugis reſecatio petredinũ, & continua circunciſio cicatricũ, & in cæteris quidẽ mẽbra omnia imperio rationis obediunt, & arbitrij retinẽt libertatẽ. Hic uero ubi Babiloniæ fornax exarſerit, & quaſi pice & napta cõſperſi libidinũ ebullierint appetitus, inflãmata caro libertatis priuat' honore, intãtũ ut rebellia mẽbra uelit nolit in motus nefarios audacter exurgãt. Præcedebãt olim integumẽta rerũ ſignificãtia abolitionẽ peccati, & ad perfectionem inchoata tendebãt. Nec hoc ſacramentũ cõſuetudini antiquæ ſubtrahere uoluit CHRISTVS, & licet nõ eſſet in hoc

tempore

tempore neceſſariũ,tamen ne antiqua religio prorſus reproba uideretur,in ſe uoluit circũciſionis aptari ſignaculum.Sanè originale peccatũ quod à primis patribus in totam generis huius ſucceſſionẽ defluxit,omni tempore aliquibus remediis oportuit expiari, licet uim plenam ſignificãtia non habuerint, donec ad rem ipſam uentum eſt, quæ figurarũ operiebãtur uelamine. Et licet ſacramentorũ arcana omnibus nõ paterent,uirtus tamen & effectus eorũ ignorari non poterat,quia ab Adam uſq; ad Noë ſacrificia deo cõſtat fuiſſe accepta,quæ uſq; ad illud tempus ſine legis diſtinctione diuinitus inſpirata inſtitutione primi hominis celebrarent.Illa uero ſacrificia aut in animaliũ ſanguine,aut aliarum oblationũ incenſionibus agebantur, nõ quod fumo aut mortibus pecudum delectaretur deus,ſed ut intelligeretur immutabile iudiciũ,& prolata ab initio ſententia in peccatum. Immutabile decretum ab æterna lege exierat concupiſcentia affligi,& morte peccatorẽ puniri, nec poterat plagis exterioribus remedium aliquod ſubuenire,quin ſtimulus carnis ſine ulla exceptione colaphizaret infirmũ, & uſq; ad diſſolutionẽ mors importuna perſequeretur captiuũ.Et mors quidem carnis cõcupiſcentiarũ interſecabat ludibria,nec poterat ultra peccare illud quod erat putredini ac diſſolutioni prædeſtinatũ & datũ,ſed ſupererat poſt mortẽ carnis animæ labor,& afflictio ſpiritus, nec poterat ulla ratiõe illa abſolui damnatio, niſi morti omniũ uita omniũ ſubueniret, & pro generali morbo gratia dei ſingulare propinaret antidotũ.Hoc antiquũ redemptionis noſtræ conſiliũ ſanctis patribus reuelauit deus, uoluitq; ut paulatim aſſueſcerent homines paſſioni, & morti neceſſariæ uoluntariæ mortis opponerent libamẽtum & pœnã in medelã,& ſupplicium in remediũ cõmutarẽt.Huius oblationis doctrinam ſacrificia continebãt antiqua & incenſiones,& mortes huius cõſummationis gratiã præſignabant. Propter hoc cũ iã fidei tempora propinquarent,imperata eſt circunciſio,& pars illa corporis in qua eſt uoluptatum ſeminarium & libidinis officina iuſſa etiã in paruulis amputari,ut proprij primitias ſanguinis ei qui totum ſanguinem ſuũ oblaturus erat,offerrẽt,& cõmunia ſingulorũ ſacrificia ſingulare præcederẽt holocaſtũ. Vbi uero CHRISTVS dominus uenit,de quo in capite libri ſcriptũ erat,ut in morte ſua patris uoluntatem impleret,ceſſarũt ſacrificia, nec iam truncationem præputij euãgelium imperauit,ſed circũciſionem cordis, & omnem tã membrorũ cq; affectionum petulantiã gladio ſpiritus reſecari,immutabili decreto mandauit.Et tãtæ dignitatis illa una redemptoris noſtri fuit oblatio, ut una ad tollenda mundi peccata ſufficeret, qui tãta autoritate in ſancta introiuit in ſanguine proprio,ut deinceps nulla ſupplicantium poſtulatio ſanguine indigeret alieno. A diebus igitur uiſitionis noſtræ regnum cœlorum uim patitur, nec iam in expoliatione carnis circunciſio agitur, ſed ſpiritus ſancti uirtute uetuſtatis antiquæ ſanies expurgatur. Ioan. 5.

De

DE STELLA ET MAGIS ET INNO-CENTIVM NECE.

NAto in Bethleem ſaluatore, audita eſt in Effrata eius in terris præſentia, & uſq; ad ſiluas, camposq; gẽtium nouæ huius natiuitatis eſt fama porrecta, in Iudæa à paſtoribus & angelis primo ſunt hæc gaudia celebrata, nec multo poſt Arabũ fines huius rei noticia penetrauit, & incolis Sabba præclari ſtella luminis cœleſtis numinis nouis ſplẽdoribus indicauit. Erant in illis regionibus uiri ſiderũ inſpectionibus aſſueti, qui arte mathematica uim diſcurſumq; nouerant planetarum, qui ex elementorũ natura rationem temporum metientes aſtrorum miniſteria certis experimentis proprijs didicerant effectibus aſſignata. Hi ex uaticinijs Balaam olim audierant ſtellam oriri in Iacob, & hominem in Iſraël cuius fortitudo quaſi rhinocerontis, ad quem in trieribus de Italia uenirẽt qui ſuperarẽt Aſſyrios, & uaſtarẽt Hebræos, quo temporum nec in Iacob idolum, nec in Iſraël ſimulachrum eſſet. Diu homines illi huius prophetiæ prouentũ expectauerant, & ubi uenit plenitudo temporis, orto repente nouo ſidere, ad antiqua recurrentes uolumina tam teſtimonio muniti, quàm ſigno dromedis inuecti, in Iudæã ſtella duce, peruenirũt. Hæc potuere Palæſtinæ incolas latere tãti nominis perſonæ, ſed ubi auditũ eſt quod ſtellam indicem nati in Bethleem paruuli ſequerẽtur, Herodi noui regis inquiſitio nunciatur. Euocatis itaq; Magis rei huius ordinẽ cum omni diligẽtia ſciſcitatur. Audit natum in Bethleem eſſe paruulum, quem profitentes regem & deum qui de Sabba uenerãt adorare & uenerati feſtinant, intimatum eſt ei quod ab antiquis temporibus Moabites propheta, licet gentilis, prædixerat, & contulit cum literis gentium ſanctorum uaticinia prophetarum, quorum ſcripta per omne ſabbatum legebantur, de quibus nulla in populo Iudæorum ambiguitas erat quin rata eſſent, quæ illi uel aſſeruiſſent præterita, uel prædixiſſent futura: à fortitudine eius qui quaſi unicornis obuios penetraret, in cuius obſequium ultrices de Italia trieres in Iudææ terminos aduentarent, & uſq; ad finem mundi dilatarent imperium, anxius expauit & timuit. Cõturbabat quoq; aliud quod in Michæa ſcriptum eſt teſtimonium: Quoniam de Bethleem quæ eſt Effrata, egrederetur paruulus, qui dominator eſſet in Iſraël, cuius egreſſus eſſet ab initio à diebus æternitatis. Cumq; ea quæ domeſtici codices continebant, cum his quĩ ab alienigenis dicebantur, intelligeret conuenire, diuinis tentãs reluctari conſilijs ſimulat perfidus religionis aſſenſum, promittens Magis ſeſe ad adorandum paruulum cum omni deuotione illico affuturum, cum per reuertẽtes certitudinem de puero accepiſſet. Turbatur cum rege maligno Hieroſolyma, non lætatur, expaueſcit & tabeſcit, & negare erubeſcit quod ſcriptura teſtatur. Nec minus horrendum ſcribarum

barum ſacrilegium quàm Herodis impietas, quia proprio Iudæi abutentes priuilegio cum uiſitationi diuinæ inuenirentur ingrati, cauſam ſibi cum Herode fecere communem, cum hinc & inde impietas & infidelitas aduerſus dominum & CHRISTVM eius fremerent, & pariter in eius odio conſentirent. Ecce alienigenæ à fluminibus Aethiopiæ ad paruulum CHRISTVM ſupplices ueniunt, & filij diſperſorum deferunt munera, accedunt qui longe erant, & qui prope recedunt, in loco humili & ſupellectile uili rex regum & dominus dominantium inuenitur, cognoſcitur, & ab alijs adoratur. Quia uero neminem in conſpectu dei apparere uacuum antiqua lex edocet, præuaricatoribus legis abeuntibus uacuis, primitiæ gentium ſacramẽtalia munera proferunt de theſauris, & domino aurum & odoramenta præſentant, profitentes ex ratione munerũ de eo quem adorabant quid crederent, quid ſentirent. In auro regem, in thure ſacerdotem, in myrrha incorruptibilem ꝙ uis paſſibilem profitẽtur. Oblatio iſta incarnati uerbi & exponit myſteria, & breui ſubtiliꝙ indicio utriuſꝙ naturæ humanæ diuinæꝙ exprimit unitatem, quid & proprium eſt unicuiꝙ ſingulatim diſtinguens. Nam deo patri cuius regnum & imperium ſuis mundum replet ſplendoribus, in odorem ſuauitatis ſummus ſacerdos & pontifex CHRISTVS ſe obtulit, cuius caro paſſionis cremata carbonibus, incenſionis ſuæ flagrantiam trãſmiſit ad cœlos, & uſꝙ hodie odor ille ſuauiſſimus in terreſtri cœleſtiꝙ eccleſia indeficiens perſeuerat. Quod autem paſſibilitas quam obediens deo uoluntarie ſuſcepit incorruptiõe firmata ſit uirtus myrrhæ obuians corruptelæ ſuo probat effectu, & uiſibilium ratione munerũ immortalitatis ſolidæ cõſtat euidens argumentum. Adorato domino magi hilares alio tramite in ſuam patriam reuertuntur, quia neceſſe eſt ut qui credunt ad iuſtitiam, ore etiam cõfeſſi ſunt ad ſalutem: deinde uias eligant arctiores & ſe diſtrictioribus mandatis obligent, quoniam per uias latas deſcenſuſꝙ præcipites itur ad inferos, per arctas uero & difficiles reditur ad ſuperos. Propter uerba labiorum dei religioſus quiſꝙ uias duras ingreditur, & iugulator uoluptatum ſtantem ex diuerſo hoſtem ſecurus aggreditur. Arcta uia eſt caſtitas, trames ſtrictus humilitas: ieiunio affligi, & carnem in ſeruitutem redigere. Scopuloſæ ſunt ſemitæ, ſed ad patriam ſuperiorem non niſi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Non eſt tutus ad Herodem egreſſus, nec expedit cũ his qui oderunt deum fœdera iungere: nec de religione cũ malignãtibus inire conſilia, quorũ familiaritas infãtiã CHRISTI ſtudioſe perſequitur, & antеꝙ formetur CHRISTVS in nobis in ipſo piæ cõuerſationis initio ut extinguatur ſpiritus & ſuffocetur uita iuſtitiæ penitus elaborat. Deluſum ſe Herodes conqueritur cum magos aliàs comperit diuertiſſe, quia moleſtiſſimum eſt principi tenebrarum cum excogitatis laqueis tentatos quoſlibet nouerit euaſiſſe, & acriori inflammatus rabie, in neces innocentium debac-

Exod. 23.

Via ad cœlũ difficilis.

Herodes deluſus cõqueritur.

Herodis truculentia.

chatur. Sic sanctorum persecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris uitæ statum eis procurat, & quod ille in perditionē molitur, hi utūtur pro beneficio, quibus lucra uitæ perpetuæ per hæc momentanea damna celeri compendio acquiruntur. Ecce paruuli isti, quos hostis naturæ pietatis inimicus, bestialis sæuitiæ inauditæ, crudelitatis monstrum Herodes occidit, subito fiunt martyres, & dū uice CHRISTI & pro CHRISTO auulsi à matrum uberibus detruncātur, testimoniū quod nondum poterant sermone, perhibent passione, & sufficit causa testimonio, licet nondum eloquio distinguatur. Illico spiritus infantilis uasculi receptaculum deserens, iam non tenelli corporis ætatisq; nouitiæ tempore tenetur, sed ab illis infantilibus coagulis anima expedita adepta rationis & intellectus plenitudinem in occursum CHRISTI festinat à quo militiæ suæ quærens stipendiū, ad lucis & pacis æternæ præmittitur gaudia, & Epiphaniæ solennia in cœlestibus celebrat, nec in stellæ alicuius lumine sed in ipsa claritate diuinæ præsentiæ gloriatur. Acta est natiuitatis solennitas sum iubilantibus angelis, deorsum ex ore infantium & lactentium laus est perfecta, resonantibus usq; ad cœlos uictoriæ tubis, & uersus est paruulorū uagitus in gaudium, & luctus in iubilum, sequente non stellam sed agnum exercitu innocentium, & baiulante glorioſissimi triumphi solēne uexillum. Nec potuit mundus inficere nuper agonem ingressum infantilem exercitū, & pedes qui nondum lutum calcauerant, urgens citatusq; transitus non est passus ullis sordibus inquinari, sed in ipso uitæ initio tota illa innocua phalanx sine ullo integritatis detrimento ad solidioris uitæ translata est gloriā. Et quæ expectari poterat annorum elapsu rationis discretio repente nullis iam ætate illa temporibus subiecta omnis consummationis reperit finem, & casuum accidentium mutabilitates euasit. Euigilauerunt sensus quos sopor infantiæ opprimebat, dispolisq; palpebris intuiti lucem in momento assecuti sunt, quæ pacificis & mundo corde debetur, beatitudinem, & ascendentes per omnium uirtutum gradus sine doctrinæ humanæ exercitio cumulatam inuenere mensuram, ita ut in ordine sanctorum protomartyres primum habeant locum, & secretorum conscij diuinorum propinquitate familiarissima clementiā dei pro nostris exorent laboribus, quos usq; hodie funestus Herodes persequitur, quorū sanguine & morte diabolus delectatur. Hi itaq; à cunabulis in cœlū translati, facti sunt superni Capitolij senatores & iudices, nonnullis ueniam obtinentes immeritis: assistuntq; miserationibus & ultionibus diuinis, sed sæpius agni, quem quocunq; ierit prosequuntur, mansuetudine, quàm ira uel furore utūtur. Hi nuper cruore lacteo loti primitias baptismi martyrio consecrarunt, tradentes posteris formam ubi necessitatis articulis excluserit moram, non minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem q; sanctificatas uerbis solennibus aquas, maxime cū

Ex ore infantiū perfeciſti laudem.

nec

nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarum motu per totum corporis al ueum fluat. Spiritus uero sanctus & aquis & sanguini superfertur, qui sub/ iectos sibi fouet & abluit, quo baptizante idem occisio quod mersio opera/ tur, qua extinctam peccati uitam uirtutemq; emortuam utriusq; rei conti/ net sacramentum. Ipse enim est qui uel hoc uel alio modo quicunq; est ille modus, baptizat, & ad idē referē quod pura fide agitur per CHRISTVM dominum nostrum.

DE BAPTISMO CHRISTI ET MANIFE STATIONE TRINITATIS SERMO.

NOn satis est quod angeli locuti sunt pastoribus, quod ap/ paruit stella regibus, quod natiuitati & personæ & loco cō sona prophetarum oracula, perfidæ gentis indicio CHRI STO perhibentia testimonium, in unam conuenere sentē tiam, sublimius & perfectius testimonium profertur diui/ nitus, & ipse pater inuisibilis auditur, & aures humanas omnipotētis dei præclara uox penetrat, & inaudita à seculo fidei species de/ claratur. Veniebat CHRISTVS ad baptismum, non egens lauacro, in quo peccatum non erat, sed ut sacramento perennis daretur autoritas, & tāti uir tutem operis nulla personarum acceptio commendaret, quoniam remissio peccatorum siue p baptismū, siue per alia sacramenta donetur proprie spiri tus sancti est, & ipsi soli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum so lennitas & sacri inuocatio nominis & signa institutionibus apostolicis sa/ cerdotum ministerijs attributa, uisibile celebrant sacramentum, rem uero ipsam spiritus sanctus format & efficit, & consecrationibus uisibilibus inui sibiliter manum totius bonitatis autor apponit, & plenitudinem gratiæ un ctionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sa cramenti consummat & perficit. Si in Petri uel Pauli nomine baptismi gra tia donaretur, posset alius alio uideri sublimior: & secundum ministrorum merita hæc singularis gratia æstimari, ut melior esset baptismus eius q san/ ctior uideretur, & indignior esset qui ab eo acciperetur, quem non amplior æstimatio cōmendaret. Hæc & in alia sacramēta trunsferretur iniuria ut nō in eis unitas, sed diuersitas haberē si cēserētur à melioribus fieri meliora, & minus haberēt utilitatis & ponderis quæ fierēt ab indignis. Sic eucharistia una alia melior, & baptismus p ministerio uel melior, uel deterior crederē. Absit hoc à fide catholica, absit à religione Christiana tātæ corruptionis fer mentum. Vna nobis fides, unus dominus, unum baptisma, quod si ab indi gno forte fuerit consecratum, non audet iustus iterare uel corrigere quod se mel est factum, quia per quemcunq; fiat idem est, nec hoc priuilegium me/ ritis est datum sed gratiæ, & proprie sibi omnipotentia dei retinet hunc ef/ fectum. Neq; enim Paulus pro nobis crucifixus est, aut nos gloriamur in

Christus baptismo datur? autoritatē baptisatur.

Remittere est spūs sancti.

Fides omnibus una.

Paulo,ſed in cruce domini gloriamur,cuius uirtus omnia peragit ſacramẽ-
ta,ſine quo ſigno nihil eſt ſanctum, neq; aliqua conſecratio meretur effe-
ctum.Hinc omnium ſanctificationum exurgit ſublimitas & profundum,&
Baptiſmus ſe late extendit. longe lateq; plenitudo diffunditur gratiarum.Quod ne ulla præſumptio
ſibi doni huius in poſterum gloriam uẽdicaret, in hoc ſicut & in alijs,domi-
ni noſtri eccleſiæ ſuæ prouidit benignitas,ut ipſe baptizaretur à ſeruo, nec
conſerui conſeruorum miniſterium detractarent,uel aliquis cuiquã in hoc
opere præferretur,quoniam ſiue Iudas ſiue Paulus baptizet, CHRISTVS
peccatum lauat,abſoluit,& delet.Sic Rachel & Lia,Balam & Zelphã mari
tis accommodant & liberos accipiunt ex uteris ancillarum.Scribæ & Phari-
ſæi in cathedra Moyſi ſedentes,dum agunt quæ ad cathedram pertinent,p
omnia plenitudine poteſtatis utuntur,& officium non uita tantis effecti-
bus honoratur.Obediunt dæmones exorciſtis,CHRISTVM inquiunt,ſci-
mus,& Paulum nouimus,& in nomine CHRISTI quem Paulus prædicat
Similitudo. adiurati egredimur,uos autem penitus ignoramus.Ecce in nomine ſuo ni-
hil quæſtuarij peragunt exorciſtæ,nec ſe eis deferre ipſi dæmones profiten
tur,ſed nomen CHRISTI etiam per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinet
poteſtatem,& fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenarij ſicut naues onera-
riæ quæ per pelagus euehunt inſtitores,quarum rectores potius eorũ quos
ducunt,pecunijs inhiant quàm ſaluti.Et tamen mare ſeculi huius neceſſa-
rios habet huiuſmodi tranſuectores: alioquin ceſſabunt commercia,nec ex
tranſmarinorum copia aliorum inopia habebit ſubſidium,nec occurrent ſi-
bi ſolatia regionum ſi uehicula tollantur de inuio,& pelagus immeabile re-
linquatur.Bonis quippe ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur.Supponit
itaq; ceruicem ſanctam manibus hominis humilitas redẽptoris,& licet ple
nam non habeat uirtutem,ſuſcipit tamen CHRISTVS baptiſma Ioannis.
Præparabat uiam domino Ioannes lauando exterius corpora,ut præcede-
ret exterius lauacrum ſecuturum baptiſma, in quo conferretur animarum
ablutio,& peccatorum remiſſio.Præceſſit quod erat ex parte ut conſumma
tio ſequeretur.Horret tamen Ioannes, & accliue ſibi eſſe ſacrum CHRI-
STI caput non patitur,quia maiorem à minore benedici antiquis regulis re
fragat̃,& criminalis ei uiſa eſt uſurpatio poteſtatis.De plenitudine CHRI-
STI omnes accepiſſe & ſeipſum,cũ cæteris prædicarat baptiſta, ideoq; deo
& hominem manus imponere iudicabat temerariũ,lauare eum in quo nõ
erat peccatum æſtimabat ſuperfluum.Sed ad ſoluendam calciamẽti huius
corrigiam, cõfeſſus indignum formidabat exhibere prælatum ,ſi ipſe in ma
giſtro ſine cauſa tentaret hoc agere quod ab ipſo ſuſcipere neceſſarium di-
noſcebat.Ideoq; tremebundus humili ſatiſfactione poſtulanti miniſteriũ,
negat aſſenſum,non quod obedientiam detrahat imperanti,ſed quod iudi
Matth. 3. cio ſuo ſeruo ſubdi,non competat maieſtati: Tu,inquit,uenis ad me, & à te

debeo

debeo baptizari. Cui dominus: sine modo. Sic enim decet nos omnem complere iustitiam. Ioannis humilitas non arguitur, nec uituperabile uisum est CHRISTO simplicitatis diffugium quod reuerentia non importunitas suggerebat. In hoc igitur omnem impleri iustitiam asseuerat, si doctrinam præcedat exemplum, & honore se inuicem præueniãt, qui maiorem & qui minorem obtinent locum, & qui maior est fiat minor, & præcessor sicut minister: si in unitate sacramentorum omnes simul conueniant, si pacis ecclesiasticæ fœdera non disrumpant. Baptizatur CHRISTVS, nec ultra Iordanis retrorsum conuertitur, aruerunt unctiones Iudaicæ, ceremoniæ putruerunt, perpetuo lapsu baptismi gratia emanat ad posteros, nec ulla uetustate siccatur. Adesse se tantis mysteriis & præsentiam suã dinosci dignata est sempiterna diuinitas, cœlisq; apertis in specie columbæ spiritus sanctus ibi seipsum ostendens, & intelligi uoluit & uideri, & quietissimo elapsu adueniens super CHRISTVM quieuit & mansit. Acceperat quippe familiare super hoc ab eodem spiritu Ioannes responsum, quia super quem spiritum sanctũ sub hac specie uideret, ipse esset apud quem baptismi maneret autoritas, qui mũdi peccata tolleret, qui solus à nullo sanctificatus, & cũcta sanctificans non tam interesset sanctificationibus & sacramentis omnibus q; patraret. Sed & uox patris audita est cœlitus. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite: Hucusq; dñe sancte pater nõ audiuimus te loquentem, qui multifarie olim patribus locutus es in prophetis, & per angelos sanctos quibus ad diuersa sæpe mysteria à te legatio est iuncta. Teipsum non ita ante hoc tempus locutum audiuimus, ut personaliter tibi assignetur locutio quã proferres. Hanc uocem à paternitate tua delatam, nemo est qui ambigat, non est qui sibi hoc uerbum audeat arrogare, nõ est in cœlestibus agminibus qui dominum IESVM, suũ audeat filium nominare. Certe sibi soli nota est trinitas, & solus pater scit filium, patrem q; nouit filius, nec à quoq; nisi eo reuelante est cognitus. In hac diuini magisterij schola pater est qui docet & instruit, filius qui arcana dei nobis reuelat & aperit, spiritus sanctus qui nos replet & imbuit. A patre potentiã, à filio sapientiam, à spiritu sancto accipimus innocentiam. Pater eligit, filius diligit, spiritus sanctus coniungit & unit. A patre nobis datur æternitas, à filio imaginis eius conformitas, à spiritu sancto integritas & libertas. In patre sumus, in filio uiuimus, in spiritu sancto mouemur & proficimus. Conuenerunt simul sempiterna diuinitas & temporalis humanitas, & eo tenore utriusq; naturæ facta est unitas, ut impossibile sit quod iũctum est ab inuicem separari, sed uerbũ & caro sic sunt una essentia, ut perfectam & integrã syncera cõiunctio faciat unitatẽ. Nec iniuria est sed gratia dei si quod minus uidetur digniori iungatur, cũ inferior natura contumeliã probrũ q; peccati non contrahat, nec est minoratio maiestatis prouectio paupertatis,

Matth. 17. Mar. 9.

Trinitatis unio.

nec altitudinem dei in aliquo humilitas dispensatoria dehonestat,hoc testi monium auditum est,quia filius dei est, quem Ioannes tenet in manibus uerus homo,uerus deus,unicus patris,in sua natura inuisibilis,in nostra uisibilis,ut fide & experimento fulciatur doctrina dum & uisu & intellectu incarnati uerbi notitiam assequatur. Dilectus à patre immerito nos dilexit, ultro uisitationis suæ nobis beneficium largitus est,ultro sanauit,ultro curauit,ultro libertate donauit. Etiam ingratos prosequitur hic amor & reuocat,neq; tunc odit cum corripit & flagellat, usq; ad mortem CHRISTVM duxit dilectio,& resurgens à mortuis charos habet,quibus tantæ charitatis affectum ostendit. Duo grata uocabula filius & dilectus ipso deo dictante nostris sensibus imprimuntur,ut cõmunio nominum nos associet collegio munerum,& tantæ dulcedinis nomina nostrum emolliant animum accendantq; deuotionis affectum,per omnia sibi pater in filio complacuit,nec ulla in eo serpentis sunt reperta uestigia,nec sacerdotij eius pœnituit deũ,quoniam sacrificium quod in cruce obtulit sic in beneplacito dei cõstat acceptabile & perpetua uirtute cõsistit,ut non minus hodie in cõspectu patris oblatio illa sit efficax,quàm ea die qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit,& semper reseruatæ in corpore plagæ salutis humanæ exigãt precium & obedientiæ donatiuum requirant.

Dilectio dei in mortales.

SERMO DE BAPTISMO CHRISTI.

AVdiui dilecto filio tuo tu domine nos præcipis obedire. Loquere igitur domine,quia audit seruus tuus. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam,doctrinã tuam amplector,suaue est mihi eloquium tuum,uiuus & efficax sermo tuus ancipiti gladio penetrabilior usq; ad diuisionẽ spiritus & animæ meæ attingens,carnales & spirituales intra me separat & sequæstrat affectus,& à uilibus preciosa distinguens quasi flagello de funiculis cõtexto de meo interiori templo, quod tu inhabitas, omnem nundinationem expellit,nec patitur in atrijs tuis mercimonia columbarum, sed à sanctuario gratiæ tuæ omnem uenalitatem excludit. Audio te cum irascaris,audio cũ misereris,siue parcis, siue flagellas iustũ & bonũ te prædico,in ira supplico,in clementia gratias ago, nec sanctis sermonibus cõtradico. Loquere magister bone,libenter te audio,& cum aduersarijs mihi etiam in plagis & doloribus intelligo disciplinam,nec latet me te docente, ad siccandas corruptionum mearum putredines prodesse cauterium,& mundare cicatrices ueteres sal disciplinæ tuæ,euangelio tuo medẽte infusum. Præcipis ut infundã corrupto pulmoni hysopũ,& spiritus tui suauitate epota,totius malignitatis inflatio detumescat. A te deus bone humilitatem discentes quasi mansueta animalia quieto gressu te baiulamus sessorem, nequaq; sub hoc onere

onere laſſitudinem ſed quietem inuenturi,quia iugum tuum non eſt graue ſed leue,& lex tua & teſtimonia iuſtitiæ & præcepta, timor & iudicia delectabilium in ſe rerum continent ſacramenta. Lex tua docet uitare peccatū & corripit tranſgreſſores,& ut lotis mūdiſcꝫ pedibus in uia immaculata incedant,omnia præmonſtrat offendicula,& inſinuat diuerticula quibus periculoſi tranſitus euitentur,nihil impoſſibile,nihil iubet auſterū. In quibuſdam per legem tuã promiſſa præmia nos inuitãt,in multis pœnæ propoſitæ & ſupplicia uel damna territos animos à ſcelerū retrahūt appetitu.neqꝫ lex tua ſcripta à lege naturali in aliquo diſſonat,ſed reprobatio mali & electio boni ſic animæ ratiõali infixa ſunt diuinitus,ut de hoc nemo recte cauſetur,quia nulli ad harum rerum proſecutionem deeſt ſcientia ſiue potentia,quia & quod agendū eſt ſcimus,& quod ſcimus facere poſſum⁹. Quod ſi impoſſibilia eſſent præcepta tua,uel tantis difficultatibus onerata, uel uoluntas tua ſic abdita,ut non poſſet intelligi quid à nobis tua expeteret altitudo,licet inuitus nemo peccet,poſſet tamen ex multis excuſare delictū,niſi nobis & moderatio mandati & ueritatis cognitio,& agẽdorum diſtinctio autoritate cognoſcibili prouidiſſent,& ſimul ſe complecterẽtur poſſibilitas & facilitas,& ſcientia & poteſtas. Præcipis mihi domine deus ut diligam te hic & poſſum & debeo,& totum me & interius & exterius tibi eſſe iubes obnoxium,& de proximo iubes ut ad meam eum menſurã complectar. Gratias ago tibi demẽtiſſime deus, quia quod quæris à me,prius ipſe donaſti, & quomodo tu me dilexeris,ſi linguis hominum & angelorum loquar, nec digne poſſum eloqui,nec uniuerſa complecti quæ mihi gratiæ tuæ contulit amplitudo. Iuſtum eſt domine ut diligamus te, quia & ipſe nos diligis, & iniquum omnino eſt,ut te in aliquo dilecti tui offendant. Vere hoc mandatum legem complectitur & prophetas,& in hoc uerbo omnium ſcriptu/rarum uolumina coartãtur. Hoc natura,hoc ratio,hoc domine uerbi tui clamat autoritas,hoc ex ore tuo audiuimus,hic inuenit conſummationẽ omis religio,primum eſt hoc mãdatum & ultimum,hoc in libro uitæ conſcriptū indeficientem & hominibus & angelis exhibet lectionem. Legat hic unum uerbum & in hoc mandato meditetur Chriſtiana religio,& inueniet ex hac ſcriptura omnium doctrinarum regulas emanaſſe,& hinc naſci & huc reuerti quicquid eccleſiaſtica continet diſciplina,& in omnibus irritum eſſe & friuolum quicquid dilectio non cõfirmat. Nõ pertinet dñe ad te,nec de tuis eſt qui te nõ diligit,nec diligit te qui ſcienter offendit. Dilectioni tuæ detrahit qui terminos à te poſitos tranſit,& euãgelij tui decreta tranſgreditur & cõtemnit. Nõ amat te qui pecuniã diligit,tibi & mãmonæ nemo ſimul deſeruit. Nõ pertinẽt ad te ſpeciẽ pietatis habẽtes & negãtes uirtutẽ,nec militãt tibi negociorū huius ſeculi traiectores,nõ audiũt te,ſed ſicut aſpis, aures ſuas obturant,ne eorum corda uerbū tuū penetret ꝙtquot peccato ſeruiunt

Diligere deſi primum & ultimum præceptum.

uoluptati carnaliũ amatores. Lex tua deus apoſtolorũ & martyrũ teſtimonio cõfirmata, paruulis tuis pauperibus ſpiritu quibus tibi regnũ tuũ dare cõplacuit, ſapientiã præſtitit, & lætificauerũt animas eorũ iuſtitiæ tuæ in quibus per eandem legem edocti uixerunt, & hoc dilectionis præceptum ita fidelium mentes illuminauit, ut in pace & ſanctimonia uiuentes pacificis & mũdis cordibus te uiderent, & ſimul amor ſanctus & timor caſtus perſeuerantibus tibi ſtudijs obedirent, uſq; adeo tibi aſcenſionibus huiuſmodi propinquantes ut fierent iudiciorum tuorum conſcij, & per ipſos tua & nunc & poſtmodum iudicia exerceres. Præcepiſti domine ut audiamus dilectum filium tuum, gratias tibi agimus, quia nos eius magiſterio commẽdaſti. Nos uero ex præcepto tuo eius doctrinæ nos tradimus informandos, & inhærẽtes ei libenter, eum duce ſpiritu ſancto omni tempore audiemus.

DE IEIVNIO ET TENTATIONIBVS CHRISTI.

ANNO triceſimo carnis aſſumptæ baptizato domino in Iordane, poſtq; reuelante patre, quod filius dei eſſet innotuit, non iam conueniebat eum putari filium Ioſeph, uel eſſe ſubditum illi. Nec tamen repente ad ſigna & miracula & doctrinam uſus eſt poteſtate, ſed interim autoritatẽ continuit, & anteq; notum ſe faceret mundo expoſuit ſe tentandum diabolo, non ut diuinitatis integritas probaretur, ſed ut tentatoris confunderetur præſumptio, dum fame & laſſitudine poſt ieiunium ueritas humanitatis pateret, quæ diuinitati aſſociata omnino peccati ſenſu & conſenſu careret. Hac ætate tempus doctrinæ inſinuatum eſt rationabile, nec ante has metas perperam inuadi magiſterium data eſt forma, quia nõ competit annis impubibus ſedere in cathedra, & in primogenitis boum lege aratio eſt interdicta. Iam uero cum ætatis & temporis ratio conueniret, & ad obediendum uerbo CHRISTI mandatum cælitus aduenijſſet, uoluit tamen ſapientia dei primo erudiendos informare exemplo, & contra tentamenta proponere documenta ut audiret & uideret & ſentiret humana rationabilitas quàm inſuperabilis ſit uictrixq; peccati, ſi libertas arbitrij libero moderamine dirigatur. Igitur deſertum CHRISTVS ingreditur, ibi ſuo, id eſt ſpiritu ſancto duce & comite conuerſatur. Locus ſecretus eligitur, quia ſolius dei iudicio ieiunia ſunt agenda, & ſingulariter inſpectorẽ adiutoremq; deum uolunt hæc habere certamina, neq; in agonibus aliquibus periculoſius militatur. Nulli religionis exercitio fraudulentius inanis gloria adulatur nulli uirtuti fauor ita blanditur. Ieiuniorum ſudoribus laus importuna ſe ingerit & ſubtiliſſimis aculeis penetrans animam dum extollit emollit & pungit cũ ungit. Virtutẽ in hypocriſim uertit, & ſimpliciter inchoata peruertit. Quaſi tinea quod integrum erat rodit & occupat, & ſanctitatis

Cathedrã ueritatis quibus competit.

Chriſtus in deſerto.

tatis fundamenta euellit & dissipat. Subtilissimũ malum proprio laqueo hypocritã iugulat, & propriis armis sanctitatem impugnat. Castigatio carnis spiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat. Contemptus uenerationem uenatur, fames & calamitas laudibus saturatur. Mens hoc ueneno imbuta in miseriis deliciatur, & occupata hac scabie in ulceribus gloriatur. Religio fit superstitio, & succedit ei ambitio subornata. Extincto spiritu quatriduano cadaueri solæ supsunt exuuiæ uirtutis species exanimis & simulacrum sanctitatis. Tanta est hypocritarum demẽtia ut fœtoribus pro odoribus abutantur, & precioſa uilia, & aspera suauia arbitrentur: & fauorum sapor omnium dulcedinum superet condimenta, omnisq; delira sensualitas cõtrariis delectetur. Propter hoc solitudo carens arbitris & eremus assentatorum satellitio uacua à ieiunãte CHRISTO eligitur, ut nõ cum carne & sanguine, sed cum spiritualibus nequitiis dimicetur, & amotis minarum occasionibus homo cũ diabolo colluctetur, & soli sint in palæstra CHRISTVS & antichristus, spiritus & antispiritus. Neq; putet homo se euasisse pericula, cum in eremum uenerit, quia quanto subtilius tanto difficilius à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus assidens omnia uirtutum genimina in ipso ortu strangulare molitur. Imaginem CHRISTI delere cupiens, adulterinos colores naturali pulchritudini superducit, claritatem spiritus interpolat & obnubit. Verum liberius anima expedita obuiat impugnanti, ubi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non nouerint, securiorq; est congressus ubi singula non uellicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia uoluptatum. Honestius cum spiritu quàm cum carne luctamur, quia carnis complexus fœdus exhalans nebulas, eũ qui sibi adhæserit aliqua ex parte contaminat, nec libidinum morsus quisquam euasit illæsus. Flatus ille pestilens etiã longe positos inficit, & hoc certaminis genus fugam potius quàm assultum requirit. Et quia solent oratione & ieiunio dæmones edomari, munitio eremi cum huiusmodi armatura exemplo magistri recipit Christianos, quos & si omnes diuersorium non excipiat loci, animi tamen omnino necessaria est solitudo, ubi erecta specula mens sibi insopita prouideat, & detersa rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat & repellat. Ieiunijs uitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugiti uæ abeunt uoluptates. Extinguitur ardẽtis Ethnæ incendium & flãmiuomi fornax Vulcani extincta intrinsecus montes cõterminos non adurit. Ieiunium si discretione regatur, omnẽ carnis rebellionem edomat, & tyranni dem gulæ spoliat & exarmat. Ieiuniũ extra ordinarios motus in cippo claudit & artat & appetitus uagos distringit & ligat. Ieiunium si humilitate ornetur, seruos dei mundi efficit cõtemptores. Ieiunium carnes azymas mundat &

Hypocritarũ dementia.

Solitudinis palæstra difficilis.

Lucta spũs honestior quàm carnis.

Ieiuniorũ nutus.

dat & ſolidat, & putredines quæ ex adipe prodeunt conſumit & ſiccat. Ieiu-
nium ſcripturarum delicijs paſcitur, contemplatione reficitur, gratia ſtabili-
tur, cœleſti pane nutritur. Danieli interpretatio ſomniorum reuelatur ieiu-
nio, & tres pueri de Babylonio illæſi egrediuntur incendio. Moyſes in mon
te quadraginta diebus cum domino perſeuerãs, & dei familiare colloquiũ,
& legis miniſteriũ ieiunio promeretur. Helias quoq; eodem dierum nume
ro abſtinens in eremo conuerſatur. Vtilitas ieiuniorum temporibus Chri-
ſtianis clarius patuit, & à multis frequentata in plurimos ſe effudit. Quot-
quot uiros uirtutum uidimus ſine ieiunio non legimus aſcendiſſe, nec ali-
quid magnum moliti ſunt niſi prius abſtinentia præceſſiſſet. Quoties ali-
quid à deo obtinere conati ſunt, ieiunijs incubuere & lachrymis, & perno-
ctantes in orationibus cilicijs carni hærentibus ſupplices beneficia poſtula-
runt. Nec defuit prouentus, ubi ad pedes dei ſacrificium contriti cordis offe
rens ſe proſtrauit humilitas, ſed propè fuit inuocantibus ſe deus & porrexit
manum naufragis & ſubuenit afflictis. Si Moyſen & Aaron & Samuelem
hodie haberet eccleſia cum inuocarent exaudirentur, & orantibus Iob, &
Noë, & Daniele populo parceret. Rarus hodie Phinees qui ꝓfodiat impu-
dicos, rarus Moyſes qui occidat ſacrilegos, rarus Samuel qui inobediẽtes lu
geat, rarus Iob qui pro filiorum negligẽtia ſacrificium offerat, rarus Aaron
qui coram Pharaone cominationes diuinas edicat, rarus Noë qui his qui-
bus ſubmerſio imminet, arcam bitumine litam prouideat. Flens cum Apo-
ſtolo dico inimicos crucis qui terrena ſapiunt magiſtratus, quorũ deus uen
ter eſt, qui in his quæ dicere nefas eſt impudentes lætantur & gloriantur.
Venerunt periculoſa tempora quæ prædixit Apoſtolus, in quibus uolupta
tum amatores magis quàm dei, ſpeciem pietatis habentes, uirtutem uero
abnegantes, inueniuntur præpoſiti innumerabiles, qui ieiunia & orationes
nec digito mouent, in quorum manibus iniquitates ſunt, & muneribus eo-
rum dextera oneratur: fruſtra ab his quærantur miracula, fruſtra auxilia im
plorentur, non ſunt idonei interceſſores, domini contemptores, nec conue-
nienter ad placandum eum accedunt, nec conciliant quem offendunt. Effi-
cax eſt oratio præcedente ieiunio, & ſacris ſtudijs antecedentibus non pati-
tur poſtulatio deuota repulſam. Eligitur ſolitudo ut ſoli deo uacans anima
cum in ſe per continentiam mactauerit uoluptates purgatis affectibus ad
cœleſtia euolet, & uidens deum oret & adoret, & dulcedinis ſupernæ ſuaui-
tatem præguſtet. Forma igitur ieiuniorum propoſita fixoq; exemplo, poſt
quàm quadraginta dierum abſtinentiã dominus cõſummauit, ſatan cum
eſurientem uideret acceſſit. Retroactũ tẽpus obtinuerat quies, & ſecũ ſilen-
tij ſera opus illud eximiũ ſaluator exegerat, modo oblata famis occaſiõe tu-
multuator de latebris ꝓdiens foras egreditur, & ſubdola ꝓfeſſione quaſi cõ-

patiens

Raritas bonorum.

Philip. 3.

Oratio efficax præcedente ieiunio.

patiens ei ſubuenire periclitanti naturæ hortatur: Si filius dei es, dic ut lapi- Lu. 4.
des iſti panes fiant. Nec uult fateri, nec præſumit diabolus diffiteri CHRISTVM filium dei, ſed dubie diſpenſeq; conſulens tendiculas blandis innectit ſermonibus, ut obaudientem ſibi reddat obnoxium, & ſe de compaſſionis ſpecie reddat acceptum. Caro & laſſitudo & cætera huiuſmodi hominẽ teſtabantur, uirtutis integritas & uita carens omni peccato perfectius ei priuilegium aſſcribebant, & diuinitas potentiſſima ex ipſis effectibus negari non poterat. Fuerant & ante Chriſtum uiri inſignes, prophetæ & ſacerdotes, ſed in peccatis concepti & nati, nec originali nec perſonali caruere delicto, & inuenta eſt in omnibus uel ignorantia, uel inſufficientia, in quibus errorei peccauerunt & eguere miſericordia dei, per quam edocti & reſtituti gratias egerunt deo, & ad plenitudinẽ iuſtitiæ multum ſibi deeſſe confeſſi ſunt, & ſperantes in deo nullam ſibi ſoliditatem attribuere præſumpſerunt. Non ita CHRISTVS in quo uerbi carnisq; ſic conuenit natura, ut nulla alteri ex altero iniuria deueniret, quia in carne ſocia nullam diuinitas maculam reperit, nec ſecuta eſt, nec præceſſit. Hæc naturarum coniunctio diabolum excæcabat, quia impoſſibile ei uidebatur, uel quod eſurire poſſet diuinitas, uel quod tantæ tolerantiæ poſſet eſſe, tantæq; poteſtatis corporalis humilitas. Duplicem itaq; inquiſitionem ſinuoſa calliditate orditur, ut de CHRISTO utrum naturalis filius dei ſit, ipſo reſpondente, certitudinem habeat, ut cum deum confeſſus ſe fuerit, abſurdum uideatur quod deus eſuriat, & in quãcunq; partem ſe reſpõſio uerterit, neceſſitas concluſionis occurrat: Si filius dei es, tibi non competit eſurire. Quod ſi eſuris, manifeſtum eſt filium dei non eſſe, quem uiolentia neceſſitatis communibus indigentijs intercludit. Succurre, inquit, neceſſitati ſi potes, alioquin deficies, & præſentes lapides in panis muta ſubſtantiam, ſic enim fiet ut euadas periculum, & ſi hoc potueris, probes te deum. Non erat digna reſponſione quæſtio malignantis, neq; enim technas diaboli dominus ignorabat, ſed diuino cauillatori ſatiſſecit eloquio, ſubtiliſſimo dogmate edocens corporis & animæ uitæ propriis alimonijs deberi ſubſidia & cibum animæ, id eſt, uerbũ dei eduliis corporalibus præponendũ, & citius attentiusq; menti quidendũ q̃ uẽtri. Nec opus erat ut hoc facto inſidiatori innoteſceret, quia nullo ſigno ei⁹ poterat inuidia commutari, cuius incorrigibilem iniquitatẽ deſperatio ſugillauit. Superfluum igitur erat ad ſuggeſtionem eius ibi nulla profutura miracula operari, cum ſatis eſſet diligenter cõſyderanti, quod eſurientẽ cibi nõ ſuperabat appetitus, & deſyderij motus defectio nõ eſſet, ſed uirtus. In nullo CHRISTVM aliqua coegit aut dominata eſt ei neceſſitas, qui proprie moderamine uoluntatis diſpoſuit & perſoluit quod exegit humanitas. Sicut in ipſius uoluntate fuit cõſecrare ieiuniũ, ita & in poteſtate fuit tempore opportuno ſumere cibũ, quod utiq; nec miniſterio, nec cõſilio diaboli fuerat ordinandũ

Tentatio prima.

Techna id eſt ars.

ordinandū, quia & abstinentiæ & refectionis penes ipsum erat & arbitriū & facultas. Itaq; nihil certitudinis seductor extorsit, sed dubius, incertusq; dimissus est, nec obtinuit ut se proderet CHRISTVS miraculo uel in temperanter ad cibum properans obediret seductoris consilio, quasi tunc primum quid fieri oporteret data doctrina, acceptaq; sententia. Repulsus igitur autoritate scripturæ & propositi firmitate defecit scrutinio, nec tamē alia aggredi uia destitit, & falsatis argumentis prioribus alia subijciens quibus ab eo consentaneas sibi responsiones aliquas extorqueret, adiecit. Eo igitur supra templi pinnaculum constituto, quē gula non potuit, uana gloria subuertere nititur. A multis ambigitur utrum fuerit hic translatio corporalis, & si de loco ad locum se CHRISTVS trāsferri permiserit, eo modo quo Abakuk de Iudæa in Chaldæā delatus est, & Philippus de Azoto in occursum eunuchi, qui reuertens de Hierusalem non intelligens Esaiam, codicem reuoluebat. Sed quod corporaliter eum diabolus tulerit, uidetur incōueniēs, quod humeris eius saluator insederit, & pro uehiculo usus sit quem præcipitatorem sciebat, uel ei ferendum se cōmiserit, cuius insidias agnoscebat. Suo itaq; spiritu eum credēdum est ductum, & in deserto, & super templum, ut utrobiq; eum diabolus assumeret ad tentandū. Et localiter quidem in deserto prima fuit tentatio, sed cæteras eo modo circūduxit tentatoris astutia, uel circūduci passa est patiētia saluatoris, quomodo Ezechiel cum super fluuium Chobar sederet, Hierosolymā raptus in spiritu ciuitatem ædificat & metitur, & muros, & templum instaurat. Hoc modo super culmen templi CHRISTVS erat in spiritu, sciens quid ante spiritus affectaret, & hosti se deuana gloria pulsaturo, opportunitatē parabat. Hac igitur occasiōe loci hortatur & consulit, ut in urbe sancta & frequentia populorum quasi nouus funābulus in excelso pendulus, se deorsum ad spectaculū uulgi iactet intrepidus, addens ex testimonio scripturæ angelorum affutura suffragia quæ ruē tem exciperent & conseruarēt illæsum. O execrabilis diaboli malicia, ô stulta nequitia, omni sensata uersutia, ô præsumptio excæcata. Putabat malignus quem gula non uicerat, uana gloria superari. Experientia quippe rerū didicerat, & in multis probauerat uitiorum uictores sæpe nugis laudationū corruptos, & cognatum propinquumq; esse uirtutibus malum adulationē, nec facile quenq; posse euadere quin libenter assentatorum canticis porrigat aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et sicut rarus est, aut nullus qui de se mala dici æquanimiter ferat, ita rarus est, qui nō bene de se uelit sentiri, & se si recte uiuit stantē in uitæ rectitudine nō diligat æstimari. Quod si opera uirtutum foras exierint, rarus est qui hominum iudicia conspuat, & laudes humanas contemnat. Hoc generale malum in humano genere satan putabat ex præcedentis occasione uictoriæ suggerere saluatori, ut popularibus laudibus uellet attolli, & facere sibi nomen iuxta nomen magnorū

Tentatio secūda.

Daniel. 14.
Actuū. 8.

Ductus a spū qualiter intelligitur.

Ezech. 43.

Psal. 90.

Adulatio.

magnorum qui sunt in terra, si geminato miraculo ieiuniorum constantia innotescceret populo, & uectoribus angelis sine offendiculo sustentatus, se filium dei tam potenti abstinentia q̄ angelorum obedientia comprobaret. Huiusmodi consilijs filios hominum satan corrumpere consueuerat, & robustis uirilibusq̄ animis etiam huiusmodi cogitatus immittit, & si ab ingressu mentis arceatur, renitente consensu, aliquid tamen de spurcitia sua ibi euomens abominationū horrore nauseare compellit. Sic ut aliquid poëticum inferā, temulentus Cyclops illiciti coniugij appetitor, licet â Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthoniū fundit, & incorrupta Minerua, supereſt tamen deforme monstrum, nec omnino affectata scelera in memoria moriuntur. Non tentabis, inquit, dominum deum tuum. Hoc in Deuteronomio scriptū est: Ecce lex legi obijcitur, & satan autoritate scripturæ abutens, malus legis interpres præcipitium quasi ex ratione mandati hortatur, sed intellectus fallax & falsus ueritate syncera confunditur, & generali edicto interdictum ostenditur, ne dum patet in quibuslibet angustijs quilibet exitus, deus ulla præsumptione tentetur. Alia explorator malignus argumē ta conatur adducere, & ad summam cumulumq̄ nequitiæ suæ, cōtinentem & humilem oblata aggreditur potestate, & ostensa mundi huius sublimitate & gloria, quasi indignum sit tantæ autoritatis doctorem, & insigniū operum patratorem, ignobili & cōtemptibili schemate obumbrari, & dominatione uniuersorum usuq̄ animum dignum honore solicitat, & daturum se omnia pollicetur, si ei pro tanto munere gratias agat, & procidens adoret tāti culminis largitorem. Solent uiris uirtutum huiusmodi præstigia se offerre, & testimonium religionis, conscientia prohibente, cum ab alijs digni honoribus iudicentur, facile acquiescunt, & tam proprio q̄ alieno fascinati iudicio à rectitudine corruunt, euersaq̄ cathedra mentis, humo fractis cerui-cibus colliduntur. Repenteq̄ & subito quod multum erat partum sudoribus, ambitione irruente, obliteratum est, & turbinis huius impetu auulsum est, quicquid antiquæ religionis labor meruerat. Malum hoc Adam in paradiso pulsauit & strauit, cum subiectionem quam deo debebat, fastidiens appetijt dominatum, & cum uellet esse sicut deus, sine deo se uidit & nouit, & conspectam carnis Euæ abhorruit fœditatem, quam licet operiret, manēs tamen perpes ibi cōtumelia stetit & hæsit. Ad suasionem diaboli animam uanitati subiectam deiecit ambitio, poteratq̄ ex termino eius posteritas dicisse, quàm misera mutatio fuit de delicijs ad spinas & tribulos emigrasse, & rastris ligonibusq̄ auaritiam condemnatam. Hoc malo restitit, & resistere nos saluator edocuit, ut soli deo subiectus sit homo quantumcunq̄ profecerit, & in ipso immo ipse sit substantia nostra, & pateat nobis quod sicut peremptoria est altitudo quæsita, ita & periculosissima est oblata, non quod potestas quæ ex deo est sit damnabilis, aut ordinatio diuina peccatorum sit

Ouid. 2. Met.

Luc. 4.

Deuter. 6.

Tentatio tertia.

Adam causa mali.

obſtetrix, ſed quod excellentiã, cuius ſpiritus ſanctus autor eſt, ita debet cõplecti humilitas, ut qui uocatus eſt ſuperius neſciat ſe ſublimem, & per omnia agnoſcat conditio conditorem, & gratia largitorem. Gloriabantur aliquando diſcipuli & complacebant ſibi in miraculis, gratulabundi quod eis etiam dæmonia obedirent, ſed repreſſa eſt, increpante domino, ſimplicitatis eorũ
Luc. 10. præſumptio: Videbam, inquit, ſatanam tanquam fulgur deſcendentem de cœlo. His uerbis eorum animis intimans, quia ante hoc temporale initium ipſe in principio immo ipſe principium exiſtens apud deum, ante hominis conditionem ſuperbientis diaboli ruinam uidit, & affectatæ dominationis ambitionem deiectionis eius fuiſſe cauſam, nec in hoc gaudendum eſſe, ſi quis prærogatiua celſitudinis donaretur, ſed hanc eſſe certam ſtabilemq; uere gaudij metam, ſi uocatio noſtra iuſtificatione muniretur, & tunc demum ratum conſtare beatificationis prouentum, ſi huius ordinis ſcriptura in conſpectu dei indelebilis ſeruaretur. Hoc igitur attendẽtes, quod non in nobis quaſi ex nobis ſufficientes ſumus, ſed ex domino ſufficientia noſtra eſt, & contentos ſolo deo, neceſſe eſt, ei eſſe omnes accliues, cui totum debemus quod uiuimus, quod mouemur, quod ſumus. Qui de plenitudine ſua nobis interim prout cuiq; opus eſt, donatiões partitur, donec ad cumulũ perueniat copia conſummata, uſqueadeo conferta coagitataq; menſura, ut nihil uel accedat amplius, uel recedat, ſed in cognitione dei certum finem ſtabilemq; metam omnes & animæ & corporis obtineant appetitus. Fruſtra itaque regna huius mundi tranſitoria & mutabilia immutabili & æterno
Ioan. 18. regi oſtendit uel promittit diabolus, cum ipſe dicat regnum ſuum de hoc mundo non eſſe, non quod creationem ſuam remouens dæmonum ſubiecerit poteſtati, ſed quia in his amorem mundi dei amori præponunt, nõ dignetur diuinitas ſibi facere manſionem, & impoſſibile ſit eos à deo regi, qui ſe diabolo tradidere, quia CHRISTI & Belial nulla eſt participatio, nec aliqua iuſticiæ cum iniquitate poteſt eſſe communio. Regnum hoc eſt naturæ, ſed maliciæ perſecutio eſt non defenſio, & tota huius poteſtatis uirtus in mortem damnationemq; eorum qui ſub hoc principe militant, elaborat.

Regnum diaboli uitijs munitur. Regnum hoc munitur uitijs, ambitur flagitijs, turres eius ſunt crimina arma quarumcunque turpitudinum molimina. Huius regis telonearij ſunt pauperum oppreſſores, tribuni ſeductores, præfecti iudiciorum peruerſores. Cubicularij eius ſunt quæſtuum aduncatores, mercimonij traiectores, ærarij ſacerdotes, nummularij doctores, conducticij defenſores, linguæ ſubdolæ uel conſilij locatores, uenales auxiliarij, bilingues cauſidici, concinnatores mendacij, fabricatores peccati, ueſtiti mollibus, amicti diſcoloribus. In domo huius regis ſunt, qui paludamentis talaribus pauimenta uertentes, capillis muliebribus ſe in fœminas tranſfigurant, & dignitatem uirilem

Regni diaboli ſequaces. non ſine naturæ iniuria dehoneſtant. In hoc regno ſunt quicunque ueritatem

tem dei cõmutant in mendacium, quicunq; quasi in taberna uitiorum præcones uenales animas impurissimis dæmonibus corrumpendas exponunt. Hic auaras manus cupidi muneribus complicant. Hic genu flexo concupiscentiæ suæ quisque idolum colit, & propriæ libidinis adorat simulacrum. Non hæc te domine IESV gloria mouet, non huius mundi tu tenes imperium, non horum cupidine tu cadis aut prosterneris, non adoras maliciam, non peccato subijceris qui seruis tuis dæmonia subdis, & omnem huius mũdi gloriationem destruis & confundis. Insanissime satan qua fronte, qua lingua ausus es dicere saluatori, ut ante te, qui stat inflexibilis & immobilis, caderet, ut te damnatũ ipse qui te damnauerat, adoraret? Quis ausus, quàm impudens hæc fuit præsumptio, quid desperate speraſti, an filium dei putabas posse tecum apostatam fieri? si de mundo uisibili, id est, cœlo & terra, & de his quæ in eo aguntur, te iactas habere dominium, nec cœli, nec terræ tu conditor, nec solem moues, nec cursum das sideribus, nec per te uoluitur firmamentum, nec uides aut intelligis deum, nec ullum tibi est cum cœlesti militia consortium, uel aliquem habes ad superioris mundi claritatem accessum? Huius inferioris mundi tua est scabies, tua languentis sunt ulcera, hæc scalpis, hæc impurus ablingis. Si quid uitij est, si quid corruptelæ, tu cadaueribus assides, tu contrectas putredines, tu distemperas feces, tu uersas fœtores, tu spiritus nequam, tu in pistrino seculi huius fermentator immundus, tu sanctitatis corruptor, & simplicium perturbator, tu incendiator libidinum, & omnium turpitudinum adinuentor, in his regnas quos inquinas, & in his quos polluis, dominaris. Fornicatores & adulteri te habent suggestorem, te habebunt tortorem, te quoque cum illis ultricia incendia concremabunt. Stultis uanisq; promissionibus nullus à corde Christiano dari debet accessus, sed primis titillationibus obuiare debet abigens manus, nec foueri debet coluber donec in draconem formetur. Mendax est diabolus, & his qui sibi obtemperant, multa se daturum promittit. Malum hoc in uniuersa ecclesia euagatur, & communis pestilentia innumerabiles occupat, ut pro gloria huius mundi qui liberi erant, se uendant in seruos, & per uitia ad seruitia deputentur, & obligati pacto chirographum subiectionis conscribant diabolo. Per omne nephas uoluptates emuntur, & per omne scelus copiosæ libidines exquiruntur. Iudas ille proditor uenditurus magistrum, prætaxatum precium à principibus exegit sacerdotum: Quid mihi, inquit, uultis dare, & ego eum uobis tradam? Vsque ad mortem domini amor lucri se ingerit, nec uitæ saluatoris quæstus desyderium parcit. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub umbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Symon apostolorum temporibus uenalem putans spiritum sanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem per quam plura lucretur. Hæc sacrilegij forma per omnia offi-

Apostrophe in satanam.

Matth. 26.

Ambitio.

Actuũ. 8.

cia gradusq; discurrit, & nihil intẽtatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negocia, & nundinatores eius quicũq; hæc exercent commercia, nec quicquam huiusmodi ab eo, nisi præmissa apostasia, donari. Inuerecunde tentator ambitiosos aggreditur, & conditione pernicio sa præmissa talia pollicetur, ultra quæ extendi non possit cupiditas, regnorum scilicet omnium monarchiam & uniuersitatis dominatum, ut in omnibus mundanis unus homo quasi deus habeat potestatẽ, & uni omnia subiecta sint, & generale uectigal excellentiæ principali cuncta persoluant.

Apostrophe in cupidos. Quid ultra cupide quæris? quid amplius auare desideras? nũquid & sic potest impleri ambitio tua, aut satiari potest fames tua, offa huius mundi iniecta dentibus tuis, & faucibus tuis uniuersa rerum massa intrusa? Mundum habes, deum non habes, mundus transibit, tu cum eo qui non stat cades, transibis & rues. Peremptoria sunt hæc consilia quæ tibi talia pollicentur, in quibus te necesse est aut uomitu, aut ruptis interire uisceribus. Sed & precium quod petitur, ut diabolum adores prostratus, & eum tibi deum constituas, quem non dubitas seductorem, si consenseris ut concedas casus tui te non potes excusare improuidum, cum ipse tibi casum & ruinam prænominet & præcipitium exigat, qui tanti se facit nundinatorem culminis, & tantæ tibi promittit fastigia potestatis. Regnum CHRISTI non est de hoc mundo, regnum cœlorum tibi deus promittit, ipsum solum adora, ipsi soli memento ut seruias, qui repulso tentatore, te quoq; gloria & honore post uictoriam coronabit, si in iusticiæ rectitudine steteris, nec falsis promissionibus obtemperãs, ad ueneration em diaboli damnationis eius factus particeps, incurueris.

SERMO DE COENA DOMINI ET PRIMA INSTITVTIONE CONSVMMANTIS OMNIA SACRAMENTA.

SVscitati Lazari Hierosolymis increpuerat rumor, & tam solenne miraculum ad ueneration em CHRISTI excitauerat populum, unde & ei ciuitatem ingredienti, cum ramis palmarum obuiam processerunt, sedentemque super asinum resonantibus laudibus gratulabundi introduxerunt in urbem, regem Israël confitentes & acclamantes filium Dauid in nomine domini adueniss e, cuius æternum imperium prophetarum uaticinia antiquitus conclamarant. Nec latebat dominum, qui sciebat omnia, quod in uiæ illius confinio de torrente passionis erat bibiturus, & ex ea ueneratione quæ impendebatur ei à plebe inflammandam amplius inuidiam magistratuum & animos exacerbatos uehementiori insania perturbandos, & conspirationis malignæ non ultra posse occultari consilia, nec differri amplius quæ de eius interitu cogitarant. Sed uolebat pius magister

ſter cum iam damnationis ſuæ dictaretur ſententia,& propè eſſet ut figere/
tur in cruce,ſuæ dare indicia poteſtatis, & qui animam Lazari reuocauerat
ab inferis,& quatriduano mortuo reddiderat uitam,dinoſceretur uirtute di
uina non humana tãtum opus patraſſe, & impoſſibile eſſe ſuam animam
ab inferno teneri,qui alienam poteſtatiue extraxerat, nec ſe neceſſitate ſed
obedientia urgeri ad mortem,& uitã quam aliis reddebat, ad ſe quoq; ubi
iuberet illico redituram.Finem igitur legalibus ceremoniis impoſiturus,pa/ Cœnæ domi/
rari ſibi uoluit paſcha, & ex conſuetudine legis ea quæri quæ ſolennitas exi nicæ appara/
gebat,agnum aſſum,panes azymos,& lactucas agreſtes. Non oportet eſſe tus.
fermentarios noui teſtamenti miniſtros, puras ſyncerasq; mẽtes ſanctum
quærit conuiuium,in ueru crucis boni odoris aſſatio omnem excoquat car/
nalium ſenſuum cruditatem & induret,ſolidetq; mentis affectus, nec in ec/
cleſiæ ſanctæ ſacrificio ulla ſit macula, ſed pura ſimplicitas & innocentia ui/
tæ in una eccleſiæ catholicæ domo à fidelibus de Aegypto egrediẽtibus trã/
ſito mari rubro lotis CHRISTI ſanguine affectibus offeratur. Cœna itaq;
diſpoſita inter ſacramentales epulas obuiarunt ſibi inſtituta antiqua & no
ua,& conſumpto agno,quem antiqua traditio proponebat,inconſumptibi
lem cibum magiſter apponit diſcipulis,nec iã ad elaborata impenſis,& arte
conuiuia populi inuitãtur,ſed immortalitatis alimonia datur à cõmunibus
cibis differens,corporalis ſubſtantiæ retinẽs ſpeciem,ſed uirtutis diuinæ in/
uiſibili efficientia probans adeſſe præſentiam. Significata olim à tempore
Melchiſedech prodeunt ſacramenta, & filiis Abrahæ faciẽtibus opera eius
ſummus ſacerdos panẽ profert & uinum:Hoc eſt,inquit,corpus meũ.Man Matth.26.
ducauerant & biberant de eodẽ pane ſecundum formã uiſibilẽ,ſed ante uer Mar.14.
ba illa cibus ille cõmunis tantum nutriendo corpori commodus erat,& uitæ
corporalis ſubſidium miniſtrabat.Sed ex quo à domino dictũ eſt:Hoc fa/ Luc.22.
cite in meã cõmemorationẽ,hæc eſt caro mea,& hic eſt ſanguis meus,quo/
tienſcunq; his uerbis & hac fide actum eſt panis iſte ſubſtãtialis,& calix be/
nedictione ſolenni ſacratus,ad totius hominis uitam,ſalutemq; proficit ſi/
mul medicamentum & holocauſtum ad ſanandas infirmitates,& purgan/
das iniquitates exiſtens.Manifeſtata eſt etiã ſpiritalis & corporalis cibi di/
ſtantia aliud fuiſſe quod prius eſt appoſitum & conſumptũ, aliud quod à
magiſtro datum eſt & diſtributũ. Quamdiu cibi illi qui ad diẽ feſtum erãt
parati à conueſcentibus apoſtolis ſumebantur,ueteris paſchæ agebatur me
moria,nec dum Iudas ad ueterem uitã pertinens, diabolo inuadente & oc/
cupãte animum eius egredi cogebatur,ſed ubi ſacrum cibum mens perfida
tetigit,& ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit,parricidalis animus uim
tanti ſacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exufflatus eſt, & præ/
ceps cucurrit ad proditionem, & precium ad deſperationem & laqueum.
Orta fuerat aliquando ſicut in euangelio Ioannis legitur de nouitate uerbi

huius quæstio, & ad doctrinã mysterij huius obstupuerãt auditores cum
Ioan. 6. diceret dominus: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro, quia horrendum eis & nephas rium uidebatur uesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, ut carnem eius uel elixam, uel assam, sectaq; membratim edere docerẽtur, cum illius personæ caro si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere, qua semel consumpta, uideretur interisse religio, cui nequaq; ulte-
Mãducare carnẽ & bibere sanguinẽ quomodo intelligatur. rius uictima supereſſet. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quicq;, quia sicut ipse magister exposuit, uerba hæc spiritus & uita sunt, nec carnalis sensus ad intellectum tãtæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Panis est esca, sanguis uita, caro substãtia, corpus ecclesia: corpus propter membrorum in unum conuenientiam: panis propter nutrimẽti congruentiam: sanguis propter uiuificationis efficientiam: caro propter assumptæ humanitatis proprietatem. Hoc sacramentum aliquando corpus suum, aliquando carnem & sanguinem, aliquando panem CHRISTVS appellat, portionẽ uitæ æternæ, cuius secundum hæc uisibilia corporali cõmuni cauit naturæ. Panis iste cõmunis in carnem & sanguinẽ mutatus, procurat uitã & incremẽtum corporibus, ideoq; ex consueto rerum effectu fidei nostræ adiuta infirmitas, sensibili argumento edocta est uisibilibus sacramentis inesse uitæ æternæ effectum, & non tam corporali q̃ spirituali trãsitione CHRISTO nos uniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis idẽ cibus & substantia, & uita factus est ecclesiæ suæ quã corpus suum appellat, dans ei participationem. Et nos quidem cum caro essemus & sanguis, corrupta & infirma corporis, animæq; natura reformari non poteramus, neq; ad similitudinem dei reuerti, nisi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curuatione desperatæ infirmitatis cõtraria remouerentur contrarijs, & similia similibus conuenirent. Panis iste quem dominus discipulis porrigebat non effigie, sed natura mutatus omnipotentia uerbi factus est caro, & sicut in persona CHRISTI humanitas uidebatur & latebat diuinitas: ita sacramento uisibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, ut esset religioni circa sacramenta deuotio, & ad ueritatem cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus usque ad participationem spiritus, non quod usque ad consubstantialitatem CHRISTI, sed usque ad societatem germanissimam eius hæc unitas peruenisset. Solus quippe filius patri consubstantialis est, nec diuisibilis est, nec partiabilis substantia trinitatis, nostra uero & ipsius coniunctio nec miscet personas, nec unit substantias, sed affectus consociat, & confœderat uoluntates. Ita ecclesia corpus CHRISTI effecta obsequitur capiti suo, & superius lumen in inferiora diffusum claritatis suæ plenitudine à fine usque ad finem attingens totum apud se manens, totum se

omnibus

omnibus commodat, & caloris illius identitas ita corpori assidet, ut à capite non recedat. Panis itaq; hic azymus cibus uerus & syncerus per speciem & sacramẽtum nos tactu sanctificat, fide illuminat, ueritate CHRISTO conformat. Et sicut panis communis quẽ quotidie edimus uita est corporis, ita panis iste supersubstãtialis uita est animæ & sanitas mentis. Panem angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in cœlis, non ministerio corporali, sæpe repetitis actionibus ad eadem reuertẽtes, sed consummato sacerdotio nostro, erit & permanebit perpetua & stabilis implens & reficiens nos sufficientia, qua profe ret palàm absque ullis integumentis omnibus, conspicabilis summi præsentia sacerdotis. Sacramenta quidem quantum in se est sine propria esse uirtute non possunt, nec ullo modo diuina se absentat maiestas mysterijs, sed quamuis ab indignis se sumi uel contingi sacramenta permittant, non possunt tamen spiritus esse participes, quorum infidelitas uel indignitas tantæ sanctitudini cõtradicit. Ideóque alijs sunt hæc munera odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem, quia omnino iustum est ut tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec in indignis tantæ gratiæ puritas sibi faciat mansionem. Noua est huius sacramenti doctrina, & scholæ euangelicæ hoc primum magisterium protulerunt, & doctore CHRISTO primũ hæc mundo innotuit disciplina ut biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ autoritas districtissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis perhibet, euangelium præcipit ut bibatur, in quibus mandatis hoc maxime discernere debet Christiana religio, quod sanguis animaliũ à sanguine CHRISTI per omnia differens, temporalis tãtum habeat uiuificationis effectum, & uita eorum finem habeat, & sine ulla reuocatione terminum cõstitutum. Ideoq; ad obtinendã æternitatem non potest perficere quod semel obrutũ nõ surgit ulterius, nec aliqua ei supereſt uirtus, quod sine ulla spe præcisis radicibus mors penitus exiccauit. Vita uero hominis licet aliquã habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat caloris & nutrimenti effectũ, sicut & cæteris quæ in corpore sunt propria distribuit officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit ut sanguini humano sanguis pecudum misceretur, quia uita rationalis hominis uitæ bestiali consociari non habet, sed omnino à fidelium animis quasi sanguis impurus detergenda est hæc carnalis opinio, ne putetur uita hominis eo modo trãsitoria quo uita pecudum inanescit, uel quod sanguis consubstantialis sit animæ, & necesse sit utrunq; superueniente suffocatione dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed uita dissimiles, ideóq; quod commune cum eis habemus nobis incorporare licenter possumus, quod uero dignitati nostræ non conuenit, & ab æternitate alienum uidetur à nobis subtilissimo legis indicio separamus. Bibimus autem de sanguine

Vita hominis nõ solo sanguine regitur.

CHRISTI ipso iubente uitæ æternæ cum ipso, & per ipsum participes animalis uitæ peccata, quasi sanguinem impurum horrentes & fatẽtes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos & damnatos, nisi nos CHRISTI clementia ad societatem uitæ æternæ suo sanguine reduxisset. Nobis itaq; pro quib⁹ sanguis CHRISTI oblatus est in cruce, & quos recõciliauit deo omẽs excedẽs uictimas hoc sacrificium singulare, ipse CHRISTVS pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, ut non tantũ exterius hoc sanguine liniremur, sed & interius aspersiõe omnipotẽti anima muniremur, & penetrãs omnia tanti medicamenti uirtus quicquid esset intus ibi dum effugaret, & renouaret, sanaretq; quicquid morbi carni uel spiritui ueteris uitæ adlinierat corruptela. Dixerat sanè huius traditionis magister, quod nisi manducaremus & biberemus eius sanguinem, non haberemus uitã in nobis: spirituali nos instruens documento, & aperiens ad rem adeo abditam intellectum, ut sciremus quod mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quædã incorporatio, subiectis obsequijs, uoluntatibus iunctis, effectibus unitis. Esus igitur carnis huius quædam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, ut hæreat palato nostro & uisceribus sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisq; recessus. Potus & esus ad eandẽ pertinent rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia & uiuit, & incolumis perseuerat, ita uita spiritus hoc proprio alimento nutritur, & quod est esca carni, hoc animæ est fides: quod cibus corpori, hoc uerbum spiritui, excellentiori uirtute peragens æternaliter, quod agunt alimẽta carnalia temporaliter & finaliter. Celebrãtes sacramẽta cõmonemur, quasi ungulam fin/dens & ruminans pecus reuocare ad fauces, & minutatim cõmolere domi/nicæ institutionis exemplũ, ut semper passio sit in memoria, nec terreant crucifixi hæredes mortis supplicia, sed pascant & reficiant maturatæ resurrectionis lætabunda solennia. Quàm prædarus est calix iste, & religiosa est huius potus ebrietas, per quam excedimus deo, & quæ retro sunt obliti ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi, sed diuitis præparati delicias contemnentes, cruci hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa redemptoris nostri uulnera figimus linguam, quo interius exteriusq; rubricati, à sapientibus huius seculi iudicamur amentes, qui religionis huius abhorrentes mãdatum usq; hodie retro abeunt, & à secretis diuinis omnium intra se mysteriorum cõtinentibus summã diffugiunt & recedunt. Qui manducat ex hoc pane, ultra non esurit: qui bibit, ultra non sitit, quoniã mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, ut cuicunq; tãtæ rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis fine inuento CHRISTI baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo dicta & facta iubilatione consona laudes resonent, & gratiarũ actiones

Esus carnis Christi.

decantent

decantent. Hæc ebrietas non accendit, non extinguit peccatum, in hoc uino non est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia, consopiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira sunt quæ sentit, magna quæ uidet, inaudita quæ loquitur, quæ agnus iste paschalis inhabitat, cuius animã meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. Inter dominicæ mensæ conuiuas animalis homo non admittitur, quicquid caro & sanguis dictat, ab hoc cœtu excluditur, nihil sapit, nihil prodest quicquid humani sensus molitur subtilitas, omne quicquid à suis rationibus, sapiẽtes huius seculi, deuium uidetur, ad dementiam referunt, & à ueritate reputant alienum. Sed ueritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cum in sole uellet figere oculos, uim luminis non ferens, cæcata est non illuminata humana præsumptio, & aspectui eius lippitudo inhæsit. Vident hæc sacramenta pauperes spiritu, & hoc uno contenti ferculo, omnes mũdi huius delicias aspernantur, & possidentes CHRISTVM aliquã huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Esurientes & sitientes iusticiam, cum saturati fuerint uide quid agant, intellige quæ loquantur, quàm sancti odoris sit quicquid illa eructuat plenitudo, uerbũ bonũ, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior syncerítas ubique diffundit, ita ut post odoramenta ista gratiæ huius cõparticipes discurrant, & mutuis se adinuicem affectibus complectantur, & quibus unus est panis, unũ est corpus, & omnium unum cor & anima una, uni CHRISTO adhærens, cætera omnia quasi fermẽtata respuẽs, in unius azymi syncerítate lætatur. Perpes est hoc sacrificium & semper permanens holocaustũ, nulla panem hunc multitudo consumit, nulla antiquitate ueterascit. Vna est domus ecclesiæ, in qua igitur agnus editur nullus ei cõmunicat, quem Israëlitici nominis generositas nõ cõmendat. Huius panis figura fuit mãna quod in deserto pluit, si, ubi ad uerum panẽ in terra promissionis uentum est, cibus ille defecit. Per singula sabbata propositionis iã frigidi & duri mutari consueuerãt, & calidi panes eiusdem numeri in mensa proponi. Iã nulla fit panis mutatio, unus est panis caloris cõtinui, status integri, qui semel oblatus deo in sapore dulcissimo, & cãdore purissimo perseuerat. Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis leuiticæ prærogatiua admittit, uniuersa ecclesia ad has epulas inuitat, æqua omnibus portio datur, integer erogat, distributus nõ demembratur, incorporatur nõ iniuriatur, recipit nõ includitur, cũ infirmis habitans, nõ infirmatur, nec paupertũ ministerio indignatur, fides pura, mens syncera, hunc habitatorẽ delectat, neq; immensi & omnipotẽtis dei magnitudinẽ pauperculæ domus nostræ angustia offendit uel artat. Panis iste angelorum omne delectamentũ habens uirtute mirifica, omnibus qui digne & deuote sumunt, secundum suum desyderium sapit, & amplius cẽ manna illud eremi implet & satiat edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium

Veritas ab erroneis nõ cõprehenditur.

Manna panis mystici typus.

omnium exuperat dulcedinum uoluptates. Vide quomodo his qui CHRISTI commemorant passionem, intra sacra officia quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis Nectareis anima delectetur, quãtam suauitatem animæ inquirẽti ubi sit deus suus, suspiria contemplationis eliciãt. Non illos imbres procellosæ tempestates deponunt, ros matutinus est de cœlestibus stillãs, & quasi unctio spiritus mẽtem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem & noctem retro & ante se affectio intuens, inter data & condonata se diuidens, gratias agit tam uberis beneficij largitori, & se sanatam & sanctificatam agnoscens, fletibus se abluit, & lachrymis se baptizat. Verũ his qui uerbotenus corde sicci & mente aridi sacris intersunt, uel etiam participant donis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt, nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec spiritus sancti pinguedine uegetantur, nec se iudicant, nec sacramenta dijudicant, sed sicut cibis communibus irreuerenter sacris utuntur muneribus, & dominicæ mensæ in ueste lutulenta se ingerunt impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata, mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu domini buccellam accipere, qui usque hodie hoc ueracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit. In huius præsentia non superuacuæ mendicant lachrymæ ueniam, nec unq̃ patitur cõtriti cordis holocaustum repulsam. Quotiens te in conspectu domini uideo suspirantem, spiritũ sanctum non dubito aspirantem, cum intueor flentem, sentio ignoscentẽ. Tu si templum spiritus sancti uiolas, si intra te sacrarium dei deturbas & fœdas, si cum calice CHRISTI de calice dæmoniorum communicas, contumelia est, non religio, iniuria, non deuotio. Idolorum seruitus & horrenda abominatio, uelle simul Baal famulari & CHRISTO. Abi retro cum saccellis tuis, qui lucris inhias, & mercedes sectaris, qui opulẽtus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, & in stratis segmentatis lasciuis, qui uestiris mollibus, & in terra suauiter uiuentiũ conuersaris, cuius manus plenæ sunt sanguine, cuius lumbi discincti sunt, & sine baltei discurris ligamine. Nõ est tibi pars in sermone isto, quia quod dei est, aufers deo, & imaginẽ dei conscras idolo. Pauperes quidẽ spiritu ad hoc mysteriũ eligit, & diligit spiritus sanctus, & eorũ qui pompatice & gloriose sacris se altaribus ingerunt, obse-

2. Paralip. 26. quia detestatur. Ozias licet rex ob præsumptionẽ lepra percussus, à sanctuarij ingressu repellit, & eius oblatio quasi sordida refutatur. Incensi odor de immundorũ manibus reputatus est pro fœtore, & iram nõ gratiã præsumptio meruit, qa cõtra fas rẽ usurpãs illicitã, temerarie in sancta cõscẽdit. Sed & propter malignantiũ insolentiã altare suũ deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sabbata, abominat solennia, odoramenta fœtent, displiscent holocausta. In his omnibus laborare se dicit deus, nec esse uoluntatem

suam

ſuam in miniſtris impuris, indignatione diſtricta teſtatur. Sed hierarcha pius quem ſpiritus ſanctus compungit, excitat, inhabitat, & ſanctificat, eleuatione manuū crucis myſterium repræſentās, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia, recolens pudibundi & contriti animi confeſſione, quod aliquando præualente aduerſum ſe peccato, fuerit derelictus, iuxta illud quod Dauid plorans ait: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Pſal. 29.
Et dominus per Eſaiam. Ad tempus in modico derelinquam te, uerecunda tur fateri, & tamen fatetur iuuentutis delicta. Sed accuſatrici conſcientiæ neceſſe eſt coram iudice reſpondere, nec poteſt ibi eſſe ullum diffugiū, ubi ipſa teſtis eſt quæ accuſat, & nihil ei poteſt eſſe occultum qui iudicat. Sed ubi cū iudice agit qui iudicatur, & ipſe in partem accuſatoris tranſiens, etiam in ſua proſcriptione ſententiam approbat condemnantis, experitur clementiā ſaluatoris, & lætabūdus canit: Domine in uoluntate tua præſtitiſti decori meo Pſal. 29.
uirtutem. & iterum per Eſaiam audit: In miſerationibus magnis congrega bo te. Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima feſtinet ad exitū, & egrediens ad labia expirantis emerſerit, pœnitentiam clementiſſimi dei benignitas non aſpernatur, nec ſerum eſt quod uerū, nec irremiſſibile quod uoluntarium, & quæcunque neceſſitas cogat ad pœnitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec uitæ enormitas, ſi uera contritio, ſi pura fuerit uoluptatum mutatio, excludit à uenia, ſed in amplitudine ſinus ſui mater charitas prodigos ſuſcipit reuertentes, & uelit nolit nouatus hæreticus, omni tempore dei gratia recipit pœnitētes. Ipſe dominus noſter derelictorum perſonam gerens in cruce, ſe queritur derelictum, & ne deſperarent etiam in ultimis conſtituti, feſtinans in adiutorium illico adeſt, & re in arcto poſita non differt beneficium, ſed repente indulgentiæ celeris documentum eiuſdem ſtatuit & exemplum, latroni inquiens: Hodie mecum eris in paradiſo. Latrocinium damnationem meruerat Luc. 23.
& ſupplicium, ſed cor contritum pœnam mutauit in martyrium, & ſanguinem in baptiſmum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem, & ſtatim conſummatus ciuis ſanctorum & domeſticus dei permiſſus eſt in regnum reconciliationis humanæ, priuilegium ſecum ferens ad ſuperos, quod deo patri tantæ legationis fungens honore, in ſeipſo ſcripturæ huius experimentum continens, libero & ſecuro aditu penetrans, præſentauit. Quid tu domine amplius Stephano contuliſti? quid amplius ille obtinuit dilectus tuus, qui ſupra pectus tuum in cœna recubuit? quid amplius Pauli meruere ſudores? quid labores ſanctorum? quid tot annorum tormenta? quid martyrum plagæ? Vna hora huic collatum eſt præmium, ad quod illi per tot diſcrimina peruenerunt. Sic tu domine armentarios ſtatim facis prophetas, opiliones reges, telonearios apoſtolos, piſcatores doctores. Neque ab his quos ſanas lente languor abſcedit

Dei gratia & charitas omnes recipit.

abscedit, sed illico quem restituis ex integro, conualescit, quia consummatum est quod facis,& perfectum quod largiris. Hanc dei gratiam recolens, qui de sacro calice bibit amplius sitit, & ad deum uiuum erigẽs desyderium, ita singulari fame illo uno appetitu tenetur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula,& omnis sapor delectamentorũ carnalium sit ei quasi rancidum,radensq; palatum acutæ mordacitatis acetũ. Ad hæc inter sacra mysteria ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite,mundicia cordis adepta, se intelligens consummatum,restitutus peccator sanctificatam deo animam quasi depositum custoditum fideliter reddit, & deinceps cum
Galat. 2. Paulo gloriatur & lætatur dicens: Viuo iã non ego,uiuit uero in me CHRISTVS.Hæc in CHRISTI commemoratione retractãtur à fidelibus,& defecatis animis carnis eius edulium non est horrori, sed honori, potuq; sancti & sanctificatis sanguinis spiritus delectatur.Hæc quotiens agimus,nõ dentes ad mordendum acuimus, sed fide syncera panem sanctum frãgimus & partimur,dum quod diuinum,& quod humanum est,distinguimus & separamus,itemq; simul separata iungentes unum deum & hominem fatemur.Sed & nosipsi corpus eius effecti sacramento & re sacramẽti capiti nostro connectimur & unimur,singuli alter alterius membra,ministerium dilectionis pro inuicem exhibentes,communicamus charitate, participamur solicitudine,eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes qui de petra spiritali profluit & emanat, qui cibus & potus est dominus noster Iesus Christus.

SERMO DE ABLVTIONE PEDVM.

Ioan.13. Christi humilitas.

IAm sacramenta corporis sui apostolis dominus distribuerat,iam exierat Iudas, cum repente de mensa surgens,linteo se præcinxit, & ad genua Petri lauaturus pedes eius, ipse genibus flexis dominus seruo consũmatæ humilitatis obtulit famulatũ. Et ne quid cõsummationi doctrinæ deesset, interfixa & immobilia præcepta, & ea quæ moueri possunt & repeti,distinctionem posuit, ut cæteris immutabiliter semel statutis,ultima lauacri species,quotidianis expiationibus cõmodata commendaretur fidelibus. Et sicut lex per singulas offensiones propria sacrificia requirebat,unum figeretur fidei Christianæ remediũ,ad quod curreret, quotiens se cognosceret offendisse. Quod quidem Petro nondum fuerat reuelatum,quippe qui huius traditionis nondum audierat disciplinam. Docetur ergo quæ sit baptismi & aliorum sacramentorum stabilitas, & quãtum ad expiationẽ proficiat humilis pietas & pia humilitas, & quomodo omni tempore prosequenda & repetenda sit ablutio pedum, per quam recte cognitam & intellectam adhærentes animæ sordes, quotidiana satisfactione
Sacramenta quæ nõ iteranẽ lauantur.Nam baptismum repeti, ecclesiasticæ prohibent regulæ, & semel sanctificatis

ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere. Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renouat, nemo ſacro oleo lita iterum linit aut conſecrat, nemo impoſitioni manuum uel miniſterijs derogat ſacerdotum, quia cõtumelia eſſet ſpiritus ſancti ſi euacuari poſſet quod ille ſanctificat, uel aliena ſanctificatio emendaret quod ille ſemel ſtatuit & confirmat. Ipſe ſummus ſacerdos ſui eſt ſacramẽti inſtitutor & autor, in cæteris hoies ſpiritũ ſanctũ habuere doctorẽ, & ſicut par eſt ſpũi ſancto & CHRISTO diuinitas, ita in ſuis inſtitutis æqua eſt autoritas & poteſtas, nec minus rarũ eſt quod dictante ſpiritu ſancto apoſtoli tradiderunt, quàm quod ipſe tradidit, & in ſui cõmemorationẽ fieri præcepit. Manet ſingulis propria dignitas, & uniformis in ſuo genere ſtat actio omnium, nihil addi, nihil ſubtrahi, nihil poteſt corrigi uel mutari. Ornata & honorata erat eccleſia qua ſi paradiſus in amplitudinis ſuæ umbilico fontem continens gratiæ ſingularis, flumina creans in uitam æternam ſalientia, uiuam habens originem & decurſum perennem. Hinc egredientia quatuor euãgelij flumina per uniuerſum mundum ſecum regenerationis euehunt lauacrum, & de abdito & ſecretiſſimo ſpiritus ſancti munere huius gratiæ liquor emanat, ſic lauans quos parentalis labes infecerat, ut nec actualis, nec originalis macula, aliqua ſui poſt ablutionẽ illam ueſtigia derelinquat. Præteritis lotis uita deinceps arbitrio eſt proprio deducenda, ita tamen ut actualibus aliquando recrudeſcentibus iam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxius ſit cui ſemel illa ſunt in baptiſmo indulta. In originalibus enim corruptio naturæ abijci & exterminari meruerat, ſed quia non erat uoluntas in culpa, prouidit deus generali damnationi remedium, & ſuæ ſententiam iuſtitiæ temperauit hæreditarium onus à ſobole remouens, & miſericorditer ablutione & unctiõe medicinali corruptionis primitiuæ fermentum expurgans. Sed in eos qui poſt indulgentiæ huius gratiam uoluntarij per peccata euagati ſunt, qui proprio abutuntur arbitrio, & uoluntate non neceſſitate ducuntur, indignatio & ira non immerito redit, nec in morte CHRISTI aliquis eis ſupereſt quæſtus, ſed iuſtiſſime eos beneficia contẽpta condẽnãt. Nunc contemptum ſuum non ſtatim ulciſcitur deus, nec per ſingulas offenſas iudicantis ira diſcurrit, nec obſtruſit fonti miſericordiæ ſuæ oſtia meatuſq; multiplices, ſed obuiat fugientibus & cogit regredi deſperatos, oſtendens eis pœnitentiæ uiam qua nulla latior inuenitur, & reuerſis dat ut iterũ eis poſſint ſacramenta iniuriata prodeſſe, quorum ſi pœnitentia non ſubeſſet, nullo modo deinceps experiri poſſent effectum. Propter hoc benigniſſime domine pedes lauas diſcipulis, quia poſt baptiſmũ & euchariſtiã quæ ſui reuerentia nõ patitur iterari, aliud lauacrum procuraſti quod nunq; debeat intermitti, tamen ipſe quod doces facis, ut quanti quæſtus hoc opus ſit ex tua bonitate diſcamus, & inclinata ad pedes noſtros altitudine tua ſtans

Subindicat baptiſmi ſacramentũ à Chriſto inſtitutũ & alia quædã ab apoſtolicis uiris.

Originalis macula baptiſmo abluitur.

aduerſus,proximus & erigens ſe contra deum,confundatur ſuperbia homi
Extaſis ſiue ecſtaſis dicit̃ ſtupor ſeu mẽtis exceſſus. num,& ad humilitatem dei nouerit de ſe humilia ſapere lutum.Pauent diſcipuli,nec audent obloqui,& quaſi ecſtaſis teneat eos, uel mens aliâs rapta peregrinetur,nec magiſtro reſiſtere,neq; quid hoc ſit,uel cur fiat inquirunt.
Ioan. 6. Solus Petrus ſciens quia perhibuerat ei teſtimonium quod filius dei uiui eſſet,& quia uerba uitæ æternæ haberet,iudicans apud ſe indignum & incõ ueniens ſanctum ſanctorum flectere genua ad pedes peccatorũ.Neutiq;
Ibidem.13. inquit,tu mihi pedes abluis,& huius humilitatis ſuſtinere obſequium non eſt noſtrũ,qui adorare debemus in loco ubi ſtant pedes tui,& ſatis eſt nobis quod ſicut catuli de menſæ tuæ reliquijs manducamus, hoc in muliere peccatrice aliquando paſſus es, nec dedignatus es in menſa ſolenni multis conueſcentibus infamis perſonæ ſuſcipere famulatũ, cuius deuotio uſa eſt ibi capillis pro linteo, oculis pro catino,lachrymis pro baptiſmo, tetigit, lauit,& unxit unguento.Mactata intrinſecus anima propriũ in ſancta ſanguinem intulit,ſingula ſuum præbuere miniſterium, cor contritum erupit in lachrymas,fides lauit,charitas unxit.Hæc multa in conſpectu tuo congerens holocauſta,de fonte cordis fletus hauſit quos protulit: de pœnitentiæ pixide unguenta quæ obtulit,caputq; pro ſupedaneo ſtrauit,crinibus circũfuſis pedes ſacros inuoluit & terſit.Nihil ſibi de ſe retinens totam ſe tibi deuouit,& tu affectum potius quàm factum attendens,ungebas ungentem, abluebas lauantem,tergebas intrinſecus pœnitentem.Superbo oculo Symon leproſus hanc clementiæ tuæ diligentiam non poterat intueri, ſed moleſte ferebat quod tãgi ſe ab huiuſmodi perſona dominus ſuſtinebat. Qui ſi lepræ ſuæ te attenderet mundatorem,non dedignaretur ſi de plenitudine gratiæ tuæ alij accipiant,ſi lauas immundos, ſi iuſtificas impios, ſi reuocas exules & abiectos.Honor tuus deus iudiciũ diligit,& æquum eſt ut omnis terra adoret te,& in nomine tuo omne genu flectatur,uerũ quod tu ante figmentum tuum curuaris,quod ſeruis pedes abluis,non competit maieſtati.Habebat in excuſatione ſua zelum dei Petrus, ſed non ſecundum ſcientiam,& tolerabile aliquo modo uideretur quod humilitas ſuggerebat ſi nõ
Ioan.13. obſtinatio reſiſtere præceptori niteretur.Non lauabis,inquit,mihi pedes in
Matth.24. æternum.Ego ſi oportuerit me mori tecum,paratus ſum.Hoc enim debeo. hoc amplector. Pro te libenter ceruicem porrigo percuſſori,ſed deum meũ & dominum meum ad pedes meos proſtratum non patior,non audeo ſuſtinere.Simili modo & Ioannes uenienti domino ad baptiſmum tentauit reſiſtere,ſed manſuetius increpatus illico obediuit, & quia ſuper hoc etiam reſponſum acceperat,licet territus acquieuit.Sed differentiam cauſæ huius Petrus intelligens,lauare magiſtrũ & obſequi ei tolerabile iudicabat.Lauari aũt ab eo & tantã humilitatis eius pati deiectionem,ita uidebat indignũ ut omnino cogi non poſſet, niſi interminatio periculoſiſſima coarctaret.

Ait

Ait ei dominus: Nisi lauero te non habebis partem mecum. Paulatim my- Ioan.13.
sterij huius declaratur necessitas, quam cõditio proposita ineuitabilem red
dit, & si cum CHRISTO aliter partem habere non possumus nisi ipse pe-
des nostros abluat, quandoquidem sic arctatur consensus, lauet & tergat, &
sacramenti huius nobis uirtutem exponat. Supra diximus semel lotos ba-
ptismate eodem lauacro ulterius non egere, sed hoc lauacrum quotidianis
est excessibus institutum, & iugis retractatio usq; ad nouissima ueniens,
omnia debet opera & cogitatus singulos perscrutari, & affectus per uitia di
scurrentes, uagam instabilemq; animam per inania euehentes corrigere &
lauare, nec quicq; in uita prætermittere indiscussum, quod gemitibus & su-
spirijs non fuerit expiatum. Hoc, cum dominus suos usq; in finem discipu-
los dilexisset, in fine statuit, & dixit neminem posse habere perfectam ablu
tionem nisi hac sollicitudine muniatur. Mandatum igitur simul & exem-
plum complexus est, ut hoc exemplo instructi non dedignarentur in alteru
trum agere quod actum est à magistro, & mandato posteris religionis au-
toritas firmaretur. Vnde & subiungit: Si ego dominus & magister laui ue- Ibidem.
stros pedes, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Non erubescat seruus
si facere iubet quod prior fecit dominus, nec difficile nobis esse debet si sicut
ille nobis donauit, & nos inuicem condonamus, quia alter alterius onera cõ
portantes sic legem CHRISTI implemus. Quotiẽs igitur cohortamur pusil
lanimes, & his q Pharaoni in luto & latere famulati sũt psuademus, ut exe-
ant de Aegypto, quotiẽs cum infirmis infirmamur, & cum his qui scanda-
lum ferunt urimur, quotiẽs cum afflictis gemimus, totiẽs inhærens lutum
peccatorum qua possumus sollicitudine lauamus, non quod nostra ablu-
tio ex nobis sufficiat, nisi ad lauandum oĩi tempore nos pius magister ac-
cedat. In hoc se periculo fluctuantem laborans in Canticis canticorum con-
queritur: Laui, inquit, pedes meos quomodo inquinabo illos? Quod ablu- Canti. 5.
tum est timet iterum inquinare, sed in uia lutulenta uix aliquid solidum ubi
pedem figat inuenit, & in quibus sæpe prouoluta est, paludum inquinamẽ-
ta formidat. Clementissime magister quotiẽs ego doctrinæ tuæ transgres-
sus sum regulas, quotiẽs edicta tua domine sancte cõtempsi: & cum diceres
mihi, reuertere, nõ sum reuersus, cum minareris, non timui, cum bonus es-
ses & lenis, exasperans fui, ultra septuagiessepties in cœlũ & coram te pecca
ui, quis tot sordes abluet? quis abradet stercora conglobata? Quicquid di-
cat Petrus, necesse est ut ipse nos abluas, neq; enim lauare nos possumus,
sed in omnibus quæ agimus indulgentiæ tuæ lauacro indigemus. Ad men-
sæ tuæ participationem Iudas proditor est admissus, sed ab hoc lauacro sa-
lutari exclusus lauari in fine non potuit, quia apostolatus sui honorem de-
testabili cupiditate fœdauit. Quia uero apud te fons uitæ est & miseratio-
num quæ à seculo sunt profunditas infinita, quos abluisti baptismo, quos

lauasti sanguine tuo, quos semper lauas quotidiana peccata donando, trās fer à paludibus seculi huius, & luto uitæ præsentis ad prægratissimum gloriæ tuæ regnum, ubi nec scabies ulla, nec lippitudo, ubi nemo fluxū sanguinis patiens, nemo immundus, ubi nullo amplius opus est lauacro, configurato corpori claritatis tuæ: corpore nostro, secundum promissa tua, necesse est ut impleas, & qui incepisti in nobis opus bonum perficias solidesq; , per CHRISTVM dominum nostrum.

DE VNCTIONE CHRISMATIS ET ALIIS SACRAMENTIS.

DIes ista multiplicibus mysterijs honoratur. Hac die primū commendata est nobis fractio panis, & mensa ecclesiæ panem angelorum hominibus proposuit ad manducādum. Hodie CHRISTVS pedes lauit apostolis, & hoc solēni deuotione omni tempore agendum instituit. Hodie in ecclesia cum cæteris unctionibus ad populum acquisitionis sanctificandū, in participationem dignitatis & nominis, sacrum chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum, regiæ & sacerdotalis gloriæ exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis, diuinitus est unctio instituta. Hodie reconciliantur ecclesiæ peccatores, & eiecti foras ad matris ubera reducuntur, & exclusi à cœtu sanctorum ad cōmunionem qua caruerant reuertūtur. Hodie patent carceres, & damnati libertate donantur. Seueritate deposita hodie iudices mansuescunt, & undiq; coniugata pietatis negocia, quasi abortiuas traditiōes antiquas sepeliunt, & Christianæ religionis parturiūt nouitatē. Mortuus quippe est Moyses, & ueteris literæ putruerunt ænigmata, à facie noui olei desiccatæ sunt unctiones antiquæ, tota ueteris instrumēti incōpacta est strues, tabernaculū demolitum, arca ab allophylis rapta, totus templi decor ad Assyrios est translatus. Neq; enim decebat ut Christiana religio ornamētis uisibilib⁹ occupata in manu factis delectaret̄, sed ipsa tabernaculi consumptio & templi ruina, & sancta in rapinam exposita, excellentioris gloriæ intimarent stabilitatem, & manentia in perpetuum sacramenta: cultores suos ad intuitum inuisibilium informarent, & abstractum à corporalibus desyderium nostrum: cœlestis templi concupisceret & ambiret decorem, cuius nec antiquatur, nec senescit religio, in quo lucerna inextinguibilis sine fine coruscat, ubi sanguis animalium nō infertur in Sancta, nec sunt hæreditariæ successiones pontificum, uel uni Leuiticæ tribui ministeria assignata, sed de omni tribu & gente & lingua quos dignos & idoneos diuina probat electio, secundum uitæ non generis meritum statuit sacerdotes, quibus calicem sanguinis sui inexhaustæ plenitudinis abundantia semper refertum, conseruandum tradidit & erogandum, cuius aspersione & cōmunione intus & extra corda & corpora mundarentur. Hodie ut diximus

ungu entū

unguentū ad ſanctificationem paratur,cuius fragrantia adoleſcētulæ & no uellæ animæ accedentes ad fidem illectæ delectantur,& exinanitionis eius ſuauitate delibutæ diligunt,& ſequuntur aromatū largitorem,& uſq; ad regis accubitum ſpiramine illo trahuntur, & poſt odorem illum ubiq; deſiderio ſancto perurgente ſitibūdæ diſcurrūt. Nihil hoc oleum cōmune habet cū liquoribus qui ex quorūdā fructuū pinguedine exprimūtur,nec uis eius eſt craſſitudine penetratiua,quæ ſecūdum quaſdā naturales rationes emollit & temperat ſpiſſamenta humorum quos ſolet intrinſecus aſtringere ſiccitas aliqua,uel corruptio conglobare.Non hæc medendis corporibus eſt unctio inſtituta,quia ſanctificatis elementis iam non propria natura præbet effectum,ſed uirtus diuina potentius operatur,ſed adeſt ueritas ſigno & ſpiritus ſacramento,ut & ipſis rerum efficientijs gratiæ dignitas pateat,& interiori homini quanta ex his detur autoritas deiformi conuerſatione & cœleſtibus moribus innoteſcat.Hoc oleo antiquitus ſacerdotes ſacrabātur & reges,& ipſi altarium lapides delibuti,ſpiritualem intelligi uolebant ſacris myſterijs ineſſe pinguedinem.Et ſicut oleū fluentis & humidis quibuſlibet ſuperfertur,ita excellentia ſacerdotalis & regiæ dignitatis ſecundum formam dei & CHRISTI ſub ſe omnia continens,regimen & munimen tam actiuæ quàm cōtemplatiuæ uitæ obtinet,& ex hoc humore conſtat deſcendere oēs gratiarum diuiſiones quas ſpiritus ſanctus prout uult,ſingulis diſtribuit & largitur.Ex huius unctionis beneficio & ſapientia nobis & intellectus diuinitus datur,cōſilium & fortitudo cœlitus illabitur,ſciētia & pietas & timor inſpirationibus ſupernis infunditur.Hoc oleo uncti cum ſpiritualibus nequitijs colluctamur,nec fœtoribus ſpurijs imbui poſſumus,qui balſami ſpiritualis odore fragramus.Hoc oleum à creditorum uſuris ſub Heliſæo prophēta mulierem pauperculam liberauit.Hoc Heliæ tempore Sareptanā pauit,nec lecythus trina effuſione defecit. Hoc oleo Iacob lapidem quem ſuppoſuerat capiti unxit,& familiari mandato eruditus inter ſacramenta aſcenſionum & deſcenſionum & diſcurſus angelicos innixum ſchalæ ſublimi uidens deum,quid uirtutis hæc haberet unctio intellexit.Moyſes hoc oleo tabernaculum & ſacra uaſa perunxit,& ſuper caput Aaron tanta abundantia fudit ut uſq; in barbam eius deſcenderet,& ſuper oram ueſtimenti manaret.Samuel quoq; ad reges initiandos ſine oleo non accedit,& uſq; ad defectum & reprobationem carnalium ceremoniarum in populo illo huiuſmodi perſeuerauit traditio,ſed uaſis Iudaicis deficientibus defecit gratia & ſtetit oleum. Impletis uaſis prophēticis & ſanctis regibus ad patres appoſitis,in apoſtaſiam & diſcolatū uerſum inſtabile uulgus,in ſe non retinuit locum quem poſſet ſpiritus ſanctus inhabitare,& uaſa amurca plena non ſuſcepere liquorem,ſteteruntq; in ſummo feces,quæ longo ſitu induruere, & ubi domicilium religionis fuerat ſterquiliniū peccati computruit. Nec tamē ceſſantibus his quæ ritu antiquo inoleuerant,cum iam in populo Chriſtiano circūciſio

Chriſmatis beneficia.

4.Reg.4. 3.Reg.17. Gen.31.

Exo.29.

1.Reg.10.

no circũciſio uideret dãnabilis,& ſacrificia idololatriæ imputarent,unctiõis myſteriũ religio Chriſtiana cõtempſit,ſed cæteris generali ſanctorũ cõſenſu damnatis nõ ſolũ in regibus & ſacerdotibus unctionis honor permãſit, in oẽm populũ catholicũ effuſa eſt huius gratiæ plenitudo.Et ſicut CHRIſTVS à chriſmate dictus eſt,eo quod ſingularis excellẽtiæ oleo unxerit eũ deus,ita & participes eius q̃tquot ſũt,cõſortes ſint tã unctionis q̃ nois,& dicãtur à Chriſto Chriſtiani,ut ſint ſui Chriſto duce rectores & duces,& offerant deo quotidianũ ſacrificiũ,ordinati à deo ſanctimoniæ ſacerdotes. Nec immerito huic diei aſſignata eſt tanti operis cauſa,& ex hoc ſacramẽta hæc obtinuere initiũ,quo hodie in ſacramẽto,calicis Chriſti & eccleſiæ unitas,in lauacro pedũ concors ſocietas, & donãs inuicem charitas & ſubiecta humilitas,in unctione Chriſtiani nominis dignitas & excellentiæ ſpũalis ꝓpriæ data eſt & cõfirmata filiꝭ adoptionis perpes autoritas & dignitas perſeuerans.Dedit itaq; dñs noſter in mẽſa,in qua ultimũ cum apoſtolis participauit conuiuiũ, ꝓpriꝭ manibus panẽ & uinum,in cruce uero manibus militũ corpus tradidit uulnerandũ,ut in apoſtolis ſecretius impreſſa ſyncera ueritas & uera ſynceritas exponeret gẽtibus,quõ uinũ & panis caro eſſet & ſanguis,& q̃bus rationibus cauſæ effectibus cõuenirent,& diuerſa nomina uel ſpecies ad unã reducerẽtur eſſentiã,& ſignificãtia & ſignificata eiſdẽ uocabulis cẽſerent.His gratiæ ſupnæ priuilegiꝭ eſu ſanctificati panis refecti,loti,& uncti,nõ eam quã amiſerant,ſed ampliorẽ & digniorẽ recuperãt libertatẽ,& eiecti de paradiſo nudi ad lignũ uitæ hodie reuertũtur ueſtiti,reddita ſtola & anulo prolato in mediũ,& recõciliãtur matri eccleſiæ quos inobedientiæ malũ foras expulerat,& cherubin flãmeũ gladiũ ab introitu tranquilli ſtatus & innocuæ conuerſationis amouit.Hodie in terra maledicta relictis raſtris & graui uomerũ pondere,& ſtimulis fatigatorũ boum cruore ꝓfuſis, deterſo ſudore uultus exuſti caloribus ad paternã domũ exules reducũtur, & egreſſus obuiã reuertenti filio lætabũdus pater clemẽtiã improperio nõ corrũpit,nec indulgentiã fœdat cõuicꝭ,ſed bonitatis ſuæ honorat magnificentiã,& hilaritate magnificat largitatẽ.Reſonant in ſuſceptiones huius ſolẽnis muſica inſtrumẽta,& cõmunis iubilatio pari cõſonãtia patri miſericordiarũ gratias agit,cuius imperio antiquã prædã euomunt inferi,ligãtur dæmones,& diruptis ferreis nexibus diu quaſſati liberi reuertunt.Hæc dies nocti illi cõtigua eſt,qua abſolutiõis noſtræ negociũ dñs inchoauit,qua à principibus ſacerdotũ ad Romanũ præſidẽ ductus iudex omniũ ſuſtinuit iudicari,paſſus eſt rex illudi,& uita occidi, deſcendẽsq; ad inferos captiuã ab antiquo captiuitatẽ reduxit, hoc eccleſiæ ſuæ hodierna traditione exemplũ relinquẽs,ut fieret in eccleſia abſolutio peccatorũ, & hæreditati redderent eiecti,& præcedẽtibus beneficiꝭ quæ ſupra enumerauimus libertate donarentur pœnitẽtes qui ſecundũ merita(niſi gratia ſubueniret)fuerãt cõdẽnati. Et omnino cõuenit ut eo tẽpore quo Chriſtus captiuos eduxit ab inferis,recõciliati

Chriſtꝰ à chriſmate dictus.

ciliati peccatores ad ecclesiã reducãtur,& quo cõfracta sunt infernalis repagula carceris,iudiciaria seueritas mãsuescat,& quo ab infernalibus tormentis cessatum est,humana supplicia crudelitatis horrorem deponant.

DE PASSIONE CHRISTI.

DOmine audiui auditũ tuũ & timui. Terruit me cũ appropinquaret traditor Iudas & immineret passiõis hora, q̃d dixisti ad patrem: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Et tristem te usq; ad mortẽ,præ nimia anxietate sanguineo sudore perfusus corã apostolis es ꝓfessus. Audiẽs hæc ego expaui. Quis em̃ non timeat,si timet ille quẽ oĩa timẽt,si paueat ille cui omne genu curuat̃,si ille q̃ mors est mortis,& morsus inferni,morte ꝓpinquãte pertimescit? Nõne ad hoc ueneras,& ita futurum ipse prædixeras? Nõne hoc & signa,& oracula,& uaticinia ꝓphetarũ à mũdi initio cõclamarũt? Si uolũtarie obedisti patri,& nõ te ut patereris coẽgit necessitas, quid quereris? q̃d causaris? Nõne tu docueras & instruxeras fideles tuos,ut nõ timerẽt eos q̃ corpus occidũt,quia usq; ad animã tyrãnica uiolẽtia nõ attingit. Sed metus ille infirmitatis hũanæ cõmunẽ exprimebat affectũ,& generalitatẽ omniũ in carne uiuentiũ hoc dolore urgeri, & dissolutionem corporeæ spiritalisq; naturæ hac molestia nõ posse carere, & hãc pœnã uniuersæ successioni Adã sine exceptione impositã,ut difficultas extremi trãsitus timeret̃. Et hæc quidẽ molestia in eos q̃ dei iudicio rationẽ reddituri occurrũt,nõ immerito cadit,q̃ de eo q̃d beneficio uitæ & ratiõis,& reliq̃rũ largitate munerũ abusi sunt accusante cõscientia redarguti,examen illud in q̃ nullũ est subterfugiũ timẽt,& ipa auulsio spũs,carnis tenerĩtudinẽ dirũpit & lædit,hãc nemo anxietatẽ euasit,& nemo egrediente anima sine amaritudine expirauit. Sed tu dñe q̃ iudex es omniũ,qui potestatiue ponis animã tuã,& potestatiue resumis,nec pœna te ex necessitate ꝓsequit̃,nec formidabilis patris tibi potest esse cõspectus,q̃d anxiaris? q̃d tremebũdus ad orationẽ discurris? Dormitãtibus apostolis peruigil ꝓditorẽ expectas,nec tñ te abscõdis,sed obuius in aduẽtũ eorũ ꝓcedis q̃ te ligare ueniũt,& trahere ad Pilati tribunal,q̃s Iudas signifer instructa malignitate p̃cedit. Audiui dñe auditũ tuũ & expaui,dũ quæris à quærẽtibus te q̃d quærãt,cũ noueris q̃ te quærãt. Et dixisti eis te esse Iesum Nazarænũ. Inuasit illico timor tuus eos quos tu timueras,& prostrati solo iacuere exanimes,& armatã cohortẽ uox unius hominis terruit,& latẽs in hũanitate oñipotẽtia te discipulis pauidũ corã ꝓsecutoribus terribilẽ exhibebat. Sed ut fieret uolũtas patris,& sacrificiũ carnis à timore & tristitia inchoaret, suberãt uictimæ desolatorij carbones,quos obediẽtiæ liquefactus adeps extinxit,& cũ traheret̃ uinctus ad p̃sidẽ nõ supplicauit apparitoribus, sed Petri cõpescuit zelũ,nec gladiorũ pasſus est adhiberi suffragia, imò & Herodis & Pilati contẽpsit fastigia,nec potuit altitudo potestatũ extorquere ad interrogata respõsum. Iã postposito

Abac.3.

Matth.26.

timore q̃ſi utens potẽtiori autoritate inter ſputamẽta & colaphos & reliqua ludibria patientia & mãſuetudine ueſanas perſecutorũ mentes cõturbat, & in eo quod inter iniurias & conuicia ſe malicia Iudaica ſentit contemptã ue hementius exacerbatur, & de impietate & malicia ſuauitas pietasq; CHRISTI triũphat, fruſtra funeſtas iudex manus in prætorio abluis, à ſanguine dñi te profitens innocentẽ. Tuipſe cauſam mortis cũ diligenter inquiſieris, te nõ inueniſſe in eo fateris, ipſa coniunx tua nihil tibi & iuſto huic eſſe mãdauerat, quod utiq; per os eius dæmonia imminere ſibi iudiciũ ſententia teſtabãtur, nõ excuſas ſed accuſas, cauſam tibi facis cum Iudæis cõmunem. Illi ſe proditione, tu parricidio te condemnas. Illi lingua, tu ferro occidis, tam tẽ q̃ illos inauditæ crudelitatis ſcelus inuoluit. Veniet anima tua in manus iudicis quẽ condẽnas, fractisq; tribunalibus tuis iudicaberis, & demergeris in profundũ inferni, eruntq; tibi & Iudæ ſcelerato in tenebris & gehennalibus flammis penè irremediales, incõſumptibiles ignes, dolores perpetui, & tormenta æterna. Et quidem filius hominis, ſicut ſcriptũ eſt de illo, uadit, q̃ damnatus eſt ut liberaret damnatos, doluit ut ſanaret infirmos, timuit ut faceret ſecuros, opprobria pertulit ut impropria detrahentiũ non mouerent electos, deputatus inter impios, quorum alter aſſumptus, alter reprobatus eſt, ut daretur exemplum & forma indiſſolubilis manens in poſteros, quia nec in ultimis dei clementia pœnitẽtes excludit, nec ulla hora ſera eſt, cui cõpunctio diſtricta occurrit, nec eos qui uitæ ſuæ quocũq; articulo tẽporis uenerí ſunt iudices iterum iudicari, quia cum iudicis & tortoris uices non parcẽs peccator aſſumit, ſemetipſum perſequens dum confeſſionẽ confuſione honorat, holocauſti huius incenſio in conſpectu dei ueniam impetrat. Neq; enim bis in idipſum iudicat deus, ſed impœnitentes ipſe iudicat & damnat, pœnitẽtes uero, quia à ſeipſis ſuſcipit iudicatos, abſoluit, neq; iudicio quod pœnitentiæ humanæ ſeueritas protulit, aliquid iuſtitia cœleſtis apponit. Iudicati ſunt Aegyptij cũ in redeũtibus ſuper ſe maris fluctibus inuoluerẽtur, iudicati Sodomitæ cũ ſubuerſis eor̃ urbibus flãmis ſulphureis cremarent, ſed in eiſdem ſubuerſionibus gemerẽt pœnitẽtes, temporali pœnæ æternalis nõ ſuccederet pœna, ſed eſſet eis ꝓ remedio ſuppliciũ, & pro abſolutione tormentũ, nec cõtritos corde æternũ contereret & aggrauaret iudiciũ. Sic in cruce latro confitens nõ tantũ indulgentiã meruit, ſed CHRISTI familiaris effectus, præmiſſus eſt in paridiſum, & factus eſt particeps regni, per confeſſionem factus collega martyrij. Illi uero blaſphemo, quia de dñi deſperauit potẽtia, nulla potuit ſubuenire clemẽtia, nec potuit illi crucis ꝓdeſſe cõſortiũ cuius malitia nõ expiabat pœnitentiæ lauacrũ. Aſcendiſti dñe palmã, quia illud crucis tuæ lignũ portendebat triũphũ de diabolo uel de principatibus & poteſtatibus & nequitijs ſpũalibus uictoriã, erãtq; in manibus tuis duo cornua in quibus erat fortitudo tua abſcõdita, & imperiũ tuũ ſuper humerũ tuũ, tuipſe patibuli tui baiulus hærebas ligno quod tuleras, euectionis & passionis

Matth. 4.

Impœnitentes iudicantur & damnantur.

passionis anxietates sustinens & labores. Considerauí opera tua & expauí. Clauis sacros pedes terebrantibus fossisq; manibus, de uulnerũ anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus nõ quereris, sed satagis ut innotescat posteris quare derelictus à deo uidearis expositus contumelijs & Iudæorum ludibrijs. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædixerat, & Caiphas mortẽ tuã pro inimico populo satisfacturã, cũ esset anni illius pontifex, prophetauerat, tu de morte nõ agis, de opprobrijs non cõtendis, sed hoc uis intelligi quæ sit causa mortis, quis quæstus, ut utraq; re cognita peccatũ appareat & gratia, & quãti ponderis sit utrũq; rerũ, ꝓbet effectus, cũ originali morti nullum nisi in CHRISTI morte potuerat esse remediũ, nec reconciliare deo potuit exules & damnatos quælibet oblatio nisi sanguinis huius singulare sacrificiũ. Et sine hoc holocausto poterat deus tantũ condonasse peccatũ, sed facilitas ueniæ laxaret habenas peccatis effrenibus, quæ etiã CHRISTI uix cohibẽt passiones, quæ uix sceleratos animos à uoluptatũ fece auellunt. Vulneri sanè tã putrido, & antiquarũ cicatricũ fœtori nõ inueniebat medicamentũ cõueniens, nisi unguẽto sanguinis huius plaga uetus liniret, & malagmate carnis in cruce extẽsæ siccarent uenena quæ calcaneo primi hominis & omni posteritati eius serpens ille seductor antiquus infuderat, hæc una medela corrosit illas quæ in immẽsum excreuerant cicatrices, & uim suã cõcupiscentiarũ perdidit corruptela, & deleta dãnationis cõscriptione nouis literis assignata est restituta libertas, priuilegio dato charta indulgentiæ sigillo plagæ lateralis firmata. Cõsidero opera tua & admiror te cruci inter damnatos affixũ, iã nec tristẽ nec pauidũ, sed supplicioru uictorẽ eleuatis manibus triũphantẽ de Amalech, & quasi sanctificantẽ de excelso plebẽ & eleuatũ in sublimi, & quasi cœlo proximũ superioribus inferentẽ cõsummati agonis uexillum, & inferioribus erexisse scalã in patris occursum. Ibi dolorũ & cõuiciorũ immemor subtiliter inuestigas, & ipse exponis quare derelictus fueris, indicãs anxietates illius quærimoniæ uerba esse delictorũ tuorũ, quorũ personã & causam assumpseras, intantũ ut per Moysen & ꝑ apostolũ sustineres uocari peccatũ & maledictum pro similitudine pœnæ non culpæ, quod pro eis uoluisti intelligi qui deseri à deo propter peccata meruerãt, quorũ reconciliationis agebas causam, in qua allegator subtilis pro seruis seruilẽ non dedignaris accipere personã, & intantũ infirmis cõpateris ut nec crucifigi nec mori dũ illi uiuant, & te patrocinãte nõ pereant, nec erubescas, nec formides: altitudinẽ tuã derelinquẽs ad tempus gloriæ tuæ maiestatem euacuans, ut redeant dispersi & respirent derelicti. Hæc est causa quare derelictus sis, ut colligeret & reuocaret inanitio tua eos qui fuerant derelicti, & qui sine deo fuerant dum dominaretur eis peccatũ reducti ad iustitiam cõformes CHRISTI & CHRISTI efficerentur & dij: Vnde scriptũ est: Ego dixi dij estis. Cõsidero dñe te in illo patibulo ubi uidebaris sine adiutorio, quõ impatoria potestate latronẽ ꝑmittis ad regnũ, Psal. 81.

& in

& in cuius assumptione iam manifeste constat quantũ apud derelictos pro feceris, quorum primus iste gloria & honore coronatus, ipsa die paradisi ciuis & domesticus curiæ cœlestis efficitur. Impossibile quippe erat illam sanctam animam tuam teneri ab inferis, de qua ipse ad patrem dicis: Quia nõ derelinques animam meam in inferno, nec corrumpi carnem meã in sepulchro, quia ubi in præsentia illius effractis inferis est captiuata captiuitas, præsentata uictrice anima in conspectu patris ad corpus suum sine dilatione reuersa est & appropinquauerunt saluti, qui longe erant à salute, & inter mortuos liber morti obnoxios perpetua libertate donauit. Considero te in cruce de matre sollicitũ, cui uoléti loq tecũ cũ euãgelizares negaueras retro, actis diebus colloquiũ, & prætuleras matri auditores uerbi pauperes spũ, dicens, eos tibi esse pro matre & fratribus qui uolũtati patris obtẽperãt. Nũc materno moueris affectu, & thalamum hũanitatis tuæ cubiculario dilecto cõmendas, & prouides sedulo benedictæ inter mulieres apostolicã clientelã & obsequiũ uirginis, uirgini discipulo tradis, ut iam nõ Ioseph tãti mysterij, honoret̃ præpositura sed Ioannes, quia iã exigebat ratio ut coniugij remoueret̃ opinio, nec ultra pater CHRISTI æstimaret̃, q eatenus uicẽ patris & cõiugis tenuerat. Habebat Ioseph in hac CHRISTI dispositiõe rationabilẽ cõtradictionẽ, cũ alteri cõmẽdaret̃ Maria, si se cognouisset carnalẽ maritũ, sed quia in spũ actũ erat cõiunctionis illius mysteriũ, passus est Ioseph æq̃nimiter sibi eũ in hoc seruitio præponi, quẽ digniorem se iudicabat, & ideo maxime quia magistri electio sic negociũ ordinabat. Ad hæc sacerdotalis autoritas priuilegiũ in medio ꝓferens, mediator inter nos & patrẽ oras pro his qui ad dolorẽ uulnerũ tuorꝝ opprobria addiderũt, & pro inimicis impetras ueniã, supplicas & obsecras ut hæc eis iniqtas dimittat̃, & à morte tua habeãtur innoxij ipsi, qui sanguinẽ tuũ super se & super filios suos manere præcãtur, usq; adeo excæcati ut scelus suũ nõ intelligãt, nec odiũ CHRISTI ipsa mors crucifixi extinguat. Sed charitas tua interim suspendit iudiciũ, & reis ingratis cꝫ patiẽtiæ tua pœnitẽtia prouidet locũ tẽpus cꝫ reseruat, & differt punire dignos exitio, hæc orans, ut aperiãtur oculi eorum, & agnoscant quæ sit uirtus crucis, quæ efficiẽtia sanguinis, quæ magnitudo delecti & doni gratiæ & peccati. Tanta erat spissitudo uelaminis & crassitudo doctrinæ qua erãt Moyseos scriptura imbuti, ita erãt eorũ sensus hebetes & ingenia tenebrosa, ut in uerbis legis nihil diuinũ saperent, nihil aliud cꝫ exterioris umbraculi integumenta uiderent, neq; ad sacramentorũ secreta aliqua intellectus indagine penetrarẽt. Imò si quis eos uellet in sancta inducere & introducere in arcana profunda cꝫ mysteria, impiũ iudicabãt & stultũ mel in petra fugere, & de saxo durissimo oleũ eliquare. Dimissum est ergo CHRISTO orante peccatũ, & ex parte maxima cæcitas illuminata est, & malignãtiũ perfidia demũ credidit & intellexit, & de torculari crucis mustũ exꝑsit, accepit & bibit, & in calice quod ꝓpinarat Moyses uinũ merũ à fecibus segregauit

Ibidem. 15.

Io. 19.

Matth. 27.

gregauit. Ecce plus potuit donū q̄ delictum,& gratia quàm peccatū,quoniam ex debito damnationis obnoxios gratis ſine ullo merito gratia beneficio pietatis abſoluit,& iudicium imperante CHRISTO miſericordiæ dedit locum,& diſtrictionis ſuæ temperamentum iuſtitia domino diſponēte modeſte ſuſtinuit. Iam uidet Hebræus, & quicunq; de ſeruitute Aegyptia ad repromiſſæ patriæ libertatē anhelat,quod ſanguis CHRISTI efficacius q̄ ſanguis agni illius quē in Aegypto Iſraël immolauit,cōtrarias abigat potestates,cuius hodie tanta eſt autoritas & poteſtas,ut nō ſolū Iſraëlitica lumina muniat,ſed etiā ab his q Iſraëlitice nō uiuūt,ſolū ſacramēti ſignū repellat dæmonia,& ubicūq; cōſpecta fuerit terribilis ſit eis ſacri noīs uirt9& ſanguinis nota. Deniq; qcūq; ſint ſacramētorū miniſtri,qualeſcūq; ſint manus quæ uel mergūt accedētes ad baptiſmū, uel ungunt qualecūq; pectus de q̄ ſacra exeunt uerba,opationis autoritas in figura crucis omnibus ſacramētis largit̄ effectū,& cuncta peragit nomen quod omnibus nominibus eminet, à ſacramentorū uicarijs inuocatū. Et licet indigni ſint qui accipiunt,ſacramētorum tamen reuerentia & propinquiorem ad deum parat acceſſum,& ubi redierint ad cor conſtat ablutionis donum,& redit effectus munerum, nec aliâs quæri,aut repeti neceſſe eſt ſalutiferum ſacramentū. Iam ſanguis tuus domine non quærit ultionem,ſanguis tuus lauat crimina, peccata condonat. Clamat ſanguis Abel,clamant Sodomorum peccata, & parricidium, & libido digna ſunt ultione,tu olim ultionum deus,modo miſereris & parcis his qui offenderunt,ſanas contritos corde,& alligas uulneratos, filio prodigo reuertenti non improperas luxum,mulieri adulteræ non opponis proſtibulum,peccatricis publicæ non recuſas ſeruitium,debēti pecuniam dimittis depoſitum: Iudæis perfidis & dediſti gratiam, & dimiſiſti ſcelus ſcelerū, & peccatorum peccatum. De latere tuo fons egreditur in uitam æternā proſiliens,& de eadem conſubſtantialiq; origine diuiſis limitibus aqua & ſanguis emanant ad complementum,perfectionemq; totius iuſtitiæ, ſacramēta in perpetuum duratura & fontis illius ubertas perenni lapſu uniuerſam eccleſiam irrigat & fœcundat. Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ qua initiantur accedentes ad CHRISTVM undas haurimus,ſed & cōpunctionum & lachrymarum perennes effluunt riui,& miſericordiarum ſuauitas,& totius pietatis affectus emanat. Tu domine ſacerdos ſancte,qui in tēpore iracundiæ factus es reconciliatio,ſancti huius ſanguinis permanentē plenitudinem reliquiſti,& beneficium huius ſancti liquoris in perpetuum tradidiſti,& conſtituiſti nobis cōſumptibiliter potum uiuificum, crucis ſignum & mortificationis exemplū. Tu conſummatis omnibus uade ad patrē,& trahe nos poſt te,da nobis in uita præſenti ut ſimus ſine angaria baiuli crucis tuæ,& cōprehēdamus cū oīb9 ſanctis q̄d latitudo, q̄d lōgitudo, q̄d ſublimitas,q̄d ꝑfūdū huius ligni ſignificet,q̄ cōſpecto nō noceat nobis

neq;

neq; mordeat coluber ſolitudinis, ſed incolumes p omnia ſequamur te, tecũ paruuli ſimus, tecũ circũcidemur, tecum baptizemur, tecũ ieiunemus, tecum lotis pedibus panem angelorum edamus, tecum crucifixi mundo uiuamus, tecum, ſpiritu ſancto repleti, & corpore & ſpiritu in æternum maneamus. Qui uiuis & non ultra moreris in ſecula ſeculorum.

SERMO DE RESVRRECTIONE CHRISTI.

QVæſitis aromatibus ad unguendum dominum Ieſum in monumento poſitum ſacræ mulieres communicato conſilio conuenerunt, & repertis ibi ſine corpore ſudarijs, quẽ non inuenere putauere ſublatum. Nam & lapis reuolutus, & uacuum monumentum ſimplicibus animis coniecturas huiuſmodi opponebãt, quod corpus ſtrictum linteis niſi tranſlatũ eſſet moueri loco nõ poſſet, nec lapis magni ponderis niſi ui hũana nullatenus reuolui potuiſſet, unde & mane uenientes quomodo poſſet ab oſtio monumẽti lapis gyrari anxie cauſabãtur. Sed dominus qui inſpirauerat ut uenirent præuenerat uenientes, & egreſſus de ſedulchro uacuum locum reliquerat, apertoq; oſtio ingredi uolentibus liberum dederat aditum, & quaſi monebat ſe aliàs quæri qui illis anguſtijs nõ poterat occultari. Flebant igitur ſacræ fœminæ quæ eum cui obſequi uolebant ſe perdidiſſe putabant, & obriguerant mœſtitudine, eo quod deuotio ſua deſiderato fruſtraretur effectu. Habuerant ſiquidem eum ſicut prophetam nõ in-
Lu.24. feriores fide illis diſcipulis qui dicebant quod Ieſus Nazarenus uir prophe ta fuerat potens in opere & ſermone. Et licet de reſurrectione ſua ipſe tam apoſtolos quàm reliquos diſcipulos, in quorũ ſocietate iſtæ eſſe meruerant, magiſter prouidus inſtruxiſſet, incuſſerat tamen omnibus dubietatem & terrorem ſupplicium crucis & mortis atrocitas, nec tamen ab eorum cordibus auelli poterat dilectio qua ei adhæſerant, & recordatio ſignorũ quæ uiderant, & admiratio doctrinæ quam audierant, & conuerſationis piæ ad mirabilis ſanctitudo qua fuerant informati. Necdum firmo greſſu ibãt, ſed lababat pes dubitantium, ſed quærebant quem amabant, nec maligne deſperabant, unde factum eſt, ut quæſtum inuentionis dilectionis perſeuerãtia mereretur. Illæ itaq; primæ uiderunt & cognouerunt quæ ardentius dilexerunt, quæ deuotius quæſierunt, illæ ſermocinatæ cum CHRISTO, certificatæ quod ipſe eſſet q à mortuis reſurrexiſſet, nunciant Petro & cæteris q; CHRISTVS reſurgens à mortuis iam non moritur. Euangelizarunt uiuentem qui mortuus putabatur, nec iam ſepulturæ eius odoramẽtis corporalibus deſeruiunt, ſed aromatibus firmæ fidei, & certæ ſpei, & charitatis ſyncerę regnãti domino famulantur, & uirtutum fragrantiam non iudicato præſentant, ſed iudici. Lætantur apoſtoli quos mundus quaſi dehiſcens terruerat, & quaſi diſſolutione elementorum quaſſaretur omnia præcipiti ruina

ſterneret

sterneret, minas horribiles intētarat, solidatisq; & compactis cœlestibus & terrenis æterna redemptione inuenta, gratulabundi adorant quem reliquerant, credunt nec in aliquo hæsitant, assistunt quantum possunt ei à quo diffugerāt. Quem non fragor ille mundi terreret, quando terra tremuit, sol expalluit, & radios lucis suæ sol cōtenebratus abscondit? Ipsa monumenta lapides sibi superpositos proiecerunt, & indignata superior & inferior plaga tenebris & motibus & scissuris, compassionis suæ & uehementis angustiæ indicauerunt affectū, nec sustinuit intueri mundus perfidiæ Iudaicæ scelus, & uisa sunt insensata elementa sensu uti abundantiore q̄ homines, quibus secundum naturā ratio inerat, & crudeliores extitere feris abutentes intellectu, in tātum CHRISTI sanguinem sitiētes, ut seipsos maledictione æterna damnarent, & in paruulos suos anathematis illius reliquias immobili stabilimento firmarent. Sed ne in eorum scelere diutius immoremur, qui repulsi sunt & destructi in finem, quorum parricidalia uota seruitium & exterminium meruerūt, quos cū Dathan & Abiron, quos ob dissensionis flagitiū terra dehiscens uiuos absorbuit, constat in tenebris inferi sigillatos, ne tantarum abominationū recordatio paschalem serenitatē interpolet, circa solennitatis inclytæ gaudia deuotis & alacribus animis insistamus. Neq; em̄ fas est ut à nobis aliqua his diebus tristia recitentur, sed sicut filijs Chore datū est ut semper læta canerent & prophetarēt, & omnes psalmi eorū attitulati, nominibus gaudia prædicāt, nec aliqua minantur aduersa: ita nos ad CHRISTVM pertinentes, cuius sanguine conspersa creditur Adā caluaria, qui sub loco quo crux domini fixa est, humatus traditur ab antiquis, eiusdē sanguinis sanctificati elapsu, lætemur & delectemur in domino, nec iā amatoribus crucis mors magistri sit horrori, neq; pœna sit dolori, nec passio sit pudori, cū hæc omnia uitæ nostræ sint instrumenta, quia mors eius pro peccatis nostris sacrificium fuit, & pœna crucis excessibus pœna dignis occurrit, labor eius onera nostra deposuit, dolor eius nos sanauit, & damnatio indebita nos à damnatione æterna absoluit. Et si quid confusionis uisa est in tempore illo pati sancta eius humilitas rerū, hodie manifestat̄ effectu, quod Apostolus ait: stultū huiuscemodi sapientius esse hominibus, & infirmū fortius omni fortitudine, per qd̄ reprobata sapiētia huius mūdi, & de sapiētibus & potentibus in nomine crucifixi pauperes spiritu potētissime triumpharunt. Cantemus igitur domino, glorioſe enim honorificatus est. Liber populus egreditur de Aegypto, Moyse duce, mare fit peruium, columna flāmea nocte coruscans, Israëliticum antecedit exercitum, stat à dextra & leua mare suspensum, desiccato luto profundi, inoffensum abyssus dat transitum, & egresso populo dei, Pharaonem cum populo suo repentina mole illapsum pelagus interclu dit. Iam præcesserat agnus quem Israël in Aegypto immolarat, cuius sanguine limina rubricata percussor angelus non est ausus attin

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Numer. 16.

Exod. 15.

gere,nec exterminatoris gladium populus formidabat, cui & de ſpiritualibus nequitijs parabat uictoriam,illud ſine macula ſacrificium & mare diuiſum,& totum Aegypti robur extinctum. Primum illud antiquum paſcha his miraculis coruſcauit,& excluſo fermento, præceptum eſt ut horum dierum celebritas ageretur in azymis, nec ſolennitatis huius gaudia ſeruilibus operibus fuſcarentur, nec omnino aliqua tantæ ſynceritatis gloriam malignitas inquinaret. Certa data eſt ex lege diſtinctio quæ eſſet paſchalis oblatio,& tempus,& locus, & modus,quando,uel ubi,uel quomodo ſacra deberet hoſtia immolari. Victima,agnus,locus, una per ſingulas familias domus, caro non elixa ſed aſſa, hora ueſpertina.Hæc cum eo tempore fierent in figura, quod nos in ueritate agimus,typice loquebantur, & dirupto in CHRISTI morte templi uelamine,uerus agnus ſolus inter filios hominum ſine macula CHRISTVS ætate ultima, in qua mundi ueſperaſcit conditio, ab una populi Chriſtiani familia in unitate eccleſiæ aſſus in cruce,proiectis foras hæreticorum fermentis,ſynceræ fidei ſolidata compagine,inconſumptibiliter editur,creditur,& tenetur. Noua & uetera ſub hoc nomine conuenerunt,egreditur Iſraël de ſeruitute Aegypti,exit populus dei de regno diaboli, baptizantur in nube & mari Hebræi, & iam ſpiritu ſancto & ſanguine CHRISTI mundatur à peccatis populus dei, ex diuerſis familijs una fit domus,una fit tribus, unus eſt cibus,ſignificantia & ſignificata,res & ſigna, uirtus inuiſibilis,& inuiſibilia ſacramenta ſic faciunt unum corpus, ſicut caro & ſpiritus,& quod uidetur, & nomine & uirtute CHRISTI corpus cenſetur. In hac rerum conuenientia honorificatus eſt CHRISTVS, & glorioſæ laudis triumphos lætabunda hodie canit eccleſia,in lapide angulari conſocians diſiunctos olim parietes, quos in unum mirabilis artifex fuſo ſanguine glutinauit, & reprobato diu à malignis fidei fundamento, charitatis ſuæ nexibus diuiſas copulauit macerias,& redegit partes in totum,& multa in unum, & facti ſunt una domus confœderati parietes, & ſtabile fundamentum.Honorificatus eſt CHRISTVS reſurgens à mortuis, uictor mortis ſpolians inferos,& captiuos præmittens ad ſuperos.Hucuſque per humilitatis gradus aſcendens, modo gloria & honore coronatus nil mortale, nil paſſibile retinens, impaſſibilitatis & immortalitatis donauit nos gloria, & reſurgentes,in beatitudine conſtituit ſempiterna.Reſurrexerunt quidē ante
3.Reg.3 CHRISTVM,ſed in nomine & fide eius ſub Helia uiuēte in corpore,unus,
4.Re.4.&.13 & Heliſæo uiuo & mortuo, duo qui obierant,ſed ad mortem quam guſta-
Ioan.11. uerant,iterum redierunt, reſurrexit & Lazarus,& alij nōnulli ad imperium CHRISTI, & aliquo tempore beneficio uitæ uſi, iterum ad funera redierē.

Reſurrectionis primitiæ in Chriſto.

Res quidem honorabilis & dominatio poteſtatiua fuit ad corpus exanime ſpiritum reuocare,ſed reſurrectionis huius,cuius ſunt in CHRISTO primitiæ,incomparabilis eſt dignitas,quam nec ſequitur corruptela,nec diſſoluit

antiquitas

antiquitas,nec aliqua mutabilitas labefactat.Mirati ſumus in tranſfigura- Matt.17.
tione,quæ facta eſt in monte præſentibus apoſtolis Petro & Iacobo & Ioã
ne,quando ſicut ſol reſplenduit facies ſaluatoris, & ueſtimenta eius candorẽ
omnem exuperantia apoſtolorum hebetauere conſpectum,ſed momenta/
neus ille decor imaginem non ſpeciem,ſimilitudinem non ſubſtãtiam,par/
tem non plenitudinem tranſformationis mirifice explicauit.Sed neq; ean/
dem gloriã quam ante oſtẽdit apoſtolis,reſurgens illico oſtendit, ſed quod
uidere conſueuerant,hoc uiderunt, & dilata eſt claritatis illius quam nobis
pollicitus eſt,plenitudo quæ in ſe erat perfecta,& à nobis in nobis expecta/
tur perficienda lucidior & ſyncerior,quàm æſtimari poſſit ab aliquo, uel q̃
illa etiam claritas intimauerit, cuius primitias in CHRISTO tranſformato
accepimus.Agũt in cœleſtibus hæc paſchalia gaudia ipſi angelici ſpiritus,&
reſurgentis domini gloriam admirantur,lætantur,& delectãtur in eo quod
forma ſerui reuerſa ſit in formam dei,& exinanitio humilitatis ad depoſitæ
altitudinis redierit maieſtatẽ. Sed & in hoc multiplicata ſunt gaudia, quod
ab his pro quibus ſe humiliauerat, tantæ excellentiæ beneficium dignatus
eſſe commune,& partiri nobis ſuæ abundãtiam uoluit claritatis,ut poſt re/
ſurrectionem corpus non aggrauet animam, ſed ſit caro ſine mole & pon/
dere agilis & mobilis,nullis clauſa obſtaculis,uiſu & auditu penetrãs omnia,
& attingens,quocunq; uoluerit ſine impedimento diſcurrens. Inerit reſuſci- Reſuſcitatorũ
tatis corporibus nulli uanitati ſubiecta libertas,& quæ cogi nõ poſſit ad ali/ libertas.
quid in nullo laborans,iam à ſpe educta re ipſa perfruens nulla expectatio/
ne ſuſpenſa,& in pace quietiſſima cõfirmata, omniſq; expers formidinis in
ſpiritualibus delicijs iugis illa permanſio reflorebit.Quàm mirabilis eſt ſci/
entia tua deus, confirmata eſt ſuper nos nec poſſumus ad eam attingere.
Hæc ſapientiæ tuæ altitudo qui mundum non ex præcedente materia, ſed
ſolo uerbi tui condidiſti imperio, creaturis uero corporalibus ex mundi eſ/
ſentia dediſti initium, ſuis incolis ſingula elementa adornans,hominem
quem de mundo feciſti,cunctis in terra & aëre & aquis uiuentibus præfici/
ens, ita ut ſuo præpoſito ſingula in ſuo genere miniſtrarent, tu alijs uitam
temporalem,alijs procuraſti perpetuam,admiribili ordine quædam mutãs
& renouans,& præfinito tempore metam irrationabilibus omnibus præfi/
xiſti,& terminum quem tranſire non poſſit,diſſolutioni conditio deſtinata.
Homo quia ex cœleſti & terrena materia compactus eſt, ueſtitus extrinſe/
cus pelle & carnibus,tempus accepit,quo te iubente,redderet terræ quod de
terra aſſumpſerat,& ad immaterialem originem reuerteretur ſpiritus, cuius
natura diſſolutionis non admittit iniuriam.Corpus putredine & caro uer/
mibus conſumenda, ſecundum naturæ ſuæ rationem æternitatis non po/
terant priuilegio perfrui,& quod ſibi iure non competebat, à conditore ne/
quibat exigere, neq; ulla eorum interrogatio ſuper hoc merebatur reſpon/

sum. Sed tu optime domine ultro gratiam uolens dare spiritui, decreuist clementius,ut ex societate & clientela quam reddiderat animæ caro,aliquid ei commodi proueniret,& quæ ei uehiculum fuerat & particeps studiorum in recompensatione ministerij iterũ dilecto accolæ consociata pudica & pacifica rediret,nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ cõcuteret puritatem.Sed & hoc domine ad cumulum beneficij addidisti, ut inter legem carnis & spiritus nulla postmodum esset diuersitas, nec post initum fœdus ulla iterum inter eos recrudescat rebellio,sed per manum tuam reconciliatio ordinata stabilis imperpetuum perseueret. Te igitur iubente,terra fit caro,& expulsa de domo iterum coniungatur uiro,non iam ancilla,sed libera,& habitant unius moris in domo murmurationibus consopitis, quas olim compugnantes inter se concupiscentiæ concitabant. Quis domine deus consyderare hæc opera tua sufficit,& quis lutum coagulare potest in carnem,quis formare potest in hominem,quis infundere animam,quis reddere uitam,quis dare æternitatem, quis addere felicitatem? Ad hunc prouentum humana laborat creatio: hæc semper fidelium expectatio fuit.Hoc optabat rex ille humilis qui se nouerat imperfectum,ut adderes conditioni tuæ quod deerat, & perficeres & solidares opus tuũ,quod corruptibilitas & mortalitas assidue conuicijs multis solebant affligere, & uarijs opprobrijs consueuerant infestare. Tu morti imperas,& absorpta elidítur,inanescit corruptio,ubi æger,te medẽte,sanatur. Gustasti mortem pro filijs hominum,ut qui tecum mortui erãt,tecum uiuerent, & participes tribulationum etiam consolatione gauderent. Resurrectio quidem communis est & ante tribunal CHRISTI necesse est in corpore iustos stare & impios,dei hoc dictante iustitia, ut pietas & impietas in operatoribus debitis stipendijs donarentur,& qui finem habere contempserunt in malis,infinita dauderentur ultione in pœnis, & qui gloriati sunt in cruce cum crucifixo regnãtes beatæ fierent perhennitatis participes. Non sunt participes huius gaudij quos damnat ambitio,nõ potest furtiuos habens loculos, paschalibus solẽnijs interesse. Nihil proditor & uẽditor magistri,fermentator prophanus cõmune habet cũ azymis,omnis immũdus in anima ad esũ huius agni prohibetur accedere.Nulla ad hanc lætitiam perfidia recipitur, omnis malignitas excluditur,calciatus pedibus ad euangelizandum peractus, accinctus renibus & sanctimoniæ destinatus, habens baculum in manibus, & festinans ut Aegypti deserat idola, sequens Moysen, nec formidans uiæ discrimina, quisque purus & syncerus sine fraude homo uerus accedat & edat, & securus quod resurgat mortem optet, ut attingat ad æterna gaudia, in quibus est uita nostra sursum manens, & nos trahens ad bona cœlestia. Qui uiuit.

Resurrectio communis.

Sermo

SERMO DE ASCENSIONE CHRISTI.

Elebrata in cruce ſolenni uictoria, cum iam templum corporis ſui, quod perſecutio Iudæorum effoderat, dominus reparaſſet, noluit ſtatim ad patrem aſcendere, & glorificati corporis præſentiã inferre cœleſtibus, ſed neceſſaria diſpenſatione diſcipulorum infirmitati conſulens utiliter diſtulit, & quadraginta diebus in terra conuerſatus, & uiſus eſt ſæpe & locutus cum apoſtolis, & manducauit & bibit, & uulnera quæ ad dubietatem eorum tollendam, in corpore reſeruarat, & uidenda & palpanda expoſuit, & impleta in ſe quæ in ſcripturis erant, prædicta euidentia rerum edocuit. Ad hoc neceſſaria fuit huius temporis mora, ut recollectis quos in fugam timor impegerat, quos ſupplicium crucis terruerat, in multis argumẽtis apparens, mentes quæ diffidentia titubauerant, ſolidaret, nec eſſe phãtaſticum, ſed uerum corpus quod ſurrexerat, tam comeſſationibus q̃ contrectationibus probaret. Ad hoc dilata eſt aſcenſionis gloria, ut ſub hoc dierũ interſtitio præcedẽs doctrina affectibus firmaretur, immo ut diſcipulorum deſideria receſſionem eius corporalẽ ambirent, quia ſpiritalis præſentiæ plenitudo quamdiu conſpectu carnis præſens aderat, aduentare non poterat, & paulatim in hoc conducti ſunt, ut libenter conſuetudine conuictus aſſueti carerent, cum inhabitator ſpiritus ſanctus eorum animas poſſidens, inuiſibili acceſſu ſyncériores eis affectus infunderet, & aperiret interiores oculos ad intuendum intellectu puro patrem luminum, & ſubſtantia rerum ſperãdarum propoſita apparentia ſepelirent, nec incertitudinis ſcrupulus ſupereſſet, cum dominus & magiſter, quem uerum hominem probauerãt, eis uidentibus, cœlum aſcenderet, ſed iam ſecuri ſe crederent ſecuturos, nec eſſe impoſſibile quin & ipſi in carne & ſpiritu ad ſuperos tranſferrentur. Omnibus itaq; ad tam delectabile ſpectaculum aggregatis: Aſcendo, inquit, ad patrem meum & patrem ueſtrum, deum meum & deum ueſtrum. Horũ uerborum autoritas cum iam eorum uirtutem ſpiritus ſanctus intimaſſet, omnem poterat excludere diffidentiam, & hilareſcebant animi eorum paternitatis diuinæ illuſtrati honore, & fraternitatis CHRISTI honorati conſortio, cum audirent & crederent ſe filios dei & fratres CHRISTI, in quo omnis excellentiæ plenitudo & ſufficientia inerat, nec iam quaſi idiotæ & hebetes huic uerbo applaudebant carnaliter, ſed ſubtiliſſime generationem & dignitatem creaturæ à uoluntate & nutu creatoris habuiſſe initium, & imaginem & ſimilitudinem dei in interiori homine uidebant, & dinoſcebant intellectu potius quàm uiſu, quam affinitatem habeant inter ſe pater & filius, & quia ſubſtantiuo & naturali filio filij adoptiui conformes à prima origine multa habeant ex natura, & multa ex gratia: ſanè huius generoſitatis conſortium ſecundum quam ſimul cum CHRISTO filij dei ſumus,

Aſcenſionis dilatio.

Ioan. 20.

nobilitatem existentiæ nostræ exponit & intimat, in quo honore si manserimus non degeneres constat omnino nō posse patrem diffidere à filijs, sed deiformibus tutum esse ad paternitatem accessum, nec posse pati ad hæreditatem possidendā dispositos in petitionibus diuinis repulsam, sed in quibuscunq; filius filialiter genitorem appellauerit, necesse est bonitatem largitoris iuste supplicantis prosequi uolūtatem, maxime cum ipse pater qui largiter iusta suggerat peti, quæ nō differt benigne largiri. Et quidem paterna charitas bonis filijs & hæredibus maxime delectatur, & hoc gloriæ CHRISTI unigeniti dilecti accumulat, quod beatitudinis suæ non patitur esse solitariam magnitudinem, sed addit fratres: non qui minuant quasi diuisam in plures excellentiam, sed qui altitudinem diuitiarum eius exornent participes & consortes. Quod cum ipsum qui pater est, constet esse deum, & eum deum nostrum sicut & suum, filius attestetur, in eo quod filij sumus ipse nos possidet, in eo quod noster est deus, quod nostrum est ipsum, cuius proprij
Psal. 117. sumus, proprie possidemus. Dico igitur domino meo deus meus es tu, & dicit mihi dominus meus: Ego dominus deus tuus. Homo cuius deus est, quid amplius quærit? Si sufficis tu deo, sufficiat tibi deus. Bonorum tuorū deus non indiget, nec conferre potes ei quippiam, nec auferre. Si esurierit, nō dicet tibi. Eius est orbis & plenitudo eius, & magnitudinem eius cœli cœlorum non capiunt, non infirmatur, non eget indumento uel cibo, omnia scit, omnia potest, omnia continet, in ipso omnes uiuimus, mouemur & sumus. Quid tu ei quasi indigo conferes, te solum bonitate nō necessitate de-
Deuter. 6. siderat. Scriptum est & ipso iubente, tabulis insculptum lapideis: ut diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Dilige & diligeris, propè est merces tua, in manibus porrigitur præmium, esto tu dei, & erit tuus deus tuus. Impar sanè commercium, precium inæquale, sed qui pro nobis triginta argenteis appreciatus, intelligi uoluit, quāta fuerit in precio, quod pro eo datum est, & in eo quod ipse dedit pro mundo, dissimilitudo, cum ipse exiguo argento emptus & uenditus, tanto precio damnatos redimeret, ut dubium esse non possit quin precij magnitudo superaret negocium, nec æquari posset damnum quod omnino damnatio iusta meuerat, obedientiæ CHRISTI quæ gratis usq; ad mortem progressa est, & ultro soluit quod nō debebat. His intellectis apostoli sicut filij prophetarum olim uerum Heliam ascensurum sciebant, & horam illam præstolabantur gaudentes, nec iam anxiabantur parturientes, sed exorta lætitia parati erāt prosequi recedentem, minime dubitātes quin & ipsi post modicum conuersationis huius, postq; de torrente passionis in uia hac bibissent, exaltato capite & erecto, se ad cœlestia dominum secuturos. Eleuatis igitur manibus hæreditariam eis benedictionem relinquens, non manufacto uehiculo, nec auxiliaribus carpentis euectus est CHRISTVS, sed naturæ diuinæ propria

usus

usus uirtute carnem cœlo intulit,& corpus glorificatum patris conspectibus præsentauit. Non indiguit uectoribus angelis,qui offendicula tollētes è medio,ferrent eum in manibus,sed præcedentes & subsequentes applaudebāt uictori,& concinentes in iubilatione modulabantur cāticum nouum, & implebat cœlos cōsonantiæ illius harmonia, thronis & dominationibus parātibus filio iuxta patrem consessum,cherubin & seraphin pedes pacificos ambientibus,radiantibus undiq; diuinis claritatibus & splendoribus supercœlestibus,quos nec ardor perseuerans consumit,nec turbinis alicuius afflatus extinguit,nec interpolatio caliginis ullius abscondit. Celebrat tanti triumphi magnificētiam lætabundus cœlestis exercitus, & qui descendēti coram pastoribus Bethleemitis decantauerunt in sublimi præconia,modo expressioribus conatibus & intensioribus iubilis reuertenti ad patrem solenniora obsequia impendebant,& festiuis affectibus uenerabātur hominem supra se sublimatum, quem gloria & honore coronauerat pater, & ad dexteram suam collocatum,hoc dato ei priuilegio singulari, ut in nomine eius omne genu flecteretur, & super omne nomen eius nomen excellentius coleretur. Quanta in eius susceptione in cœlis iocunditas fuerit, nemo sufficit enarrare,rei huius magnificentia omnem superat intellectum. Si linguis hominū uel angelorum quis eloquatur,uel ad hoc cuiuslibet elaboret acumen ingenij,ut diffinire uelit quæ patris in reditu filij hilaritas fuerit, aut si forte illud sempiternum gaudium aliquod tunc admiserit incrementum, si stabilitatis æternæ se aliquo modo mutari possit immobilis magnitudo, scrutator ille maiestatis opprimetur à gloria,& uerendum est ne dum uehementius exprimit uerba quàm oportet,sanguinem pro lacte emungat. Attamen inuisibilem deum uisibilem filium recepisse ad dexteram suam,manifestum est, & humilitatem carnis nostræ throno iudiciario honoratam,paternæ complacuisse altitudini,duo genera gentium ciuitati supernæ,de qua gloriosa dicta sunt, deinceps assignare,& esse supra māsionarios homines & angelos, & beatitudinis illius gloriam his duobus ordinibus in perpetuum frequentari. Hæc merces obedientiæ CHRISTI, hæc crucis & mortis stipendia, hic passionis labor promeruit ut corpus humilitatis nostræ fieret corpori claritatis CHRISTI conforme,& mortale hoc indueret immortalitatem,& corruptibile incorruptionem, & fierent homines cum CHRISTO in cœlestibus iudices,qui cum eo iudicia pertulerant malignorum,& extiterant usque ad mortem tribulationum consortes. Hac die primum inuecta est cælis hæc nouitas inaudita, & gauisus est pater hæreditate amplificata,sobole multiplicata, promissionibus quas locutus fuerat in prophetis redditis & completis. Solum ad hæc quæ prædicta sunt restat iudicium, & examinationi ultimæ adhuc reseruant antiqua oracula locum. De iudicio quippe & angustia CHRISTO sublato,supereſt post misericordiæ tempora quæ ad finē

Christi obedientiæ merces.

festinant ut iusticiã comitetur iudiciũ, & habeant singuli quod merentur,& honoretur honore dignus,& cõtemptor cõfundatur inglorius. Hoc & duo angeli CHRISTO ascendente,testati sunt, quia qui iudicatus abibat iudex esset terribilis rediturus,& uideret collecta in unum generalitas hominum, quas foderat manus,quod terebrauerat latus, faciem quam conspuerat, & prolata in medium inflexibili sententia,occurrẽtibus saluatori electis, remaneant impij infinitis deputati tormentis. Quanta illud edictum sequentur lamenta,illius ultimæ tubæ clangor q̃ horribilis erit.cõtinuus erit & superfluus illarum lachrymarum decursus,stridorem illum dentium flãmæ inextinguibiles agitabunt. Immortales miseri uiuent inter incendia & incõsumLuc. 16. ptibiles flammæ nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus dives, nec erit qui æstuanti linguæ stillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bullient,& inter sartagines flãmeas miserabilia corpora cremabuntur & omni tormento atrocius desperatio condemnatos affliget. Non miserebitur ultra deus,neq; tunc audiet pœnitentes, sera erit illa confessio, & cum clausa fuerit ianua,frustra carentes oleo acclamabunt exclusi. Nullum ibi refrigerium,nullum remedium,semel CHRISTVS descendit ad inferos,ulterius non descendet,nõ ultra uidebunt deum in tenebris sigillati,irregressibilis erit illa sententia,& immutabile iudiciũ,& stabit damnationis huius immobile constitutũ. Exultabunt sanè sancti in gloria,uidebunt deum & gaudebunt.lætabuntur & delectabuntur,& fruẽtur gloria, & in felicitate iocundabuntur æterna. Ibi non gustabunt q̃ suauis sit deus, sed implebuntur & satiabũtur dulcedine mirifica,nihil eis deerit,nihil oberit,omne desiderium eorum CHRISTVS præsens implebit. Non senescent,non tabescent,nõ putrescent amplius,perpetua sanitas,felix æternitas,beatitudinis illis sufficientiam confirmabunt. Non erit concupiscẽtia in membris,non ultra ulla exurget rebellio carnis,sed totus hominis status pudicus & pacificus,sana ex integro natura,sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erit denique deus omnia in omnibus,& illius præsentia omnes animæ & corporis implebit appetitus,cessabũtq; de cætero consummatis omnibus ministratorij angelicarũ uirtutum discursus,& impleta ordinatáq; omnino ciuitate dei, nec innouabitur, nec mutabitur ultra fixæ & consummatæ beatitudinis status. Ei igitur ante cuius tribunal stabimus, qui nunc uultui dei apparet pro nobis,cui de nobis tanta cura fuit,ut pro nobis uellet nasci & mori,in præsenti quæsumus, ut sit cura curandi nos,& nobis autoritatem & potestatem iudicandi nosmetipsos & corrigendi concedat,ut in illo terribili iudicio suo inter electos asciti & cõgregati, liberi à seruitute & captiuitate peccati, cœlestibus ciuibus coniungamur, & fruamur bonis,quæ ipse diligentibus se repromisit,quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit.

Sermo

SERMO DE SANCTO SPIRITV.

ADesto ſancte ſpiritus, & paracleſim tuam expectantibus illabere cœlitus, ſanctifica templum corporis noſtri & conſecra in habitaculum tuum, deſiderantes te animas tua præſentia lætifica, dignam te habitatore domum compone, adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circunda uarietatibus uirtutum, ſterne pauimenta pigmẽtis, niteat manſio tua carbunculis flammeis, & gemmarum ſplendoribus & omnium chariſmatum intrinſecus ſpirent odoramenta, affatim balſami liquor fragrantia ſua cubiculum tuum imbuat, & abigens inde quicquid tabidum eſt, quicquid corruptelæ ſeminarium, ſtabile & perpetuum hoc facias gaudium noſtrum, & creationis tuæ renouationem in decore immarceſſibili ſolides in æternum. Interfuimus ſacræ uerbi infantiæ, & puerperio uirginis obſecuti ſumus cum cœleſti militia gloriã decantauimus paruulo, confeſſi ſumus omnipotentem, quem in cunabulis uidimus uagientem, circunciſionis celebrauimus ſacramenta, & truncato præputio uoluptatum ſanctimoniæ didicimus mancipari. Interfuimus baptiſmati ſaluatoris, & audita patris uoce de cœlis, ad obediendum CHRISTO traditi ſumus, & inſtructi cœlitus quomodo patrem & filium dilectio iũgat & uniat, ita ut in ipſis nominibus intimetur diſtinctio perſonarum, & naturæ unitas euidentiſſime innoteſcat. Sed & ſpiritum ſanctum in ſpecie columbæ inter illa myſteria uidimus & intelleximus, ex illa ſpecie gemitus pœnitentiæ, & deſideria contemplationis diuinæ ex ſimplicitate cordis, & innocentia uitæ immaculatæ inceſſanter prodire, & neminem niſi ſuſpiriis huiuſmodi præcedentibus, & inſpiratione diuina monente, poſſe ad cœleſtia aſpirare, ut ſuſpiratio, & inſpiratio, & aſpiratio à ſancto ſpiritu & cauſam habeant, & effectum, & materiam, & prouentum. Secuti quoque ſumus in eremum dominum ieiunantem, & repulſa potenter diaboli uidimus tentamenta. Interfuimus cœnæ, & de calice domini bibimus, pedes lauimus, mortui ſumus cum CHRISTO, & ecce uiuimus, proſequimur aſcendentem, & præſtolamur promiſſum nobis ſpiritum ſanctum, cuius unctio nos de omnibus doceat, qui inuiſibili magiſterio nos doceat, & cœleſtibus inſtruat diſciplinis, qui carnales hebetet ſenſus, & conterat appetitus. Hic ſpiritus ſanctus ab ipſo mundi initio aquis legitur ſuperfuſus, non materialibus aquis quaſi uehiculo egens, quas potius ipſe ferebat, & complectentibus firmamentum dabat congruum motum, & limitem præfinitum. Huius ſempiterna uirtus & diuinitas cum in propria natura ab inquiſitoribus mundi antiquis philoſophis propriæ inueſtigari non poſſet, ſubtiliſſimis tamen intuiti ſunt coniecturis compoſitionem mundi, compoſitis & diſtinctis elementorum affectibus præſentem omnibus animã affuiſſe, quæ ſecundum

Paracleſis, id eſt, conſolatio ſiue patrocinium.

genus

genus & ordinem ſingulorum uitam præberet & motum, & intranſgreſſibiles ſigeret metas, & ſtabilitatem aſſignaret & uſum, hanc uitam, hunc motum, hanc rerum eſſentiam animam mundi philoſophi uocauerunt, putantes cœleſtia corpora, ſolem dico & lunam & ſtellas, ipſumq; firmamentum huius animæ uirtutè moueri & regi, & aquas, & terram, & aërem huius ſemine imprægnari, qui ſi ſpiritum & dominum, & creatorem, & uiuificatorem, & nutritorem crederent, omnium quæ ſub ipſo ſunt, cõuenientem haberent ad fidem acceſſum. Sed abſcondita eſt à ſapientibus & prudentibus tantæ rei maieſtas, nec potuit humani faſtus ingenij ſecretis intereſſe cœleſtibus & penetrare ad ſupereſſentialis naturæ altitudinem, & licet intelligerent quod uere eſſet creatrix & gubernatrix rerum diuinitas, diſtinguere tamen nullo modo potuerunt quæ eſſet deitatis trinitas, uel quæ unitas, uel quæ perſonarum proprietas. Superferebatur quidem elemento purificatorio ſpiritus ſanctificator, iam tunc baptiſmi uirtutem enuncians. Iam tunc illa præfigurabantur tempora, quibus arca Noë aquis inuecta diluuij uiri iuſti familiam conſeruauit illæſam, abolita generatione adultera, qui in filiabus hominum beſtiali petulantia effrenes, impudenter ſe illis commiſcuerant, nec diuinos, nec humanos, nec in flagitijs publicis uereban tur aſpectus. Arcam illam quæ typum gerebat eccleſiæ, ſpiritus ſanctus & tunc regebat, & adhuc regit, extra quam quiſquis perfidus euagatur, inuolutus fluctibus mergitur in profundum, & impoſſibile eſt eum uiuere, cui non ſuperfertur ſpiritus uitæ, cuius uiuificus calor animat omnia, & fouet, & prouehit, & fœcundat. Hic ſpiritus ſanctus omnium uiuentium anima ita largitate ſua ſe omnibus abundanter infundit, ut habeant omnia rationabilia & irrationabilia ſecũdum genus ſuum ex eo quod ſunt, & quod in ſuo ordine ſuæ naturæ competentia agunt: non quod ipſe ſit ſubſtantialis anima ſingulis, & in ſe ſingulariter manens: de plenitudine ſua diſtributor magnificus, proprias efficientias ſingulis diuidit & largitur, & quaſi ſol omnia calefaciens ſubiecta, omnia nutrit, & abſque ulla ſui diminutione integritatem ſuam de inexhauſta abundantia, quod ſatis eſt & ſufficit, omnibus commodat & impartit. Hic ſpiritus rubri maris aquas ſiccauit, & ſuſpenſis hinc inde uehementibus fluctibus, ab ollis carnium, & Aegypti pulmentarijs populum ad ſpiritalem eremi eduxit incolumem, & alimonijs cœleſtibus pauit, manna quaſi rorem matutinum infundens graminibus, quod colligi iuſſum eſt ad menſuram. Aderat plena menſura per totam hebdomadam, uacante ſabbati die, cui ſexta præcedens dies conſueti uictus duplicans quantitatem octauæ præfigurabat quietem, in qua abſque labore & ſolicitudine in delicijs epulabuntur electi, & ſaturabuntur in terra ſua duplicia poſſidentes, corporis & animæ felici perennitate & perenni felicitate ditati. Hic eſt ſpiritus ſanctus quem magi in Aegy-

Spiritus anima mundi.

Arca Noe typus eccleſiæ.

pto

pto tertij ſigni oſtenſione conuicti, cum ſua defeciſſe præſtigia fatérentur, dei digitum appellarunt, antiquis philoſophis eius intimarunt præſenti- *Dei digitus.*
am defuiſſe. Et licet de patre & filio aliqua ſenſiſſent Platonici, ſpiritus ta-
men tumidus & humani appetitor fauoris ſanctificationem intellectus
diuini mereri non potuit, & ubi ad profunditatem ſacramentorum uen-
tum eſt, omnis eorum caligauit ſubtilitas, nec potuit infidelitas ſanctitudi-
ni propinquare. Hic digitus dei mundanæ iudex & uindex perfidiæ, no-
ui tempore teſtamenti potenter expellit dæmonia, nec laborat agendo, ſed
ſolo nutu perficit omnia, quod dicit facit, quod iubet implet, ſecreta indicat,
pandit occulta, reuelat ignota, hebetat acutos, & perſpicaces confutat. Hoc *Lex dei digi*
digito in lapideis tabulis lex primum conſcripta, quinquageſimo die poſt *to ſcripta.*
egreſſum Iſraël de Aegypto in monte Sina Moyſi eſt commendata, ſed
populus nequam & gens duræ ceruicis à quorum animis terror ille receſſe-
rat, quem mons ardens & flammea iuga, & clangor buccinæ, & lampa-
des coruſcæ, & horrenda tonitrua nuper incuſſerant, in apoſtaſiam con-
uerſi, & de Moyſi reditu deſperantes, lege diuinitus miſſa indigni iudica-
ti ſunt, quam in oculis eorum Moyſes frangens, tabulas, tam uerba quàm
inſtrumenta comminuit & deleuit. Quin etiam ſceleris ultione patrata, re-
uerſus in montem ad dominum, quadraginta diebus ieiunans, & collo-
quens, tandem obtinuit ut ipſe alias de ſaxo ad inſtar priorum excideret
tabulas, in quibus eandem quæ in primis fuerat ſcripturam inſculperet &
formaret. Factumque eſt mirabili diſpenſatione ſuperni iudicij, ut lex
quam ſanctus ſcripſerat ſpiritus, deleretur, & quam manus humana reſti-
tuit, in poſterum teneretur. Quod ea ratione credi poteſt ſic actum, ut po-
pulus prior ſecundum carnem ambulans, & uiuens diuinis colloquijs &
ſpiritualibus mandatis oſtenderetur indignus, nec poſſe mentes perfidas
ſancta percipere, nec intelligere ſacramenta, quæ exemplarium tegmine
uelabantur. Porrò teſtamenti noui quæ, CHRISTO euangelizante, patuit
ueritas uerbo CHRISTI prolata, indiſſolubilis permanſit, & ſolida de-
inde ſtabilitatis perpetuæ autoritate fulcita eſt, eo quod ablatam gratiam
humiles ſuſceperunt, & quod filius inter pauperes ſpiritu inuenit ſibi do-
mum, in qua caput reclinaret, & merito reprobatos uiſibiles tabulæ inuiſi
bilis dei indicant contemptores, & ampliori dignos honore incarnati uerbi
credulos auditores, & deuotos ueneratores. Lex igit̃ à paſchalis agni immo
latione die quinquageſimo datur, & pentecoſtes nom̃ tantæ rei ſolennitas
ex lege accepit, in ipſo dierum numero ſacram̃ti magni complicãs ratioñ.
Septenarius quippe numerus ſepties reuolutus, quinquageniũ efficit, addi *Septenarius*
to monade, qui præſ̃tis ſeculi meta, & futuri initiũ, perpetuitat̃ ſub octauæ *numerus.*
nomine cõtinens, ſic præſentia terminat, ut nos ad perpetua introducat. Sa-
cratus hic ſeptenarius numerus à cõditione mũdi autorit̃ obtinuit, quo-
niam

am in sex diebus prima dei opera patrata sunt, & septima consecrata quieti, quasi sancta & sanctificans solennitate uacationis honorata, & spiritu sanctificatori attitulata. Vnde & cessanti à seruilibus operibus populo iubetur ut diem sabbati sanctificet, & spiritui rectitudinis, & sanctitudinis, & fortitudinis ascribat, quod directe, quod honeste, quod uiriliter incedit, quia totum ex eius constat ducatu, quod deuij diriguntur, quod impij conuertuntur, quod debiles confirmantur. Spiritus rectus, spiritus sanctus, spiritus principalis regit, componit, consummat, & perficit quas inhabitat mentes, & corda quæ possidet, nec errare patitur, nec corrumpi, nec uinci, quos docuerit, quos possederit, quos gladio potentissimæ uirtutis accinxerit. Septenarius iste ex quaternario & ternario constans, cum in se propter prædictas causas honorabilis habeatur, habet ex partibus suis excellẽtiam maximã, quia artificis & materiæ uidetur exprimere & distinguere primarias substantias, ut ternarius creatorem propter trinitatem enunciet, & quaternarius creaturam propter quatuor elementa, quæ rerum omnium causæ sunt & semina sub huius numeri breuitate concludat. Spiritus sanctus à patre procedens, à patre & filio, quaternario superfertur, & conditor benignus opus suum amplectitur, & diligit quod plasmauit, & creaturam suam sanctus ipse sanctificat & consociat sibi, & charitatis nexu statuit & conquadrat. His alijsq; secretioribus rationibus quas illustrium uirorum subtiliora ingenia indagarunt, septenarius numerus in scripturis sanctis sæpe sacramentales causas complectitur, & simplex, & multiplicatus necessarios ad intelligentiã diuinorũ operum parturit intellectus. In hebdomadibus apud Hebræos dies septimus sabbatum idem requies appellatur: Qui numerus non tam in septimanis, sed etiam obseruatur in annis, & annorum hebdomada cõsummata, septimus annus requietionis est, & ipsi terræ sabbatum imperatur, nec fas est cuiquam eo anno serere uel metere quippiã, sed quæ sponte siue in terra, siue in uineis, uel in arboribus nascuntur alimoniæ paupertatis deputãtur. Annorum quoque septimanæ apud Hebræos quinquagesimum annum faciunt, quem iubileum appellant, in quo decreto legis, ut supra dictum est, fit terræ remissio, & seruorum libertas, & restitutio possessionum, quas eatenus distractio alienauerat, & cætera huiusmodi gratis ad hæreditatis ordinem reuertuntur. De numero septenario cum multa dicta sint, plura supersunt quæ in lege & euangelio præcipue commendantur. Quinquagesimus itaque annus perficit iubileum, quinquagesimus dies pascha pentecosten facit, in quo uere spiritu sancto infuso apostolis, ad hæreditatem cœlestem à quo uenundati sub peccato exulabant, quos diabolo domino mendicitas & egestas subiecerat, reuertuntur. Septem sacerdotalibus clangentibus tubis, Hiericho corruit, septem petitionibus orandum patrem filius docuit. Remissio peccatorum duplicato septies septenario Petro

Sabbatum.

Iubileus.

mandatur

mandatur. Leprosus septimi diei inspectione à sacerdote iudicatur, summi sacerdotis in septem diebus cõsecratio consũmatur. Dominus Iesus CHRISTVS de septem panibus quinq; milia hominum reficit, & iustus quisq; deo laudes per diem septies dicit. Ipse dominus Iesus ab Adam secundum generationes, quas Lucas cõmemorat, septuagesimus septimus inuenitur, ut ultionem in Lamech septuagesies septies promulgatam ueniens terminaret. Septem diebus in pascha editur azyma, septem diebus mense septimo tabernaculorum solennitas celebratur. In septem annis templum à Salomone construitur: septem brachijs & totidem luminibus candelabrum adornatur. Celebramus tam nos quàm Iudæi quinquagesimum diem, sed illi in typo, nos autem in ueritate non tam significamus quàm agimus. Pentecosten igitur celebrantes cõmemorauimus quæ olim sub Moyse in ueteri testamẽto sunt acta, & quæ sub CHRISTO facta sunt, post cuius ascẽsionem in cœlos spiritus sanctus uisibiliter super apostolos in linguis igneis apparuit, & ad instar prioris seculi uniuersitatem fidelium unius labij esse uoluit, ut quorum erat cor unum & anima una, una esset & lingua, nec posset impedire intellectum credentium aliqua diuersitas uerborum, sed euangelica doctrina propria lingua prolata ad omnium auditum eandem efficientiã obtineret, ut Græcis & barbaris omnibusq; gentibus uerbum euangelij sic esset intelligibile, ac si in eorum auribus linguæ in qua nati erãt idiomata resonarent. Aderant Medi & Aelamitæ Mesopotameni & Arabes. Hi omnes dum Hebræa lingua apostoli prædicarent, locutio Iudaica enunciationis suæ articulos cursu consueto euoluens nullo exponebatur interprete, sed uerbo eorum per spiritum sanctum inerat uirtus & gratia, ut habitantes Pontum & Asiam suam esse dicerent linguam quam audiebãt, quasi primitiuæ linguæ libertas ad antiquitatis reuersa originem confusionis contumeliam euasisset. Nec tantum apostolis collata est hæc gratia, sed multitudini credentium idem spiritus superfusus est, intus ardẽtibus extra loquentibus, & cõplectebãtur se dilectio & uerbũ, & de calore spiritus sermo feruebat ignitus. Iã omni timore excluso obedire, sed deo magis quàm hominibus, publice profitebãtur, & uidebatur eis gloria, si pro CHRISTO iniuriam paterentur. Ad hunc modum olim Moysi iussum est, ut in uiros septuaginta, quos ipse presbyteros iudicaret, de spiritu suo partiretur, ut in negocijs partem gererent sollicitudinis, quibus cũ impositus esset Moyses manus requieuit in eis spiritus sanctus, qui nõ Moysi ablatus est, quasi ipse sine spiritu remaneret: uel idem spiritus secaretur in partes, sed secũdum mensuram donatiõis diuinæ, quæ erat in Moyse gratia singularis facta est multiplex & cõmunis, & data est multis in eo potestas, quod prius solius Moysi disponebat autoritas. Sic Heliæ spiritum duplicem recepit Helisæus, non

Leui. 13.
Matth. 14.
Psal. 118.
Gen. 4. & Lu. 3.
Exo. 12.
Leui. 23.
Actũ. 2.
Num. 11.
4. Reg. 2.

quod in duas substantias idem spiritus sit diuisus. & duos propheta sanctus habuerit spiritus, sed quod populo Christiano, cuius typum Helisæus gerebat, accepto spiritu sancto, data sit potestas in opere & sermone, & ascẽdentem Heliam, id est CHRISTVM pio desiderio prosecutus fide claruerit & intellectu, & uita & signis & miraculis fulserit & exemplis. Hic sacrorum ordinum distributor reges creat & principes, sacrat pontifices, eligit sacerdotes. Hic sapientia Salomonem, intellectu Danielem, Ioseph consilio, Sansonem fortitudine, Moysen scientia, Dauid pietate, Iob timore, prosequitur, & sanctorum animas omnimodis fœcundat uirtutibus, in tãtum affectus pacificos prouehens, ut iam in cœlis nostra sit conuersatio, diffusa in nobis charitate per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hic in pudicis mentibus sibi statuit mansionem. Hic humiles & cælibes habet domesticos, abominatur ærarios, falsarios detestatur. Hic Giezi mercenarium lepra condemnat, & Ieroboam uendentem sacerdotia cum apostatis locat. Hic Simonem gratiæ dei nundinatorem à sanctorum consortio exhæredat, cuius detestabiles ausus ultrix ruina confundit & quassat. Hic Balaam ad maledicẽdum conducto silentium imponit, & per asinam redargutum, collisо ad parietem pede, uacuum pecunia, cõtumelia oneratum, claudicantem ad propria remisit confusum. Hic omnibus ecclesiæ sacramentis interest, quæ ipse efficit & consummat. Hic peccata diluit, hic iustificat impios, & ad uitam reuocat mortuos. Hic discordes pacificat, & uinculo dilectionis astringit & ligat. Hic nos cœlo inuehit, & à mundi huius uanitatibus auulsos superni regni cõstituit hæredes, cuius sũma est felicitas, quod corpus istud spiritali effectu cũ angelis conuersabitur, nec ultra erit carnis & sanguinis aliquis appetitus, sed erit omnium plena sufficientia cognoscibilis deus, & inhabitator spiritus sanctus.

4. Reg. 5.
3. Reg. 13.
Actuũ. 8.
Num. 22.

OPVSCVLI DE CARDINALIBVS CHRISTI OPERIBVS.

FINIS.

AD MOYSEN ET MAXIMVM ET CAETEROS CONFESSORES, DE LAVDE MARTYRII.

ET SI INCONGRVENS est fratres chariſſimi in hoc fauore dicẽdi aliquid trepidationis adferre, minimeq; deceat gloriam tantæ deuotionis infringere, ex eo quod fatear me cœpiſſe dubitare, tamen idẽtidem dico, ipſa animum delibe ratione confringam: exequendæ laudis cupidita te ſuccenditur, & ad loquendum magnitudine uirtutis inhibetur. Cum autem non deceat tacere, aut periculoſum ſit parum dicere, niſi quod hæc æſtuanti, res ſola ſubuenit, quod uideatur ei facile ignoſci poſſe, qui nõ timuit audere. Quam ob rem chariſſimi fratres, & ſi potentia dei oneratur facultas ingenij, ut quanto ſe in exprimenda martyrij dignitate protulerit, tanto ipſo pondere laudis oppreſſa, atq; æſtimatione rerum omnium, de quibus cum maxime loquitur, debilitata ac fracta, intra ſeipſa in laqueata oratione deficiat, nec habenis liberis, ac ſolutis in apertũ ſermonis eloquiũ uim tantæ laudis expromat. Tamẽ erit aliqua niſi fallor in eloquẽdo fides, quæ ipſius operis oratione munita uage fundat, quod dicendo impar ingenij conſcientia cõmoueat. Cum igitur fratres chariſſimi tot tãtisq; rebus impliciti, ad comprobandos ſalutis eximios pulcherrimosq; prouentus, omni ſtudio ac labore nitamur, ne quo ignauiæ metu territus, uel reuocer, uel extinguar, cum ſi quis ad id uoluerit, de quo agimus, intueri, ſe deuotionis expenſa, atq; ipſa eius magnitudine ponderata, magis miretur audire potuiſſe, in quo me poſitum & amplitudo rei premeret, & confuſam gaudio mentem in anguſtias animi uoti ſui feruor urgeret. Nam & quis eſt quem non iſta res terreat? Quis non admirationis ſuæ pauore ſubuertat? Eſt etenim profecto, niſi fallor, & iam in ipſo conſcientiæ rubore admiranda formido, quæ nos exagitet pariter & inflammet. Cuius quãto penitus inſpexeris poteſtatem, tanto ex ipſo uenerandæ claritatis aſpectu religionis ſuæ præmittat honorem. Conſiderare enim uticq; debetis, quanta eſt gloriæ uita, qua licet macula ſordis & polluti corporis, licet modice inuſta contagia, tantoq; temporis mundi crimen, exceptum unius ictu, remedijs expiare, quo & augeri merces, & crimen poſſit excludi. Vnde omnis cõſummatio & ſtatus uitæ in martyrio eſt conlocatus. Hoc fundamentum uitæ & fidei, hoc præſidiũ

ſalutis, hoc uinculum libertatis. & honoris: & quamuis ſint & alia per quæ adipiſci lux poſſit, tamen ad proximitatem muneris pœnis melius patrocinantibus peruenitur. Quantæ enim ſit gloriæ ponderate, huius uitæ cupiditatibus, & quæ ab omni animo natura mundi, quæ commercio ſegregatum contra aduerſantes diſcrimen opponere: nec ſæuitiam torquentis horrere, animari hominem dolore quo credatur extingui, & id ſibi in augmentum uirtutis aſſumere, quod cruciatui putat prodeſſe qui punit. Nam præ durantibus licet guttis reſultans ungula recurrat in uulnus: exeuntibus flagellis cum auulſa corporis parte rediens aliena ducatur, ſtat immobilis tamen pœnis ſuis fortior, hoc ſolum ſecum ipſe conuoluens, quod in illa crudelitate carnificum pluſq; pro quo patitur CHRISTVS, ipſe patiatur. Nã quando ſi negauerit dominum, pro eo crimen ſubeat pro quo uiciſſe debebat, neceſſe eſt cum uiderit, cũcta tolerare, cui uictoria debetur & pœna. Igitur quoniam res ſumma martyrium, tria ſunt quæ ex eo nobis propoſuimus eſſe dicẽda: Quid ſit, quantũ ſit, cui rei proſit. Quid eſt ergo martyriũ? delictorum finis, periculi terminus, dux ſalutis, iter, patientiæ magiſter, domus uitæ: quo profecto, etiam ea occidunt, quæ in futuro diſcrimine potuiſſent tormenta reputari. Per hoc & teſtimonium nomini redditur, & maieſtas nominis reampliatur, nõ quod p ipſam noui poſſit, uel de ſcelere tractantes magnitudo eius infringi, ſed quod redundet ad gloriæ cumulum, dum circũſtrepentis populi error impauidus animus dat doloris & minis frendentis inuidiæ ad dei titulum. Quod quantum ſibi mens creſcat in pugna, quantum ſe ille putauerit uincere per CHRISTVM hominem uoluerit coronare. Tunc ergo omne fidei robur expenditur, tunc credulitas comprobatur, cum in ſermones uulgi atq; in opprobriũ ueneris, cũq; te inter illas populares inſanias religioſa mente firmaueris, conuincens ſcilicet, ac repugnans, quicquid ſuper perſona tua in iniuriam CHRISTI profanus ſermo iactauerit. Vt cum aduerſo mali moles oppoſita reluctatur, feriant ſcilicet fluctus, & reuolutum æquor identidem pulſet: tamen hæret immobilis uirtus, nec undis circũſpumantibus ad operta ſuccumbit, donec per ſcopulos uix digeſta ſe ſupprimat: & ſuperiacens in aperta litoris ſpacia ipſum æquor euadat. Quid enim in illis aliud quàm ſermo uacuus, & inane colloquium, & animi uoluptas praua uerborum? ſicut ſcriptum eſt: Oculos habent & non uident, aures habent & non audiunt. Grauatũ eſt cor inſipiens eorum, nequando conuertantur & ſanem illos. Nõ enim dubium eſt, quin hoc de omnibus dixerit, quorum dura mens ſemper, & obſtinata pectoris feritas, à deuotione uitali fugata diſſentit, ducente dementia, furore rapiente, omni deniq; illos immanitate uexante, qua inſtigantur pariter, ac feruntur, ut cum illis ad pœnam ſua facta ſufficerent, pœnam ipſam perſecutionis agitatæ, crimen onerare. Totum hoc in laude martyrij expectat, totum

Martyrium quid.

Pſal. 113.

Eſa. 6.

gloria

gloria passionis inluminat,in qua spes futuri tēporis cernitur,in qua CHRISTVS operatur ipse, cuius aguntur exempla quæ petimus:cuius & uirtus est qua repugnamus,& qua in hoc loco aliquid proferre suppetit. Sūma nimirū est ista,atq; admirāda dignatio,& quā nec mente cōcipere, nec uerbis ualeamus implere. Quid em̄ nobis amplius potuisset largiri,quàm ut in se primus ostenderat,quid in alijs coronaret,mortalis factus est,ut immortales esse possemus, & humanæ sortis exitum pertulit,per quē reguntur humana,ut nobis uideretur præstitisse quod passus est,cōfessionē tribuit martyrio subiectis:omnia deniq; quibus lux supprimi posset,in remedium salutare natiuitatis suæ meritis religauit hūanitate præcipua, uirtute diuina. Cuius rei quiqui digni esse meruerunt,caruerunt omni hac mundi teterrima labe. Subactæ mortis conditionē uicerūt. Non enim dubiū est quantū à domino cōsequantur ,qui saluti suæ nomē dei prætulerint,ut in illa iudicij die meliores cruor faceret,sanguis suus esse monstraret. Mors quippe integriorē facit uitam. Mors magis deducit ad gloriam,sic quotiēscunq; latentes stipulis distenta imbribus frumenta turgescant,fœcūdæ messes coguntˉ æstate. Sic quotiēs ferro uitis abscinditur erumpentibus pampinis,melius uua uestitur. Nam & in augmentum prouenturi temporis, quicquid iniuria sua proficit, flammas quippe plerūq; agris iubet immittere:quo calore uagantis incendij cæca terræ spiramēta laxare iubet stipulas,crepitanti igne torrere, ut se in altius grauida seges tolleret ,parturientibus culmis densior arista floreret. Igitur talis & martyrij primo casus,postmodum fructus est, qui morte uitam cōdemnat,ut uitam morte custodiat. Quid enim tam eximium atq; sublime est,quàm inter tot instrumenta carnificum deuotione robusta cunctam fidei reseruare uirtutem? Quid tam magnū atq; pulchertimum,quàm inter tot circūstantium gladios libertatis suæ dominum,ac salutis autorē,repetita sæpius uoce,protestari? & maxime si ante oculos tuos ponas,nihil detestabilius esse dedecore,nihil fœdius seruitute, nihil aliud te debere iam petere,aliud optare,quàm eripiendum esse cladibus seculi,exuēdum malis mundi,nec inter ruinas orbis iam iamq; perituri alienum à terrena contagione uersari? Quid enim tibi cum hac luce,cui lux æterna promissa est? Quid cum hoc uitæ naturæq; commercio,quem cœli amplitudo deposcit? an teneat cupiditas ista uiuendi? Sed post inexpiabile malū sæuiens ignis æterna scelerum ultione torquebit:teneat cupiditas ista uiuēdi,quibus & mori pœna est,& durare tormentum? Tibi iam & mundus ipse succumbit, & terra cedit,qui morientibus cunctis ad hoc reseruatus es, ut martyr esse potuisses. An non cotidiana cernimus, nouos exitus diuturnos factis & sæuientibus bis inexpers cuiusdā cladis exitia,ac strages populatarum,urbium intuemur? ut possimus agnoscere quanta martyrij habenda sit digni

tas,ad cuius gloriam nos cogere,& iam salus cœpit.Etenim charissimi fratres respicite ad hoc,quæso uos plenius,in quo & salus uertitur,& sublimitas computatur,licet non sim nescius, etiam uos iudicijs contineri. ne qui ignorarẽt hãc esse nobis traditã disciplinam,ut sine ullo terrore militiæ uim tanti nominis tueremur. Quippe quos pridem à desiderio lucis istius cupiditas æterna memoria deduxerit, quos futurorum uota diu fefellerint, quosq; ab omnibus uitijs optãda CHRISTI societas segregarit. Nec si hic exitio succũbere morti animam dubitamus offerre.Nec iam retinenda sunt nobis,& amplectenda beneficia diuina,quorum ultra rerum ardore, tanta sit ista merces,quantum in dicendo humana mediocritas uix possit implere.Sanguini nostro patet cœlum,sanguini gehennæ,cœli tabernaculum. Et inferus omnium gloria pulchrior sanguinis titulus, & integrior corona: signatum sit quotiens de hoste triũphabilis spolijs,onustus spolijs miles ingreditur,uulneribus suis gaudens.Sic quotiẽs tempestatibus diu nauta fatigatus litora tuta contigerit,felicitatem suam depresso periculo ducit. Est etenim profecto,nisi fallor labor lætus,per quem securitas inuenitur. Igitur toleranda sunt omnia, patienda cuncta, nec appetendum quomodo id gaudeas tempore & perpetuo puniaris ardore.Meminisse enim debes,uelut quadam te fœderis pactione constrictum, ex qua aut capessendæ salutis sit iusta cõditio,aut pœnæ merita formido.stant inter aduersa pariter ac prospera arma & tela, hincque te secularis ambitio,inde cœlestis admonet magnitudo.Si salutem times perdere,scito mori posse. Porrò autem contemnenda tibi mors est,cui CHRISTVS occisus est ante oculos:tibiq; concurrant dominicæ promissionis exempla. concurrant oblata præmia, & parata discrimina, quantamque inter se habeant difficultatem,res utraq; cõspicito.Poteris enim confiteri,nisi scias quantũ noceat si negaris. Cœlo martyres gaudent,ueritatis inimicos ignis absumet.Paradisum dei testibus floret,negatoris gehenna æternus ignis inardescit.Et ut de cæteris taceam,hoc nos utiq; magis debet hortari,quod confessio uocis unius CHRISTI perpetua cõfessione seruetur,sicut scriptum est: Qui me confessus fuerit in terris coram hominibus,& ego confitebor eum coram patre meo,& coram angelis eius.Ad hoc accedit ad gloriæ cumulum,ornamẽta uirtutum. Ait em̃, fulgebunt tanq; scintillæ in arundineto discurrentes, iudicabũt nationes,& dominabuntur populis.Magna est enim fratres charissimi uita salutis æternæ honestæ passiõis ornare,magna sublimitas ante ora domini aspectũq; CHRISTI potestatis humanæ tormenta contemnere,nec horrere.Sic Daniel minas & leonum frementium rabiem per constantiam fidei suæ uicit, dum adorandum nullum alium esse quàm deum credidit. Sic in camino pueris constitutis in se arsit incendium:dum ignes iusti tolerant, quod de

gehenna

gehenna domino credo metuebant. Vnde & retulere condigna non in posterum tracti, non salutis æternæ præmio reseruati. Fidem illorum deus uidit, ut quod sibi post exitum promiserant, uterentur in corpore: nec enim poterit æstimari, quanta in præsenti tributa sit merces. Si sæuitia fuit cessit, si flamma constitit. Vna mens enim omnibus, quam nec uiolentia frangeret, nec ira subuerteret, nec à deuotionis obsequio timor mortis inhiberet. Vnde per gratiam dei factum est, ut sic in illis rex potius uideretur punitus esse, dum euadunt quos se crediderat occidere. Nunc iam ad eandem fratres charissimi ueniam, ex qua ostendere satis possum, quanta martyrij uirtus habeatur, quæ etiam & si est omnibus nota, pro quingentis charitatis insignibus expetenda, tamen plus addidit necessitas temporis desiderio uoluptatis. Etenim est in numeris magnis, si eo tempore quis coronetur, quo coronatum se putat, si forte moriatur. Igitur cũ sit sublime, excelsumq; martyrium, nunc magis est necessarium, quo mundus ipse subuertitur, partimq; orbe concusso natura deficiens ultimi exitus monimenta testatur. Nam & cum cœlo imber incumbit, pluuias & triste prætendit, & quotiens atra tempestas horrenti imminet pelago, per inter apertam fluminum noctem coruscantium fulmina reluceſcunt: sed & cum magnis mare fluctibus uoluitur, paulatim unda se tollit, paulatimq; æquor albescit, donec certa sit postmodum ruere, ut in illis quibus retunditur saxis spumam altius iaciat, quam undam tumidum pelagus expuebat. Legis scriptum esse, usq; quadrãtem nos ultimum reddere, sed hæc pars ablata martyribus. Etenim qui salutis æternæ cupiditatibus freti huiusce desideria uicerunt, hos expertes doloris uniuersi, domini propiciatio coronabit. Igitur hic primum charissimi fratres, poterimus exponere, quanta martyrij uirtus possit impleri. Atque ut transeam, nunc iam meminisse debemus, quanta sit gloria, ad CHRISTVM immaculatum uenire, consortem passionis existere, perpetuáque cum domino æternitate regnare, carere exitijs imminentibus seculi, nec inter cruentam morborum populantium stragem in communi cum cæteris sorte miscerí. Atque, ut sileam de cæteris, si tibi in his naturæ lubricis malis posito uitæ promitteretur excessus, nõne omni mente gauderes? Si qua te in huius mundi turbinibus fluctuante uicina arcesserit requies: nónne mortem pro remedio computares, positus inter arma carnificum, ac tela præliantium, quæ sit ista sublimis ac fortis, considerans quanta sit pœna negare eo tempore, quo frui seculo nequeas, cuius caueis careas, quoniam quidem grauiora tormenta, ac puniendi noxias artes in perniciem nostram dominus sciebat armari, quo fortes ad omnem tolerantiam faceret: Fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Sed & beatissimus Paulus Eccli. 2.

Philip.1. apostolus, exclamauit & dixit: Mihi uiuere CHRISTVS est, & mori lucrum. Quam ob rem charissimi fratres, fide firma, deuotione robusta, contra omnes seculi atroces & asperos insequentium fremitus aduersa uirtute resistendum, nec timendum, quorum spes æternitatis & iusta cœlestis est, quorumq; ardor in cupidine lucis succenditur, & salus de promissa immortalitate lætatur. Hoc uero quod catenis artantibus manus & circumacti graues ceruicibus nexus solido deprimunt pondere, uel eculeo corpus extensum candentes stridet ad laminas, non exempti sanguinis, sed tentationis est causa. Nam & ipsam martyrij dignitatem, quemadmodum agnoscere possemus, nisi illam etiam cum damno corporis nostri cogeremur optare? Sensi equidem, nec me ueritas fallit, cum sæuæ incumbentium manus membra diuellerent, artusq; laniatos tortor sæuiens exararet, nec tamen uinceret, circũstantium uerbis magnum ustus est dici profecto, nescio quod non doloribus subigi, non pœnis angentibus frangi. Sed erant aliæ dicentium uoces, & puto liberos habet. Nam & illi societas in pœnis coniunx, & tamen nec uinculo pingnerum cedit, nec obsequio pietatis abductus à proposito suo deficit. Noscenda res est, & uirtus penitus scrutanda uisceribus, nec enim leuis est ista quæcunq; confessio, propter quã homo patitur, & mori posse. Etenim charissimi fratres, uirtus est tanta martyrij, ut per illam credere etiam ille cogatur, qui te uult occidere. Scriptũ est,

Eccl. 2. & legimus: In dolore sustine, & in humilitate tua habe patientiam, quoniã per ignem probatur aurum & argentum. Quoniã ergo nos terrenis tentationibus probat dominus, & his seculi malis scrutatur CHRISTVS, gratulandum nobis est, atq; lætandum, quod non nos perennibus reseruet exitijs, sed gaudeat ab omni contagione purgatos. Cæterum ab his quos hæreditatis participes adcit, & in regna cœlorũ libẽter adsumit, quid utiq; aliud q̃ integritatis ambitum quæri ipse dixit, uniuersa quæ iacentibus explicant campis, & quæ in obliquos se erigunt colles, & quos seculi magnitudo circũuenit, & pelago circũfluente lubricum æquor includit? Quod si illi adiacent omnia, nec à nobis exposcit, nisi facta syncera, auro ut ipse dixit, similes esse debemus. Aurũ quippe cũ relucẽtibus terris tremulo uideris splendore sub lumine, ros & liquidum flammis torrentibus resoluã. Nam & artificis grana, ferè sic est, caminis quotiens sanè languẽtibus æstuans ignis euomit, aditu terrestri carnali angusto diues flãmis eligitur, & refluentibus leuis arena retinetur. Vnde necesse est uniuersa sufferre, quo possimus omni scelere care

Sap. 3. re, sicut per ꝓphetã suũ dixit. Et si corã hominibus tormẽta passi sunt, tamẽ spes illorũ immortalitate plena est, & uexati in paucis, in multis bene dispo nentur. Quoniã deus tẽtauit illos, & inuenit illos dignos sibi, & quasi holocausti hostiã accipit illos. Quod si te dignitas ambitiosa deterret, & cõgesta

in thesau

in thesauris pecuniæ admonet magnitudo, quæ semper propositum bonæ mentis auertit, & deuotam pro domino suo animam furiali elidit horrore. Quæso repetas uerba cœlestia, nã id ipsum uox dicẽtis est CHRISTI: Qui perdiderit animam suam pro nomine meo, recipiet in hoc seculo centuplũ, & in futuro uitam æternam possidebit. Qua utiq; , qua nihil maius, nihil aptius, nihil utilius computare debemus. Nam licet precioſarum uestium more purpuræ in imagines currat, & lentescẽtibus filis aurũ erret ad speciẽ, nec de effossis grana, quibus incumbendi siue metalla thesaurus: uacua ni/ si fallor ista atq; inania computabuntur, si adiacentibus tibi cunctis, sola sa/ lus tibi deesse uideatur, sicut spiritus sanctus loquitur, nihil nos in uicem ani mæ nostræ posse dare. Ait enim: si totum orbem lucrifeceris, & animam tuã perdideris, quid proderit uobis? aut quã homo cõmutationem dabit, pro anima sua? Vacua sunt enim uniuersa quæ cernimus, & quæ infirmis ra/ dicibus posita, soliditatis suæ uim nequeant sustinere. Nam quod & de secu lo capitur, uetustate temporis frustratur, unde & quid esset dulce uel charũ, uel quod salutis æternæ præferre cupiditatibus possit, dominicis amputata præceptis, iure proprio, ac lege priuata sunt. Ne in tormentis scilicet patrem filius frangeret, ne obstrictum durati roboris pectus in aliam uoluntatẽ af/ fectus forte mutaret. Solam ueritatem, salutemq; solam inter magnos cõ/ plectendam esse cruciatus, suo CHRISTVS iure constituit. In quo coniunx & liberi & nepotes, in quo omnis uiscerum soboles relicta, usurpanda uicto ria est. Nam & Abraham sic deo placuit, qui tentatus à deo, & filio non pe/ percit, pro quo ignosci forsitan posset, si illũ dubitasset occidere. Armauit manus religiosa deuotio, nec domini iubentis imperium pietas paterna ne glexit. Nec horruit quod nati funderet sanguinem, nec intremuit ad uocem, & adhuc pro eo CHRISTVS non fuerat occisus. Quid enim charius eo, cẽ qui nequid inuitus hodie sustinueris, prius est quod doceret? Quid eo dul/ cius, qui cum ipse est deus noster & dominus, tamen patientem pro se ho/ minem regni cœlestis efficit cohæredem? O grande nescio quid sibi quàm illud conscientiæ ratio uix sustinet carere, quin magna semp miretur ad mu nera, siue quia tam large maiestas dei, ut in sperãtibus cunctis etiam ea of/ ferat, quæ nobis contemplatione factorum nephas fuerat optare. Etenim si tantum salus daretur æterna, pro ipsa perpetuitate uiuendi haberemur in gratia. At nunc cum cœlum, & iudicandi de cæteris facultatem perenni secu lo largiatur: quid est in quo spem remissis oñibus possit humana medio/ critas experiri? Si iniurijs ageris, prior actus est ille. Si contumelijs preme/ ris, dei munus imitaris. Vnde & parum est, quicquid pertuleris pro eo, qui nihil amplius potes, nisi quod in hoc salus uniuersa consistit. Quin marty/ rio totum ille promisit. Deniq; Apostolus cui cordi fuerunt semper uniuer/ sa, cũ instar munerum promissorum penitus miraremur: Aestimo, inquit, non

Matth. 16.

Mar. 8.

Gen. 15. & 22.

Rom. 8.

non esse condignas passiones huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelatur in nobis. Etenim secum ipse uoluebat quãtæ merces existerent, ut ei cui sufficeret morte carere, non tantũ salutis daretur præmiũ, sed & cõscendere cœlum: cœlum quod nec fugata lux cogit in noctem, nec alternis uicibus dies aperit in lucem, sed aëris liquidi serena temperies, per sudum igneo fulgore rutilantem puram explicat claritatem. Iam supereſt chariſſimi fratres, ut debeamus ostendere cui rei martyrium prosit. Atq; illud profecto doceamus, quod nos ad hunc gloriæ titulum metus excitet futurorum. Etenim quibus magna promissa sunt, magis magna sunt, quæ metuenda esse illis uideantur. Nã in arma miles ascendit priusq; se inimica hostis tela commouerint. Nec nauem aliquis statione subducit, nisi animum pelagi pauor strinxerit. Sed & intentatis suis opibus scrutator agricola non ante felici terram suscitat uomere, quàm in puluerem imbre concepto putris gleba soluatur. Ita est omnis naturalis usus, nescire quid prosit, nisi agnoueris quod accidit. Vnde datur sanctis omnibus præmium, dum infliguntur iniustis tormẽta factorum. Igitur quæ suis promiserit dominus, nemini qui nesciat dubium, sed nec quantis minetur ignarum. Et quoniam ita se attulerit sermo, ut de utrisq; asseratur ratio: paucis quæ dixi, breuiter exponam. Sæuiens locus, gehenna cui nomen est, magno plangentium murmure, & gemitu, & eructuantibus flammis perhorrenda, spissæ caliginis nocte sæua semper incendia camini fumantis expirant. Globus ignium artatus obstruitur, & in uarios pœnæ exitus relaxatur. Tunc sæuiẽdo plurimo glomeratum in se ipse conuoluit, quicquid ardoris emissi edax flamma cruciarit. Hic quibus recusata uox domini, & imperia fuere contempta, dispariibus coërcet exitijs, p̃q; merito salutis exactæ uires suas suggerit, dũ pars sceleris crimen imponit. Et alios quidẽ moles intolerabilis curuat, alios per abruptum diuosi tramitis collem uis sæua præcipitat, & catenarum stridentium nexũ graue pondus inclinat. Hic sunt & quos agẽs strictim rota, & indefessa uertigo, & quos tenaci inter se densitate constrictos adhærens corporis corpus includat: ut & absumat incendium, & grauet ferrum, & se cruciet turba multorum, quibus aut inquisitus fuit semp deus, aut notus. Nũq; excidit locus, ubi iacet gratia, ubi uirentibus campis terra luxurians alumno se induit gramine, & redolens pascitur flore, ubi altum nemora tolluntur in uerticem, & ubi arbor densior comam uestit, quicquid curuãtibus ramis scena deorsum iacens incumbrarit. Omnia illic non frigoris, nec ardoris, nec cũ autumno arua requiescant, aut uere nouo tellus fœcunda parturiat unius pœna feruntur æstate. Quippe cum nec mensibus suis tunc luna deseruiat. Nec per terrarum sol momenta decurrat, aut in noctem lux fugata concedat. Habet populos quies læta senescentes placida, ubi fons scaturiens medio sinu aluei prorumpentis emergit, & pauco per interualla circuitu, sinuosis flexi

ſis flexibus labitur,ut in ora naſcentium ſibi fluminum diuidatur.Hinc ergo magna laus martyrum, hinc nobis corona uictorum, quibus maiora his repromiſſa ſunt præmia.Quod uero uel foris corpus obiicitur, uel imminens gladius non timetur,dignationis oſtenditur ratio,manifeſtatur electio.Etenim incongruens fuerat,ut cum tanti muneris iudicaſſet in terrena uitia cordis,querit,mœret.Merito enim nihil uobis ô boni martyres denegatum:quos ſpes æternitatis,& ſalus lucis,quorumq; deuotio uniuerſa cœleſtis & mens dedita cernitur ſeruitutis.Merito,inquam,merito uobis,nihil uelle non licitum,quorum animo deſpectus hic mundus, & alienata ſeculi facies,uelut confuſa tenebrarum inhorruit cæcitate. Cui ſemper hic mundus loco carceris,tecta pro clauſtris,inuito ſemper habita commeatus. Sic quippe triumphantibus uictoria,de his malis rapitur,quam non pompati co congreſſu uana ſubiecit ambitio, aut popularis extulit magnitudo, ſed quem cœleſti cupiditate flagrantem ſuo CHRISTVS addidit regno.Nihil itaq; tam magnum atq; uenerandum,q̄ quod liberam mortē & facit uiuere,& dat perpetuo regnare ſanctis.Hoc diuitibus aptū,miſeris neceſſarium, omnibus gratū,quo lætantur boni,releuātur abiecti,coronātur electi. Etenim omniū cultor uelut quoddā martyrio remediū uitæ dedit,quando aliis aliud ꝓ merito eorū & tribuit aliis pro miſericordia ſua tradidit. Vidimus qppe ad hūc nominis titulū fide nobiles ueniſſe pleroſq;,ut deuotiōis obſequiū mors honeſtaret.Sed & alios frequēter aſpexim⁹ inter iuſtos aſtitiſſe, ut admiſſa peccata redimentes,cruore ſuo loti haberentur in ſanguine & reuiuiſcerent interempti,uiuentes computabantur occiſi. Mors quippe integriorem facit uitam. Mors amiſſam inuenit gloriam. Nam hoc ſpes iam amiſſa percipitur,hoc ſalus cuncta reparatur.Sic cum arentibus æſtuarit ſupinis ſe collibus fluuium iubet elicere, & ſcaturientibus riuis arua ſitientia temperare,quo ſe in uberes culmos uicta agri ieiunitas funderet:pluuia imbre mentita ſeges denſior inhorreret. Quid igitur fratres chariſſimi,potiſſimum referam,quid ue dicam,ſic in unum conuenientibus titulis dignitatis turbatur animus,deducitur ſenſus,& ipſo conatu nitentis eloquij impar ſermo euaneſcit? Quid enim dici ſatis eſſe poſſit,cum ſi uim æternæ ſalutis expreſſerit, occurrat ambitio,ſi ambitum dixeris,præueniat magnitudo? tres ſimul quæ congruunt,neceſſe eſt,quod dignum præferendū eſſe uideatur. Ita impetus oratiōis audentis,uelut implicat os,quæ obuiā ex aduerſo martyrij exempla tenuerunt.Quæ uox, quæ litera,quæ uires inſtar muneris tāti capiant? ſuſtinere confeſſionem uocis unius,aduerſa ſuccumbūt, læta proueniunt,parent regna,parantur imperia,deuincitur pœna, mors ſubigitur, uita,ꝓfertur,& infeſtātis inimici repugnātia arma reſoluūtur.Si delictū eſt, occidit,ſi mendaciū,abſiſtit.Vnde,quæſo uos,hoc ueſtris mētibus ponderate,tan

te,tantũq́ de noſtra oratiõe percipite,quantũ ſciatis uos poſſe ſentire. Ve-
niat ante oculos ueſtros,qui dies ille ſit,cũ ſpectante populo,atq; intuenti-
bus cũctis cõtra terrenas cruces,& minas ſeculi incõcuſſa deuotione reluce
tur,q̃ ſuſpẽſi animi mentes,quæ ſollicite de ancipiti trepidatione gratulan
te formidine,pauido quatiãtur horrore,quæ illic anxietas,quæ optatio pre-
cũ,quæ uota memorẽtur, cum adhuc nutante uictoria,atq; in incertos exi-
tus caſu meretrix capiti corona dependeat. Cúmque illa peſtilens ac furi-
bunda conſenſio accendatur, ira inflammetur, inſaniam omnium deni-
que pectoris rabie ac minis frendentibus terreatur. Etenim quantum hoc
ſit quis ignorat,ut præ doloribus uulnerum,non ictibus quæſtionum, ue-
lut deſpecta noſtra fragilitas, & humanæ uirtutis inopinata mendacia
ſtare hominem nec moueri, torqueri nec tamen uinci, ſed pœna ipſa po-
tius qua cruciatur armari. Conſiderate quid ſit chariſſimi fratres, omnem
matyrij firmitatem ſenſibus ueſtris animíſque proponite. Ecce animi cu-
iuſlibet paſſione uocati gaudent iampridem acciti è ſeculo martyres,gau-
dent bonorum omnium nuncij,gaudent pariter electi, ibi lætatur milite
ſuo dominus,lætatur teſte nominis ſui CHRISTVS. Parum eſt quod
dico fratres chariſſimi, parum eſt,ita mihi magna ratio in hoc genere dicẽ-
di,ac moles admiranda ſuſcepta,ſed arbitrij,quæſo uos, grauitas ab inten-
tione propria nõ deſit,ſciens tantũ de martyrio poſſe dici,quantũ potuerit
æſtimari. Vnde & hæc ſola exequẽdæ laudis fuit cauſa nõ quo parẽ me glo
riæ,atq; idoneũ iudicarẽ,ſed quod tantã in illis cernerẽ eſſe uirtutem,ut &ſi
parũ de eo dicerem, plurimũ me dixiſſe ꝓfiterer. Nã præferatur licet bono
fidei cuſtodita iuſtitia,meliorẽq́ ſe inter omniũ laudes uirginitas immacu-
ta cognoſcat: cedat ita,ne ſanguinis ſũmittat cruori,illi elegerũt bonũ imi-
tati ſunt CHRISTVM. Nunc uero chariſſimi fratres, ne quis me arbitre-
tur, omnem ſalutem, non alijs tantum quàm in martyrio collocaſſe: hoc
profecto reſpiciat,neque me tantum eſſe,qui loqui uideor,neque ita,ſed ha
bere ordinem rerum,ut immortalitatis ſpes repromiſſa unius partis latere
nitatur. Sed quoniam ita ſuo ore teſtatur eſſe habitacula penes patrem
multa: mihi maius credidi eam gloriam,qua probantur hic homines, qui
ſeculari indigni ſunt uita. Igitur chariſſimi fratres, æmula religione certan-
tes, uelut incentiuo quodam mercedis agitati, omnem uirium copiam,
tolerantiámque ſubeamus. Non enim mouere nos debent caduca, quæ
ſemper,& quæ iam euerſionem ſuam non modo lege propoſita,ſed & iam
Matth. 3. ipſo fine temporis arguunt. Exclamat Ioannes & dicit, iam quidem ſecu-
ris ad radicem arboris poſita eſt,monſtrans ſcilicet & oſtendens ultimam
Ioan.12. eſſe rerum omnium ſenectutem. Sed & ipſe dominus: Ambulate, inquit,
dum lucem habetis,ne uos tenebræ comprehendant. Quod ſi illo tempore
ambulan

ambulandum nobis esse prædixit: quæ ut nos magis ambularemus ostendit, atque ut ad laudem martyrij redeam, uox est beatissimi Pauli dicentis: Quoniam qui in agone currunt, multi certant, unus autem accipit palmam, uos autem sic currite, ut omnes coronemini. 1. Cor. 9. Sed & alibi quod ad martyrium posset hortari, cohæredes nos CHRISTI uocauit, quin etiam nec omitteret, Si cum CHRISTO, inquit, commortui estis, quid tanq; uiuentes in hoc mũdo decernitis? Roma. 8. Etenim charissimi fratres, qui resurrectionis præmia sustinemus, qui iudicij diem quærimus, qui denicq; cum CHRISTO regnaturi sumus, seculo mortui esse debemus. Nec poteris optare martyrium, nisi ante oderis seculum, nec peruenire ad dei præmiũ, nisi amaueris CHRISTVM. Non amat seculum, CHRISTVS enim abiectus est seculo, sicut & seculum CHRISTO: Ita ut scriptum est: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Galat. 6. Nemini amabilis fuit mundus, quem non ante damnauerit dominus: nec salute potuit frui æterna, qui mundi gloriatus est uita, uox est ista CHRISTI dicentis: Qui in hoc seculo amauerit animam suam, in futuro perdet illam, qui autem in seculo oderit illã, in futuro inueniet illã. Matth. 14. Sed & apostolus Paulus: Imitatores, inquit, mei estote, sicut & ego CHRISTI. & alibi ipse: 1. Cor. 4. Volo uos omnes, ait, si fieri potest, imitatores meos esse. Dixit hoc ille qui Ibid. 7. passus est, & quod passus est, ad hoc passus est, ut imitaretur dominũ, utiq; & nos ad hoc uoluit pati, ut per ipsum imitaremur CHRISTVM. Si iustus es & deo credis, quid pro eo sanguinem fundere metuis? quem pro te totiẽs passum esse cognoscis? In Esaia sectus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Ioseph uenundatus, in homine crucifixus est, & de cæteris quidem taceo, quæ nec oratio potest dicere, nec animus sustinere: uincitur conscientia humilitatis exemplo, & quanta conspyderat quæ dum pateretur acciderint, miratur passum propter quem cuncta trepidarint. Dies fugit in noctem, in te nebras lux cuncta cõcessit, atq; inclinato per alternas uices pondere, omnis terra commota dissoluitur, turbati manes, monumẽta nudata sunt, & sepulchris hiatu dehiscentibus terræ, reddita luci corpora restituerunt, fluxu sanguinis mundus intremuit, scissa quæ foribus dependebant uela, templum omne fugit qui moriendo arguit seculum. Igitur cum ad exemplum dominicæ passionis, atq; ad omne testimonium CHRISTI animã tuam ponas, nec fundere sanguinem metuas: martyrio totum necesse est cedat martyrij inæstimabilis gloria, infinita mensura, immaculata uictoria, nobilis uirtus, inæstimabilis titulus, triumphus immensus. Quippe quo & propria confitẽtis laude præfertur, uelut socio CHRISTI cruore decoratus. Itaq; charissimi fratres licet sit hoc totum dominicæ promissionis & muneris, licetq; tribuatur ex alto, nec capiatur, nisi eius imperio, sed nec alimento cõcipi aut exprimi uerbis, aut oratione præcurri, aut quibuslibet eloquentiæ uiribus possit impleri: tamen erit hoc beneuolentiæ uestræ, erit charitatis & amoris, si uo-

lueritis noſtri memores eſſe, cum in uobis dominus martyrium cœperit honorare: uos intra ſummum illud altare, uos intra ſe magna illa uenerandi nominis ſedes, ueluti ſinu quodam gremiq; amplectentis includit, uos impetia perennis temporis ſuſtinent, & illic regnaturi ſemper & uicturi. O beati quibus uere ſint dimiſſa peccata, ſi tamen qui CHRISTI compares eſtis aliquando peccatis. O beati quos à primordio mundi domini ſanguis infecit, & quos merito ſplendore iſte niueus amictus induerit, & candor ſtolæ ambientis ornarit. Videor denicq; ipſe mihi iam cernere, próq; arbitrio mentis humanæ ante oculos & aſpectum diuinum, illud mihi & inſigne concurrit. Videor, inquam, mihi iam cernere, ut ille uirorum nobilis numerus CHRISTI ſui gloriam iteráq; comitetur. Ibit ante ora eius felix caterua uictorum, & ſedes anatibus turmis, uelut ſolis ex ortu totum illuminatum agmen inferet poteſtatem. Et utinam perabiecto mihi iſtud uidere contingeret, ſed hoc dominus poterit efficere, quod nobis petentibus creditur non negare.

FINIS.

DE DISCIPLINA ET BONO PVDICITIAE LIBELLVS, INCERTO AVTORE.

ALiquas officiorum meorum partes non æſtimo præteriſſe dum ſemper enitor uel maxime cotidianis euangeliorum tractatibus, aliquando uobis fidei, & ſententiæ per dominum incrementa præſtare. Quid enim aliud in eccleſia domini utilius geri, quid accõmodatius officio epiſcopi poteſt inueniri, quàm ut doctrina diuinorum, per ipſum inſinuata collataq; uerborum poſſint credẽtes ad repromiſſum regnum peruenire cœlorum? Hoc mei & operis & muneris, cotidianum uotiuum negocium, abſens licet obtinere connitor, & per literas præſentiam meã uobis reddere conor, dum uos ſolito more allocutionibus miſſis in fide interpello. Ideo conuenio ut euangelicæ radicis firmitate ſolidati, aduerſus omnia diaboli prælia ſtetis ſemper armati, abſentem me non credo, ſi fuero ſecurus. Veruntamen omnia quæ utiliter proferunt, & æternæ uitæ ſtatum tractantibus, uel diffiniunt, uel promittunt, ita demum fructuoſa ſunt, ſi ad emolimentum operis diuinæ indulgentiæ uiribus adiuuentur. Non ſolum proferimus uerba quæ de ſcripturarum ſacris fontibus ueniunt, ſed cum ipſis uerbis

uerbis preces ad dominum & uota ſociamus, ut tam nobis quàm uobis, & ſacramentorum ſuorum theſauros aperiat, & uires ad implenda quæq; cognoſcimus, tribuat. Periculum enim maiuseſt, uoluntatem domini cognouiſſe, & in dei uoluntatis opere ceſſaſſe. Quamuis ergo ad multa uos negocia, ad diuinæ monitionis præcepta, ſemper ut ſcitis exhorter, quid mihi aliud uotiuum aut maius poteſt eſſe, quàm ut per omnia perfecti ſtetis in domino? Tamẽ ut præcipue pudicitiæ clauſtra teneatis, quod & facitis, admoneo, ſcientes templum eſſe uos domini, membra CHRISTI, habitationem ſpiritus ſancti, electos ad ſpem, conſecratos ad fidem, deſtinatos ad ſalutem, filios dei, fratres CHRISTI, conſortes ſpiritus ſancti, nihil iam carni debentes, qua renatos ex pudicitia præter uoluntatem, quam uelle debemus, & noſtra ſit: præſtetur etiam propter redemptionem, ut corrumpi non poſſit, quæ à CHRISTO conſecrata ſit. Nam ſi Apoſtolus eccleſiam ſponſam CHRISTI pronunciat, oro uos quanta pudicitia exigitur, ubi eccleſia inter matrimonia ſpõſa uirgo præſtetur? Et ego quidem, niſi quod breuiter uos admonere propoſui, latiſſimas ſatis puto, & locupletes pudicitiæ laudes proferre potui, ſed ſuperuacuum duxi laudare eam diutius apud colentes. Vos enim illam ornatis dum geritis, & plures eius laudes exercendo profertis, facti eius ornamentum, dum & illa ueſtrum eſt, modulo decore inuicem fœnerando. Illa uobis diſciplinam bonorum ſuggerit morum, uos illi miniſterium præſtatis operum ſanctorum. Nam & illa quantum & quid poſſit, per uos apparuit, & quid uos uelitis ipſa demonſtrauit, & docuit, copulatis in unum duobus bonis mandatorum & rerum, ne quid inutile uideretur, ſi præceptis miniſteria defuiſſent. Pudicitia eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, uinculum pudoris, fons caſtitatis, pax domus, concordiæ caput. Pudicitia ſolicita non eſt cui placeat niſi ſibi: pudicitia ſemper uerecunda, dum innocentiæ mater eſt: pudicitia ſemper ornatur ſolo pudore, bene ſibi conſcia de pulchritudine, ſi improbis diſplicet: pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus ſuum ipſa eſt. Hæc nos commendat domino, connectit CHRISTO, hæc expugnat omnia de membris illicita deſideriorum prælia, pacem noſtris corporibus inducit: beata ipſa & beatos efficiens, apud quoſcunq; habitare dignatur, quam nunquàm accuſare poſſunt, nec qui eam non habent: uenerabilis etiam hoſtibus ſuis, dum illam multo magis mirantur, qui expugnare non poſſunt. Sed ut matura & in uiris probata ſemper & à fœminis appetenda, ſic inimica eius impudicitia ſemper eſt deteſtanda, obſcœnum ludibrium reddens miniſtris ſuis, nec corporibus parcens nec animis. Debellatis enim proprijs moribus, totum hominem ſuum ſub triumphum libidinis mittit: blanda prius, ut plus noceat dum placet, exhauriens rem cum pudore hoſtis continentiæ frequenter perueniens ad ſanguinem: cupiditatem infeſta rabies,

Pudicitia.

incendiũ conſcientiæ bonæ, mater impœnitentiæ, ruina melioris ætatis, con tumelia generis, expugnans ſanguinis & familiæ fidem, alienis affectibus ſuos inſerens filios, in aliena teſtamenta ſobolem ignoti & corrupti generis inducens. Quæ plerunque extra ſexum ardens, dum ſe non continet intra conceſſa, parum ſibi putat ſatiſfactum, niſi in uirorum quoque corporibus non uoluptatem nouam quærat, ſed extra ordinaria & portentuoſa contra ipſam naturam eo uiris per uiros monſtra conquirat. Sed enim pudicitia locum primum in uirginibus tenet, ſecundum in continentibus, tertium in matrimonijs. Verum in omnibus glorioſa eſt cum gradibus ſuis, nam & matrimoniorum fidem tenere, laus eſt, inter tot corporis bella: & matrimonio de continentia modum ſtatuiſſe, maioris uirtutis eſt, dum etiam licita reijciuntur. Certe ex utero ſanctitatem cuſtodiſſe, & infantem ſe uſque in ſenectutem in ſua ætate tota tenuiſſe: admirandæ utique potentiæ eſt, niſi quod blandas corporis leges non noſſe, magis felicitatis eſt: notas iam uiciſſe, uirtutis eſt, ſic tamen ut & uirtus iſta de dono dei ueniat, licet ſe in membris hominibus oſtendat. B. Pudicitiæ, fratres, antiqua præcepta ſunt. Quare antiqua dico? quia cum ipſis hominibus inſtituta ſunt. Nam & ideo uir ſuus fœminæ eſt, ut præter eũdem alterum neſciat, & ideo uiro reddita eſt mulier, ut ſubiecto quod fuerat ei proprium, nihil requirat
Gene. 2. alienum. Sic & duo, inquit, erunt in carne una, ut in unum redeat, quod unum fuerat, ne ſeparatio ſine reditu occaſionem præſtet alterius. Inde &
Ephe. 5. Apoſtolus: Caput mulieris pronunciabit uirum, ut coniunctione duorum pudicitiam probaret. Nam ut alterius caput membris aptum non poteſt eſſe, ita & alieno capiti membra non ſua, caput enim ſuis conuenit membris, & membra capiti ſuo utraque naturali fibula in concordia mutua cohærent, ne oriente diſcordia, de diuiſione membrorum pactum diuini fœde-
Ibidem. ris rumperetur. Addit tamen & dicit: Quoniam qui uxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim carnem ſuam odio habet, ſed nutrit & fouit eam, ſicut & CHRISTVS eccleſiam. Charitatis cum pudicitia ex hoc magna præſcriptio, ſi uxores diligendæ ſunt à uiris ſuis, ſicut & CHRISTVS dilexit eccleſiam, & ita uxores maritos debent diligere ut eccleſia CHRISTVM. Hanc ſententiam CHRISTVS quando uxorem dimitti non niſi ob adulterium dixit, interrogatus tantum honorem pudicitiæ dedit. Hinc nata eſt
1. Teſſa. 4. illa ſententia: Adulteras non ſinetis uiuere. hinc Apoſtolus dicit: Hæc eſt uoluntas dei, ut abſtineatis uos à fornicatione. hinc & illud dicit: Membra
1. Cor. 5. CHRISTI, membris meretricis non eſſe iungenda. Hinc traditur ſatanæ in interitum carnis, qui proculcato iure pudicitiæ, uitia carnis exercet. Hinc merito regnum cœlorum non tenent adulteri: hinc eſt, omne peccatũ extra corpus eſſe, ſolum adulterum peccare in ſuum corpus: hinc cæteri præceptorum autoritates, quas nunc recolere omnes, non eſt neceſſe, apud uos præſertim

præsertim qui illas nostis frequenter & facitis, quæ licet descripta non sint, queruli tamen de his non potestis esse. Adulter enim non habet excusationem, aut habere potuit, quia ducere licebat uxorem. Sed sicut matronis iura præscripta sunt, quæ ita sunt nexæ, ut diuelli inde non possint, uirginitas uero & continentia extra ius omne sunt, nihil ad uirginitatem de matrimoniorum legibus pertinet, altitudine sua transcendit omnes, si ulla praua hominum leges ausa supergredi conantur. Virginitas æquat se angelis, si uero exquiramus etiam excedit, dum in carne luctata, uictoriam & contra naturam refert, quam non habent angeli. Virginitas quid aliud est quàm futuræ uitæ gloriosa meditatio? uirginitas neutri sexus est: uirginitas est perseuerans infantia: uirginitas est uoluptatum triumphus: uirginitas filios non habet, sed quod plus est, filiorum contemptum habet, non habet fœcunditatem, sed non habet orbitatem: felix quod est extra partus dolorem, felicior autem quod est extra funerum filiorum calamitatem. Virginitas quid aliud est quàm soluta libertas, maritum non habet dominum: uirginitas affectionibus omnibus soluta est. Non matrimonijs est dicata, nõ seculo, non liberis. Persecutionem non potest timere, dum illam de securitate potest prouocare. Sed quia pudicitiæ nobis breuiter sunt exposita præcepta, iam pudicitiæ ponamus exemplum. Plus enim proficitur cum in rem præsentem uenitur, nec de uirtute dubitatur, quãdo quod præcipitur, exemplis etiã sanat. Exemplũ pudicitiæ à Ioseph cœpit. Adolescẽs Hebræus generosus de patre, generosior de innocentia, ob inuidiã reuelationum distractus à fratribus Ismahelitis, in domum deuenerat hominis Aegyptij, obsequio & innocentia & tota seruitutis fide, facilem & beneuolum in se animum sui prouocauerat domini, cuius faciem tam sermo liberalis, quàm ætas omnibus commendauerat. Sed ista generositas ab uxore domini aliter quàm decebat accepta est, in domus partus secreta, & sine arbitris allata, & facinorosis accommodata putauit se pudicitiam adolescentis incontinens mulieris impudicitia nunc promissis, nunc minis posse superari. Et cum retentus est uestibus, eo quod moliretur fugam, propter tanti facinoris audaciam, ipsas uestes relinquens, & corporis nudi synceritatem habiturus innocentiæ testem: ad crimen impudicitiæ suæ impudens mulier adijcere non dubitauit calumniam, & cæteris & marito squalida & feruens, spreto desiderio suo, conquesta est dolore simulato, quod Hebræus adolescens uim sibi molitus fuisset inferre, quam ipsa conata fuerat irrogare. Maritalis ardor rerum insçius, & uxoris accusatione grauiter inflammatus incenditur. Pudicus uero iuuenis, quia delicto conscientiam non miscuit, in imum carceris truditur. Sed sola nõ est in carcere pudicitia, nam est cum Ioseph deus, & nocentes dantur in manu eius, quia innocens fuerat. Somniorum præterea obscura dissoluit, quia spiritus in tentatione uigilabat, & per Gene. 39.

dominum liberatur à uinculis. Qui in domo minore cum periculo fuerat, regiæ domus sine periculo dominus effectus est, generositati suæ redditus fructum pudicitiæ & innocẽtiæ, deo iudice, à quo meruerat, accepit. Sed nõ minus ex parte diuersa, aliud nobis pudicitiæ simile, de continentia fœminarum exoritur exemplum. Fuit, ut legimus, Susanna filia Helciæ, uxor Daniel.13. Ioachim pulcherrima, pulchrior moribus. Hanc nullum ad decorem commendabat species, simplex enim erat. Excoluerat pudicitia, & cum pudicitia sola natura. In hanc ex senioribus duo cœperant deperire, nihil memores, nec diuini timoris, sed nec suæ annis iam marcescentis ætatis, ita illos in flagrantia transactæ iuuentutis incendia, rediuiuæ libidinis flamma reuocabat. Pudicitia latrones amorem profitentur, sed oderant. Resistenti minantur calumnias, adulterij se dicunt accusatores, uoto adulteri. Inter duos libidinis scopulos auxilium de domino petebat, quia uiribus corporis repugnare non ualebat. Et exaudiuit de cœlo damantem ad se pudicitiam dominus, & cum iniquitate oppressa duceretur ad pœnam, uidit inimicorum liberata uindictam. Bis uictrix, & in periculo suo, tam funcste totiens concepta & libidinem euasit & mortem. Infinitum erit si exempla prosequar plura, his duobus contentus sum, præsertim cum omnibus sit uiribus per ista pudicitia defensata. Non illos emollire potuit in uita generosi sanguinis memoria, quæ in quosdam licentia lasciuiæ est ministra, non decor corporis & apte positorum figura membrorum, quæ suggerit plerunque quasi flos, quædam, properans uelociter transire ætatis porrectæ uoluptatis occasione pascatur, non anni primi uirentis, sed maioris ætatis, cum rudis adhuc sanguis æstuans, naturæ flammas accendat, & in medullis uersata cæca incendia ad remedium, uerum etiam per periculum pudoris iura non ulla latebrarum, & sine ullo conscio, quæ tuta quibusdam putatur occasio, quæ maxima uis est admittendi sceleris cum deliberationibus occurrit impunitas. Non posita necessitas de autoritate iubentium, & in temeritate participum atque sociorum, quo genere franguntur etiam sæpe recta consilia. Non præmia ipsa & bonitas, non accusationes, non minæ, non pœnæ, non mors, nihil tam sæuum, tam durum, tam triste, quàm cecidisse de alto pudicitiæ gradũ. Digni tãto iudicis diuini præmio quorũ alter regio penè throno illustraretur, altera concordia mariti dotata inimicorum mortibus redderetur. Hæc sunt & his similia semper nobis ante oculos exempla ponenda, his paria diebus noctibusque meditanda. D. Nihil animum fidelem sic delectat, quàm integra, immaculata pudoris conscientia. Voluptatem uicisse, uoluptas est maxima, nec ulla maior est uictoria, quàm ea quæ cupiditatibus refertur. Qui hostem uicit, fortior fuit sed altero: qui libidinem repressit, seipso fortior fuit: qui inimicum prostrauit, externum hostem percussit: qui cupiditatem depressit, hostem domesticum superauit

uit. Malum omne facilius uincitur quàm uoluptas, quia illud quicquid est, horridum est, hoc blandum est. Nihil tam difficile opprimitur, quàm quod per illud armatur. Qui cupiditates tollit, & metus sustulit, nam ex cupiditatibus metus ueniunt: qui cupiditates uincit, de peccato triumphat: qui cupiditates uincit, malum generis humani sub pedibus suis iacere ostendit: qui cupiditates uicit, pacem sibi perpetuam dedit: qui cupiditates uicit, libertatem sibi, quod est etiam ingenuis difficillimum, reddidit. Meditanda ergo à nobis fratres, ut res docent, semper pudicitia, quo facilior sit nullis artibus constat. Quæ enim illa consummata uoluntas, quæ nisi impediretur lõge est, sed nostra est, ita non est acquirenda, sed fouenda quæ nostra est. Quid est enim aliud pudicitia quàm mens honesta ad custodiam corporis data, ut sexibus redditus pudor seueritate signatus, fidem honoris de incorrupta sobole seruaret. Pudicitiæ autẽ fratres competunt & cogniti sunt imprimis diuinus pudor & præceptorum sancta meditatio, & animus perpensus ad fidem, & mens attonita ad sacram religionem: deinde uidere, ne quid in se ultra modum sculptum, ultra honestatem productum, ne quid proditum, ne quid arte fucatum, ne quid ad irritandos aut redintegrandos dolos lenocinantium. Non est pudica quæ affectat animum alterius mouere, etiam salua corporis castitate. Lõge absint quibus pulchritudo nõ ornatur, sed prostituitur. Nam solicitudo de pulchritudine, & malæ mentis indicium & deformitatis est. Sit natura corporis libera, nec diuinis operibus inferatur uis. Semper est misera, quæ sibi non placet qualis est. Quid capillorum mutatur color? Quid oculorum extremitates suffocãtur? quid facies actibus in diuersam formam conuertitur? quid postremo speculum consulitur, nisi quia ne ipsa sit timeretur? Cultus etiam mulieris pudicæ, pudicus sit, ad ultimum fidelis nec in coloribus nouerit. Vestibus aurum intexere, quasi precio est uestes corrumpere. Quid inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla? non ut fluentes humeros premant, & luxuriam feliciter se animi iactantis ostendant? Quid cum ceruices peregrinis lapidibus urgentur, & absconduntur? quorum precia etiã sine artibus calendarum cuiusuis excedunt? Nõ ornatur mulier, sed uitia ostẽduntur. Quid cum digiti tali auro onerati, nec intrare possunt, nec egredi? utrum usus expoſcitur, an patrimoniorũ inanis pompa monstratur? Mirum negociũ, mulieres ad omnia delicatæ, ad uitiorũ sarcinas fortiores sunt uiris. Sed ut repetam quæ cœperã, colenda semper pudicitia uiris & fœminis, omni custodia seruanda est intra limites suos. Cito natura corporis periclitatur in corpore, dum rapit illã secũ caro, quæ semper in lapsu est. Sub prætextu quippe naturæ quæ homines semper urget ad effectus, quibus ruinæ collapsi generis resarciuntur, blandimento uoluptatis fallentes, nõ ducit ad conscientiã legitimæ coniunctionis sobolem, sed iactat in crimen. Ergo contra has carnis insidias, quibus se dia-

bolus & ſocium miſeriæ & ducem obluctandum eſt omni genere uirtutis, Aſſumant ſecundũ Apoſtolũ CHRISTI opera, & à cõſortio carnis quantũ poteſt animus colligatur, ſeparetur conſenſus à corpore, uitia ſemper caſtigentur ut odiantur. Ante oculos obſeruetur, deformis eſſe atque deiectus peccati pudor. Pœnitentia ipſa cum luctibus ſuis commiſſorum criminum inhoneſta conteſtatio eſt. Nihil conſyderetur curioſe in alienis uultibus, ſermo & breuis ſit, & ſobrius riſus, ſignum eſt enim animi facilis & remiſſi, nã contactus recedat etiam honeſtus, nihil corpori liceat, ubi uitandum eſt corporis uitium. Cogitetur quàm honeſtum ſit uiciſſe dedecus, quàm inhoneſtum uictum eſſe dedecore. Dicendum etiam, quod adulterium uoluptas non eſt, ſed mutua contumelia, nec delectari poteſt, quod & animam interficiat & pudorem. Coërceat animus ſtimulos carnis, refrenet impetum corporis. Accepit enim hanc poteſtatem, ut illi ad imperium eius membra ſeruirent, & quaſi legitimus ac perfectus auriga, ultra conceſſas corporis metas extollentes ſe carnis impetus, cœleſtium præceptorum habenis reflectat, ne ultra terminos ſuos currus iſte corporis raptus in periculum ſuum ſecum & ipſum rapiat aurigam. Sed inter hæc imò ante hæc contra turbas & uitia omnia de diuinis caſtris auxilium petendum eſt, ſolus enim potens eſt deus, qui homines dignatus eſt facere, & plena hominibus auxilia præſtare. Ego pauca dictaui, quoniam non eſt propoſitum uolumen ſcribere, ſed allocutionẽ tranſmittere. Vos ſcripturas aſpicite, exempla uobis de ipſis præceptis huius rei maiora conquirite. Fratres chariſſimi bene ualete.

FINIS.

AD NOVATIANVM HAERETICVM QVOD LAPSIS SPES VENIAE NON EST DENEGANDA.

COgitanti mihi & intolerabiliter animo æſtuanti quid nam agere deberem de miſerandis fratribus, qui uulnerati non propria uoluntate, ſed diaboli ſæuientis irruptione, adhucuſque, hoc eſt, per longam temporum ſeriem agentes, pœnas darẽt. Ecce ab aduerſo obortus eſt alius hoſtis & ipſius paternæ pietatis aduerſarius hæreticus Nouatianus, qui nõ tantum ut in euangelio ſignificatũ eſt, ſicut ſacerdos uel Leuites iacẽtem uulneratum præteriret, ſed ingenioſa ac noua crudelitate fauciatum potius occideret adimendo ſpem ſalutis, denegando miſericordiam patris, reſpuendo

endo pœnitentiam fratris. Mirum quot acerba, quot aspera, quot peruersa sunt? Sed facilius quis in alieno oculo festucam prospicit, quàm in suo trabem. Nos autem fratres dilectissimi non moueat, aut turbet hæretici istius perfidi abrupta dementia, qui cum in tam ingenti dissensionis & schismatis crimine constitutus, & ab ecclesia separatus sit, sacrilega temeritate nō dubitet in nos sua crimina retorquere. Cum sit enim à semetipso nunc factus immundus, sordibus sacrilegis inquinatus, hoc nunc nos esse contendit. Et cum scriptum sit, canes foris remansuros, & Apostolus hos eosdem canes docuerit esse uitandos, sicut legimus. ait em̄: Videte canes, uidete malos operarios: rabiem suam nō cessat latratibus excitare luporum more, tenebrosam caliginem optare, qua facile possit, ferina sua crudelitate, oues à pastore direptas, spelunca tenebrosa laniare, aurum certe se suosque quos colligit, esse pronunciat. Nec nos dubitamus desertores ecclesiæ apostatas factos, in aurum nunc facile potuisse conuerti, sed illud aurum in quo prima delicta populi Israël denotata sunt. Cæterum uasa aurea & argentea quæ ab Aegyptijs excussa sunt, in dominica potestate, id est, CHRISTI ecclesia, perseuerant, in qua si perseuerasses Nouatiane, uas forsitan & pretiosum fuisses, sed nunc te in paleas & in stipulam conuersum, nec intelligis, nec plangis. Quid igitur uanis rebus extolleris? damna potius quàm lucra consequeris. Quid te ex quo pauperior factus es, diuitem credis? Audi in Apocalypsi dominicam uocem iustis obiurgationibus increpantem: Dicis, inquit, diues sum, & ditatus sum, & nullius rei egeo, & nescis quoniam tu es miser, & miserabilis, & cæcus, & pauper, & nudus. Has opes, has diuitias paupertatis pro certo possidere se credat, quisquis CHRISTI ecclesia derelicta, ratione cæca, apud temerarios illos schismatum duces, & dissensionis autores conuerti non trepidat, quos Ioannes antichristos appellat, quos euangelista paleis simulat, quos dominus CHRISTVS fures & latrones designat, sicut ipse in euangelio declarat dicens: Quia qui non introijt per ostium in ouile ouium, sed descendit per alteram partem, ille fur & latro est. Item in eodem quoque ait: Omnes qui uenerunt fures sunt & latrones. Qui isti sunt non desertores fidei, & transgressores ecclesiæ dei, qui contra ordinem dei nituntur? quos merito spiritus sanctus per prophetam increpat dicens: Fecistis consilium non per me, & cogitationem non per spiritum meum, adijcere peccata super peccata. Quid ad ista respondeant peruersissimi Nouatiani, uel nunc infelicissimi pauci, qui ad tantam dementiam proruperunt, ut nec deo, nec homini reuerentiam habuerint? Illic impudenter & sine ulla ordinationis lege episcopatus appetitur, hic autē propriis sedibus, & cathedræ sibi traditæ, à deo renūciatur illic ueritas, asperna̅tur me, ut sacrificēt mihi, nec offerūt oblationes sanctas filiorū Israël, nec accedūt offerre sancta sanctorum, sed accipiēs ignominiā suā in errore, quo

Philip. 3.

Apoc. 3.

Ioan. 10.

Ibidem.

Esa. 30.

errauerunt

errauerunt: satis sit paucis probasse quid nam sint. B. Audite igitur Novatiani, apud quos scripturæ cœlestes leguntur potius quàm intelliguntur, parum & si non interpoliantur. Sunt enim uestræ præclusæ aures, & corda cæcata, qui nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admit-
Esa. 6. titis. Sicut Esaias ait: Excæcati sunt serui dei, & merito excæcati, quia uoluntas schismaticorum non est in lege, quæ lex unam uobis & singularem de-
Gene. 6. signat ecclesiam, in illa scilicet quæ sub Noë ante diluuium dei prouidentia fabricata est arca, in qua non tantum munda animalia, sed & immunda, ut tibi cito respõdeatur Nouatiane, inuenimus esse reclusa. Quæ arca cum his quæ secum fuerant liberata est, in qua & cætera quæ in ea inuenta non sunt, diluuio perierunt. Ex illa igitur arca remittuntur duæ aues, corax & columba. Qui corax uere hominum immundorum, & in tenebris perpetuis futurorum per seculi latam uiam, & immunda uescentium apostatarum futurorum, & ad ecclesiam se ultra non uertentium, figuram portabat, quem sicut legentes inuenimus emissum, & non amplius reuersum. Huic ergo aui, id est, immundo spiritui, quicq; fuerint similes inuenti, ad ecclesiam amplius reuerti non poterunt, qui & si uoluerint, dominus prohibebit, qui Moysi
Leui. 7. præcepit dicens: Omne uarium & immundum eijce foras extra castra.
Gene. 8. Columba autem emissa in continenti significatur reuersam, eo quod requiem non haberet pedibus suis, quam Noë recepit in arcam, & post septimum diem iterato emissam, recepit eam portantem suo ore oliuæ folium. Et ego quidem fratres dilectissimi, non temere ista cogitans, nec humana sapientia conspirans, sed ut cœlestis domini dignatione necessariæ, & pertinenter mẽtibus nostris concipere permittitur, dico illam, id est, columbam duplicem nobis per semetipsam significare figuram: primam quidem & principalem, suam, hoc est, spiritualem, olim, id est, ab initio diuinæ administrationis insistit, & sacramentum baptismatis, quod in salutem generis humani prouisum, & soli ecclesiæ cœlesti ratione celebrare, per os suum præostendit. Ter enim emissa ex arca, uolitans per aërem super aquam, significabat iam tunc ecclesiæ nostræ sacramenta. Vnde & dominus CHRI-
Matth. 28. STVS Petro, sed & cæteris discipulis suis mandat dicens: Euntes euangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, hoc est, ut ternitas illa quæ sub Noë per columbam figuraliter operata est, hæc nunc in ecclesia per nos spiritualiter operetur. Sumamus iam nunc & secundam personam columbæ ex arca emissæ, diluuij scilicet tempore, quando omnes abyssi proruperunt, quando cataractæ cœli patefactæ sunt, super terram propter facinora hominum, quæ cotidie exerce-
Gene. 6. bant coram domino, sicut Moyses dixit: Et uidit dominus deus redundare nequitias hominum super terram, & quod omnes in malum recordarentur à principio dierum suorum, & dixit: Perdam hominem quẽ feci à facie terræ

ab homi-

ab homine usq; ad pecus,& à reptili usque ad uolatilia cœli. Emittitur ergo tempore cataclysmi columba ex arca, aquis uiolẽter toto orbe terrarum infestantibus. Illa arca figuram ecclesiæ, sicut superius diximus, portabat, quæ uerberabatur hinc atque inde aquis insurgentibus tantum. Cataclysmus ergo ille, qui sub Noë factus est, figuram persecutionis, quæ per totum orbẽ nunc nuper supereffusa est, ostendit. Aquis autem diruptis, cataractis undique conuenientibus & excrescentibus, significabantur gentes, quæ ad uastandam ecclesiam excreuerunt. Sicut Apocalypsis docet dicẽs: Aquæ quas uidisti populi sunt,& gentes,& regna: columba autem quæ pedibus suis requiem habere non poterat, lapsorum imaginem portabat, qui immemores diuinarum prædicationum, uel simpliciter ignorãtes, uel audacter dissimulantes ceciderunt. Quorum dominus ruinam in euangelio futuram his uerbis significauerat dicens: Qui audit uerba mea,& nõ facit ea, similabo eum uiro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, uenerunt tempestates, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna. Et ne temere comparasse uideamur, columbam illam lapsorum imaginem portare, propheta ciuitatem ut columbam, hoc est, lapsorum personam increpat dicens: Columba non exaudit uocem: id est, præclara & redempta ciuitas non recipit doctrinam, & in dominum fidens non fuit. Quod autem requiem pedibus columba illa, sicut superius diximus, inuenire non poterat, hoc significabat uestigia negantium, hoc est, sacrificatorum lubrici ueneno serpentis sauciata in lapsum conuersa, qui ulterius non possent super aspidem & basiliscum conscendere, & draconem & leonem calcare. Quam potestatem tradidit dominus discipulis suis, sicut in euangelio ait: Ecce do uobis potestatem calcandi super omnem potestatem inimici, & super serpentes & scorpiones, & non nocebunt uos. Istis ergo tot & tantis malignis spiritibus infestantibus, & in lapsorum necem insurgentibus, prouisa est uulneratis salutis uia, ut quibuscũq; uiribus possent toto se corpore protrahere, castris suis recipere, quibus recepti medelis spiritalibus uulnera sua curare. Recepta igitur colũba, paucis etiã diebus interiectis, iterato emittitur ex arca, quæ reuersa, nõ tantũ firma uestigia, sed & insignia suæ pacis atq; uictoriæ, per illa oleæ folia, quæ suo ore portabat, ostẽdit. Duplex ergo illa emissio, duplicẽ nobis persecutionis tentationem ostẽdit: prima in qua, qui lapsi sunt uicti ceciderunt: secunda in qua hi qui ceciderunt, uictores extiterunt. Nulli enim nostrũ dubiũ uel incertũ est fratres dilectissimi, illos quæ prima acie, id est, Deciana pſecutiõe uulnerati fuerũt, hos postea, id est, secundo prælio ita fortiter perseueraſſe, ut contemnentes edicta secularium principum, hoc inuictum haberent, quod & meruerunt exemplo boni pastoris, animam suam tradere,& sanguinem fundere, nec ullam insanientis tyranni sæuitiam recusare. C. Ecce quàm glorioſos, quàm

Apocal. 17.

Matth. 7.

Sopho. 3.

Luc. 10.

domino

domino charos,ſchiſmatici iſti ligna, fœnum, ſtipulam appellare nō dubi/
tant,quorum pares,hoc eſt,in eodem crimine lapſos ſeu adhuc uſq; conſti/
tutos,nec ad pœnitentiam admittendos eſſe præſumūt,ex illa domini pro/
Matth.10. nunciatione qua ait:Qui me negauerit coram hominibus,negabo eum co/
ram patre meo qui in cœlis eſt.Proh dolor quid contra dominica præcepta
contendunt,ut ea quæ CHRISTVS iudicij ſui tempore ſit acturus,hæc nūc
ſtirps Nouatiani,patris ſui exemplum diaboli ſecuta, nunc exercere cone/
Deuter.32. tur? dicente ſcriptura:Mihi uindictam & ego retribuam dicit dominus:Re
ſpondebimus eis ad iſtam pronūciationem domini, quam male intelligāt,
& male ſibi interpretentur.Quod enim ait:Qui me negauerit coram homi
nibus,& ego negabo eū coram patre meo qui in cœlis eſt:utiq; futuri tem/
poris ſignificatio eſt,quo tempore incipiet dominus ſecreta hominum iudi
care. Quo tempore tribunali CHRISTI oīes nos oportet aſtare,quo tem
Matth.7. pore multi incipiēt dicere:Domine,domine,nónne in tuo nomine prophe/
tauimus,& in nomine tuo dæmonia excluſimus, & in tuo nomine uirtutes
multas fecimus? Et tamen audient uocem domini dicentis: Diſcedite à me
omnes qui operati eſtis iniquitatem,non noui uos: ibi adimplebitur quod
ait: Negabo & ego illos. Quos autem maxime negabit dominus CHRI/
STVS? niſi uos oīes hæreticos,& ſchiſmaticos,& nominis ſui alienos? Qui
enim aliquando Chriſtiani,nunc Nouatiani, iam non Chriſtiani, primam
fidem ueſtram perfidia poſteriore per nominis mutaſtis uelum,nunc pro/
poſitione ueſtræ reſpōdeatis. Legite & docete,quem dominus de his qui ſe
dereliquerant uel negauerant,cum adhuc ipſe hic eſſet, negauit:atqui & cæ/
Ioan. 6. teris qui ſecū remanſerant de diſcipulis ait:Nunquid & uos uultis abire? Pe
Luc.22. trum etiam quem negaturum ante prædixerat, cum negaſſet, ipſe nō nega
uit,ſed ſuſtinuit,& amare illam ſuam negationem flentem ipſe poſtmodū
lenit.Quæ nam eſt tua Nouatiane dementia,ut illa,quæ ad exitium ſalutis
pertineant,tantum legas,& quæ ad miſericordiam,prætereas? clamante ſcri
Ioel.2. ptura & dicente:Conuertimini ad me in toto corde ueſtro,in ieiunio, & plo
ratione,& planctu,& ſcindite corda ueſtra,& non ueſtimenta, & conuerti/
mini ad dominum deum ueſtrum,quoniam miſericors eſt, & miſerator, &
multæ miſeratiōis. Ideo quia, multæ miſerationis eſt dominus,audiuimus,
Pſal.88. audiamus quid per Dauid conteſtatur ſpiritus ſanctus:Si dereliquerint fi/
lij eius legē meā,& in mandatis meis non ambulauerint,& ſi iuſtificationes
meas prophanauerint,& præcepta mea non cuſtodierint, uiſitabo in uirga
facinora eorum,& in flagellis delicta eorum, miſericordiam autem meam
non diſpergam ab eis.His ſimilia & per Ezechielem legimus dixiſſe domi/
num:Fili hominis domus Iſraël habitauit ſuper terram ſuam,& coinquina
uerunt facinoribus ſuis.Sicut mulieris mēſtruatæ facta eſt immundicia eo/
rum ante faciē meam,effudi iram meam ſuper eos,& diſſeminaui eos inter

gentes

gentes,& ſecundum peccata eorum iudicaui eos,quia coinquinauerunt ſan
ctum nomen meum,& quia dictum eſt de his:Hic eſt populus domini, pe Ezech.36.
perci eis propter nomen ſanctū meū,quod ſpreuit domus Iſraël inter gen
tes.& coniungens ait.Propterea dic populo Iſraël:Hæc dicit dominus: Nō
uobis parco domus Iſraël,ſed propter nomen ſanctum meū parcam,quod
coinquinaſtis inter gentes:& ſcietis quia ego dominus,cū ſanctificatus fue/
ro in uobis.Item dominus ad eundem:Fili hominis dic populo Iſraël.Qua Ezech.33.
re locuti eſtis,dicētes, erroribus noſtris tabeſcim⁹,& quomodo ſalui eſſe po
terimus? dic eis: Viuo ego dicit dominus:quia nō deſidero mortē peccato/
ris, ſed deſidero ut auertatur peccator à uia ſua peſſima & uiuat.Redite er/
go à uia ueſtra peſſima.Quid morti uos traditis domus Iſraël? Sic p Eſaiā
prophetam:Non in æternum indignabor uobis, neq; ſemper non defen- Eſa. 57.
dam uos.Et quoniam Hieremias propheta in perſona populi peccatoris
deprecatur dominum dicens:Emenda nos domine,ſed in iudicio,& non in Hiere.29.
ira,ne paucos facias nos.Adiecit & dicit Eſaias: Propter peccatum modice &. 42.
contriſtaui eum,& percuſſi eum,& auerti faciem meam ab eo,& contriſta- Eſa.57.
tus eſt,& abiit triſtis in uiis ſuis:& quia operatur,adiecit & dixit: Vias eius
uidi & curaui eum,& dedi ei exhortationem,ueram pacem ſuper pacē,pœ/
nitentibus deprecantibus & operantibus reſtitui poſſe: quod male perie/
runt,quodq; à CHRISTO declinauerint:deniq; hoc in euangelio cōproba/
tur,ubi illa mulier peccatrix deſcribitur,quæ uenit ad domum cuiuſdā Phā- Lu. 7.
riſæi,ubi erat dominus uocatus cum diſcipulis,portās uas ungenti,quæ ſte/
tit ad pedes domini,& lachrymis ſuis lauit pedes domini, & capillis exter/
ſit,oſculis infixis,ut excitaretur ille Phariſæus,& diceret:Hic ſi eſſet prophe/
ta,ſciret quæ,& qualis eſſet iſta mulier,quæ eū tangit,quia peccatrix eſt. Vn
de in continenti dominus peccatorum remiſſor, & pœnitentium receptor
ait:Simon habeo tibi aliquid dicere: at ille reſpondit dicens: Magiſter dic:
& dominus: Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus qui debebat
denarios quingentos,& alius quinquaginta,& cum non haberent unde ſol
uerent,ambobus donauit.Et interrogauit quis illorum plus diligeret. Et re/
ſpondit Simon: Vtiq; ille cui plus donauit.& adiecit dicens: Vides iſtā mu
lierem? Intraui in domum tuam,oſculum mihi non dediſti, hæc autem nō
ceſſauit oſculando pedes meos:pedes meos non lauiſti,hæc autem lachry/
mis ſuis lauit,& capillis exterſit.Oleo pedes meos non unxiſti,hæc autē un
xit: propter quod dico tibi Simon,quia remittūtur illi peccata eius.Ecce do
minus utriſq; debitoribus larga ſua pietate debitum concedit:Ecce mulierē
peccatricem pœnitentem,flentem,deprecantem,& remiſſam peccatorū acci
pientē. D. Erubeſce iam nunc ſi fieri poteſt Nouatiane,deſine argumen
tis tuis impijs incautos decipere,deſine unius capituli præſcriptione terrere.
Legimus & adoramus,nec prætermittimus cœleſtem domini ſententiam,

qua ait negaturum se negantem: nunquid & pœnitentē? Et quid ego tam diu de miserationibus probare singula gestiam? quando quidem Niniui-
Ione. 3. tis Allophylis, & longe à lege hominibus cōstitutis, propter ciuitatis suæ annunciatam euersionē deprecantibus misericordia dei non dedignatur? Ipsi
Exo. 8. illi Pharaoni sacrilega temeritate repugnanti, cū quondam cœlestibus plagis uerberaretur, & cōuersus Moysi dixisset: Orate p me ad dominū, quia peccaui, incontinenti ab eo suspendebatur ira dei. Et tu iam Nouatiane iudicas, & nullam spem pacis ac misericordiæ habere lapsos prædicas, nec in-
Ro. 14. crepanti te Apostolo aurem accōmodas dicendi: Tu quis es qui iudicas seruum alienum? domino suo stat aut cadit. Stabit autē, potens est deus stabilire eum. Vnde pertinenter & necessarie ex persona eorūdem lapsorum increpat uos spiritus sanctus, dū dicit. Noli gratulari amica mea mihi, quoniā si cecidi & exurgam, & si in tenebris ambulauero, dominus lumen est mihi. Iram domini tolerabo, quoniā peccaui illi usq; dum iustificet causam meā, & faciat iudicium & iusticiam & producat me ad lucem. Videbo iusticiam illius, & uidebit me inimica mea, & cooperiet se confusione. Oro, nō legisti? nolite gloriari, & nolite loqui excelsa, & ne exeat maliloquētia ex ore uestro, quoniā erigit à terra pauperem, & à sterquilinio inopem, & sedere eū facit
1. Corin. 10. cū potentibus populi. Nō legisti: tu q stas, uide ne cadas? Nō legisti, qa dns
Iacobi. 4. superbis resistit, humilibus aūt dat gratiā? Non legisti, qui se exaltat humilia
Luc. 18. bit? Nō legisti, quia deus perdit memoriā superborū, & nō relinquit memo-
Psal. 9. riā humiliū? Non legisti, quia quo iudicio quis iudicauerit, eum iudicari ne-
Matth. 7. cesse est? Nō legisti, quia qui odit fratrem suū, in tenebris est, & in tenebris
1. Ioan. 2. ambulat, & nō scit quò eat, quia tenebræ excæcarūt oculos eius? Vnde igit & tam sceleratus, & tam perditus, tam discordiæ furore uesanus extiterit iste Nouatianus, inuenire non possum, qui semper in domo una, id est CHRISTI ecclesia, proximorū delicta ut propria fleuerit, onera fratrū, sicut Apostolus hortat, sustinuerit, lubricos in fide cœlesti allocutione corroborauerit. At nūc ex quo caninā illam hæresim, quæ nō nisi tantū occidere gestit, exercere cœpit, nec sibi nouissime parcit. Cæterū si legisset, quia iusticia iusti nō liberabit eū in die qua errauerit, & iniqtas impij nō nocebit eū, ex qua die cōuersus fuerit, iam olim in cinere pœniteret, ille qsemp pœnitēibus aduersat, q in ruina facilius ædificatorum stantiū operatur, cū instructione iacentiū ruinarū, q multos ex fratribus nostris miserrimos falsis suis aduersationibus per territos, iterum fecit ethnicos, dicendo quod pœnitentia lapsorū sit uana, nec possit eis proficere ad salutem, clamante scriptura, & dicēte: Memento unde excideris & age pœnitentiam, si quo minus, ueniā tibi, nisi pœnitentiam ageres. Et quidem ad septem ecclesias scribens, singulis sua quoq; facinora, & delicta ingerēs, pœnitemini dicebat: quibus nisi illis scilicet, quos precio magno sui sanguinis redemerat? O te impium sceleſtumq; hæreticæ

Nouatiane,

Nouatiane,qui post tot & tanta in ecclesia, à quibusdam retro uoluntarie commissa crimina,quæ & tu ipse in domo dei priusq; apostata esses,cognoueras,& hæc posse aboleri de memoria succedente bono,utiq; docueras,secundum fidem scripturæ,dicentis: Quia si conuersus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quæ cõmisit,& iusticiam fecerit,uita æterna uiuet, & non morietur in facinore suo. Delicta enim quæ commisit abolebuntur de memoria,succedentibus bonis factis. Tu hodie retractas,an debeant lapsorum curari uulnera,qui nudati à diabolo ceciderunt uiolentia aquæ,quã suo ore serpens emisit post mulierem. Sed quid dicam,ait Apostolus: Laudo uos,in hoc non laudo, quia non in melius,sed in peius ueniſtis. Vbi em̃ sunt æmulationes & dissensiones in uobis,nõne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Nec nos quidem mirari oportet, cur iste Nouatianus tam nephanda,tam grauia in persona lapsorum exercere nunc audeat, quandoquidẽ habemus exempla præuaricationis huius præcedentia. Säul ille bonus,præter cætera,postea liuore euertitur,& contra Dauid omnia aduersa,& inimica agere molitur. Iudas ille inter apostolos electus,qui semper in domo dei unanimis & fidelis, ipse postmodum deum tradidit. E. Præ dixerat quidem & dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui sunt isti rapaces lupi,nisi sensu subdolo cõspirantes ad infestandum gregem CHRISTI? sicut legimus apud Zachariã positũ: Ecce ego suscito pastorem in terra,qui quod aduersum est,non uisitabit, & carnes electorum mãducabit,& talos illorũ torquebit. Similiter & per Ezechielem increpat huiusmodi pastores, scilicet,prædones & laniones dicã,ut æsti mauerat dicens: O pastores quare lac ebibitis,& coagulatum comeditis, & forte ad nihilum perduxistis,& infirmum non uisitastis,& claudicantem nõ curastis,& errantem non reuocastis,& remisistis populum meum errare inter spinas,& tribulos? Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego ueniã aduersus pastores,& exquiram oues meas, & repellam eos ut non pascant oues meas,& nõ erunt eis amplius oues meæ in deuorationem,& exquiram eas sicut pastor gregem suum in die qua fuerit caligo & nebula,sic exquirã oues meas,& exquiram eas in omni loco,quocunq; dispersi sunt, & quod perierat requiram,& quod errauerat reuocabo,& quod claudicauerat curabo, & quod infirmum est custodiam,& pascam oues meas cum iudicio. Quis ista loquitur? utiq; ille qui relictis nonagintanouẽ ouibus,quæsiuit illam, quæ de suo errauerat grege,sicut Dauid dicit: Errauí uelut ouis quæ perijt,quam inuentã, CHRISTVS redit, humero suo portãs peccatricem delicatam,qui gaudens & exultans,uocatis amicis,& domesticis,ait: Congratulamini mihi,quoniã inuenta est ouis mea,quæ perierat. Dico,inquit, uobis,quia tale gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente. Et subiungẽs ait. Aut quæ mulier habens denarios decem,& cum perdiderit ex de-

Ezech.18.

1.Corin.11.

matth.7.

Zach.11.

Ezech.34.

Luc.15.

Psal.118.

narijs unum,nónne accendet lucernam & tota die domum ſuam emundat quærens donec inueniat.Et cum inuenerit conuocat amicas & uicinas, dicens:Congratulamini mihi,quoniam inueni denarium quem perdideram. Dico uobis,quia gaudium erit in conſpectu angelorum dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. F. Econtrario autem non agentes facinorũ ſuorum pœnitentiam,quæ eos maneat,ex ipſius domini reſponſo cognoſcant. Legimus enim in euangelio:Quod quidam uenerũt de Galilæis ad dominum,annunciantes ei de eis,quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificijs ipſorum: quibus reſpondit dominus dicens:Putatis quia illi Galilæi ſuper cæteros Galilæos peccatores fuerant, quia paſſi ſunt talia? non, Dico enim uobis,quia niſi pœnitentiam egeritis,omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo ſuper quos cecidit turris in Siloa, putatis, quia debitores fuerunt morti ſuper omnes homines, qui habitabãt in Hieruſalem? non. Dico uobis, inquit,quia niſi pœnitentiã egeritis,omnes ſimiliter peribitis.Excitemus itaq; nos quantum poſſumus fratres dilectiſſimi, & abrupto inertiæ & ſecuritatis ſomno ad obſeruãda domini præcepta uigilemus. Quæramus tota mẽte quod perdidimus,ut inuenire poſſimus.Quia quærenti,ait ſcriptura,dabitur,& pulſanti aperitur.Mundemus domum noſtrã mundicia ſpiritali, ut ſecreta quæq; abdita pectoris noſtri, uero euangelij lumine radiata,dicant: Tibi ſoli deliqui,& nequiſſimum in conſpectu tuo feci.Quia mors peccatorum mala,& apud inferos pœnitentia nulla, habentes in contẽplatione maxime diem iudicij,& retributionis,& quod ab omnibus nobis credendum,& firmiter eſt tenendum,quia acceptio perſonarum non eſt apud deum,cum præceperit in Deuteronomio,non accipiendã perſonam in iudicio.Non accipies,ait,perſonam,nec ſecundum minimum, nec ſecundum maximum iudicabis.Hic ſimilia & per Ezechielem dixit: Oẽs, inquit,animæ meæ ſunt,ſicut anima patris & anima filij.Anima quæ peccauerit ipſa morietur.Hic erit igitur à nobis uenerandus,hic tenendus, hic per plenam & dignam noſtram confeſſionem propiciandus qui habet poteſtatem,animam & corpus mittendi in gehennam ignis,ſicut ſcriptum eſt: Ecce uenit cum multis milibus nunciorum ſuorum facere iudicium de omnibus, & perdere omnes impios,& arguere oẽm carnẽ de omnibus uerbis impijs, quæ de deo locuti ſunt peccatores.His ſimilia & Daniel.Vidi, inquit,thronum poſitum & uetuſtus dierum ſedebat ſuper eum,& ueſtitus eius erat tã q; nix,& capilli capitis eius tãq; lana alba, Thronus illius flãma ignis,rotæ illius ignis ardens.Flumen ignis prodibat ante eũ,milia milium ſeruiebant ei,& milia milium aſſiſtebant ei,ad iudicium ſedit,& libri aperti ſunt. Ioannes aũt manifeſtius,& de die iudicij,& cõſũmatione ſeculi declarat,dicẽs: Et cum aperuiſſet,inquit,ſigillum ſextum,ecce terræmotus factus eſt magnus, & factus eſt ſol niger,ut ſaccus Cilicinus,& luna tota ſanguinea facta eſt,& ſtellæ

Luc.15.

Luc.11.

Deu.10.

Ezech.18.

Daniel.7.

Apocal.6.

ſtellæ ceciderunt in terram,quomodo ficus à uento magno agitata, mittit groſſos ſuos,& cœlum receſſit ut liber cum inuoluitur,& omnis mons,& inſulæ de locis ſuis motæ ſũt,& reges terræ,& maximi quiq;,& tribuni,& diuites & fortes,& omnis ſeruus,& liber abſconderunt ſe in ſpeluncis petrarum, & in cauernis montiũ,dicentes montibus & petris,cadite ſuper nos à cõſpectu patris ſedẽtis ſuper thronum,& ab ira agni,quoniã uenit dies interitionis,& quis poterit ſtare? Item in eadem Apocalypſi,hoc quoq; Ioannes dicit ſibi reuelatum. Vidi,inquit,thronum magnum,& candidum ſedentẽ ſuper eum,à cuius facie fugit cœlum & terra,& locus eorum inuentus non eſt, & uidi mortuos magnos & pupillos ſtãtes ante conſpectũ throni domini, & libri aperti ſunt & alius ſimiliter apertus eſt,qui eſt uitæ, & iudicati ſunt ſinguli ſecundũ ea quæ ſcripta erant in libro ſecũdum opera ipſorũ. Sed & Apoſtolus bonũ cõſulens ſic hortatur nos dicens: Nemo uos decipiat inanibus uerbis,propterea enim uenit ira dei ſuper filios cõtumaciæ,nolite eſſe participes eorum. Demus igitur totis uiribus fidei noſtræ deo laudem,demus plenam confeſſionẽ,quandoquidẽ ſuper pœnitentia noſtra gaudeant uirtutes cœlorũ,gaudeãt angeli omnes,gaudeat & CHRISTVS qui nos denuo peccatis oneratis,delictis obrutis,plena & clementi moderatione ceſſare à facinore hortatur,dicens: Conuertite uos & redite ab impietatibus ueſtris,& non erũt uobis iniquitates ueſtræ ad pœnã. Proijcite à uobis omẽs impietates ueſtras,quas feciſtis aduerſum me,& facite uobis cor nouum,& ſpiritũ nouum. Et ut quid uos morti traditis domus Iſraël? Non enim deſidero mortem peccatoris. Ego ſum,ego ſum qui deleo facinora tua,& cõmorabor te,tu autẽ in mente habe,& iudicemur. Dic tu facinora tua prius, ut iuſtificeris. Dum patet fratres indulgentiæ aditus,deum plenis ſatiſfactionibus deprecemur. Humiliem⁹ nos,ut exaltari poſſimus. Acquieſcamus diuinæ exhortationi,qua euadere liceat diẽ domini,& iram,dicit enim ſic. Reſpice fili nationes hominũ & ſcito. Quis ſperauit in domino,& cõfuſus eſt? permanſit in mandatis illius,& derelictus? aut inuocauit eum & deſpexit illum, quoniam pius & miſericors dominus, & remittens in tempore tribulationis peccata omnibus inquirentibus ſe in ueritate. Ait ergo,dic tu facinora tua prius ut iuſtificeris. Præ manu ſit nobis oratio illa, exhomologeſeos plena.

Apocal. 20.

Epb. 5.

Ezech. 18.

Eſa. 43.

FINIS.

ORATIO BEATI

CYPRIANI MARTYRIS.

AGios,hagios,hagios,ſancte ſanctorum,pater patrum no/ſtrorum,deus Abraham,deus Iſaac,deus Iacob,deus apo/ſtolorum,deus prophetarum,deus uirginum,deus creden/tium,deus & pater domini noſtri Ieſu CHRISTI filij tui,te inuocamus ſupplices pariter & deprecamur, qui ex ore altiſ/ſimi procreatus es ante mundi diſpoſitionem, & ex Mariæ ſanctæ uirginis utero per myſterium editus, orantibus nobis deſyderiũ ani/mæ & integritatem cordis præſtare dignare,ut lauacro ſalutari recreatũ pe/ctus delictis carnalibus incolume perſiſtat. Petimus fide illibata,mente in/corrupta,deuotione robuſta,operatione ſeu dilectione continua,ut in eccle/ſia ſancta tua nos florere permittas,quoniã tibi flectimus genua, & curua/mus ceruices,cui angeli & archangeli,milia milium martyrum,chorus apo/ſtolorum,& prophetarum gloria exultant, cui omnes aues cantant laudes, linguæ confitentur cœleſtium,terreſtrium & infernorum. Tibi omnes aquæ in cœlo ſub cœlo confitentur,te inſenſibilia ſentiunt, tu es ſolus & præter te nemo. Te quæſumus domine pater omnipotens,qui ſoli filio cõſpectabilis es,cui angeli & archangeli obtemperant,& tibi domine pater,te oramus,ut tribuas nobis mentem,integram innocentiam,ſynceritatem deuotam,con/ſcientiam ſanctam,puram,ſobriam,caſtam,contra oẽs inſidias ſeculi glo/rioſa fide degentem : contra diaboli minas,& carnales illecebras munitum pectus concedas,nec uiolenti,& cruenti lætalibus laqueis implicemur, ut ſi/gnum ſalutis æternæ incolume perferamus. Pelle à nobis omnem ſeculi illu uiem,omneḿq; diaboli perſuaſionẽ. Laqueetur,cõcidat, & ſeparetur à no/bis,& amoueatur,ſicut à Sara famula tua Aſmodeus dæmon nequiſſimus, extinctus per angelum tuum ſanctum Raphaël. Et ſicut Tobiæ affuiſti,ita mihi adeſſe digneris. Et ut tribus pueris in camino, & Danieli miſericordiã præſtitiſti: ſic circa nos famulos tuos facere digneris. Qui mortuos ſuſcita/ſti,& cæcos illuminaſti,ſurdis auditum,mutis eloquia,claudis greſſum, le/proſis ſanitatem dediſti,ita & da famulis tuis,qui te tota uirtute mentis cre/dimus natum,paſſum,uenturum iudicare uiuos & mortuos. Aſſiſte nobis, ſicut

ſicut apoſtolis in uinculis, Tecłæ in ignibus, Paulo in perſecutionibus, Petro in fluctibus. Qui ſedes ſuper ſeptē thronos ad dexterā patris, reſpice nos & libera nos de æternæ mortis interitu, unus in uno, pater in filio, filius in patre, ſpiritus ſanctus, per quem, & cum quo eſt tibi in ſancta eccleſia honor, uirtus, claritas, maieſtas, poteſtas, benedictio, immortalitas, & nūc & in æternū, ſemper & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ORATIO BEATI

CYPRIANI MARTYRIS QVAM SVB DIE PASSIONIS SVAE DIXIT.

DOmine ſancte pater hagios deus, hagie & hagie deus meus, quis em̄ maior te? tibi gratias & laudē gero deus Abrahæ, & deus Iſaac & deus Iacob, deus patrum noſtrorū, deus apoſtolorum, & deus prophetarum & deus martyrum qui fuiſti ante mūdi diſpoſitionem, deus uiuorum, uēturus iudicare uiuos & mortuos, qui es deus uerax, qui ſedes ſuper Cherubin & Seraphin, & proſpicis abyſſos, qui uides cuncta priuſq; naſcā tur, qui habes poteſtatem & rurſus reſtituere, qui habes poteſtatem de arido uiride facere. Tu omnium dominus dominator, libera me ab hoc ſeculo, & exaudi me orantem, ſicut exaudiſti filios Iſraël de terra Aegypti, & nō tibi crediderunt, nec famulo tuo Moyſi. Væ peccatis meis. Cum te leuaueris confringere terram, ſub qua fiſſura petrarum me abſconſurus ſum, ab ante uirtutem tuam? Cui monti dicturus ſum, cade ſuper me, & cui colli, tege me ab ante metum domini, cum te leuaueris confringere terram? Rogo domine ſubueni mihi, noli ſecundum actum meum me iudicare, nihil enim in præceptis tuis parui. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Ionam, de uentre Cœti, ſic exaudias me, & eijcias me de morte aduitam, ſicut Niniuitæ induerunt cinerem, & cilicium, & pœnitentiam egerunt. Exhomologeſin facienti ante conſpectum tuum, pro uniuerſis peccatis meis qui es amator pœnitentiæ, miſerere mei. Sed & Dauid dicit: Domine propter nomen tuum dele peccatum meum. Et ego deprecans maieſtatem tuam, dele uniuerſa peccata mea, & exaudi me orātem, ſicut audiſti tres pueros de camino ignis, Ananiam, Azariam, Miſaëlem, & miſiſti angelum tuum cum nymbo roris, & confuſus eſt Nabuchodonoſor præpoſitus regni, quoniam tu es rex

regnantium, & dominus dominantium, qui ſolus habes immortalitatem, & lucem habitas inacceſſibilem, quam nemo hominum uidet, nec
Daniel.14. uidere poteſt. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Danielem de lacu leonum, & miſiſti Abakuk prophetam, & attulit ei prandium & dixit: Prande prandium, quod tibi miſit deus. & dixit Daniel: Non relinquet dominus quærentes ſe. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Tobiam & Saram, dum orarent in atrio domus ſuæ: tunc obtulit pro eis Raphaël angelus orationes eorum: ſic & tu exaudias preces meas, & admittas ad aulã
Tobiæ.6. ſanctam tuam orationes meas, & continenter mittas angelũ tuum qui deleat uniuerſa delicta mea, ſicut deleſti ſpiritum immũdum à Sara filia Raguel, & illumines cor meũ, ſicut illuminaſti oculos Tobiæ. Exaudi me oran-
Daniel.13. tem, ſicut exaudiſti Suſannam inter manus ſeniorum, ſic me liberes ab hoc
4.Reg.20. ſeculo, quia tu es amator pure conſcientiæ. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Ezechiam regem Iudæ, & deleſti ab eo infirmitatem, ſic & à me auferas infirmitatem carnis, & augeas mihi ad fidem, ſicut illi auxiſti annos quindecim ad uitã. Libera me de medio ſeculi huius, ſicut liberaſti te clam de medio amphitheatro, libera me ab omni infirmitate carnis meæ. Te deprecor pater maieſtatis, qui in fine temporum miſertus es noſtri, mittens nobis Ieſum CHRISTVM filium tuum dominum deum ſaluatorem noſtrũ, natum ex Maria uirgine de ſpiritu ſancto, annunciante Gabriele angelo, per quem nos liberaſti de periculo mortis imminentis. Et te deprecor filium dei uiui, qui feciſti tanta mirabilia, qui in Cana Galileæ, de aqua uinum feciſti, ꝓpter Iſraël, qui cæcis oculos aperuiſti, qui ſurdos audire feciſti, ꝙ paralyticos ad ſua membra reuocaſti, qui ſoluiſti linguas bleſorum, dæmonio uexatos ſanaſti, claudos currentes feciſti, uelut ceruos, mulierẽ de ꝓfluuio ſanguinis liberaſti, mortuos ſuſcitaſti, ſuper aquam pedibus ambulaſti, qui Petro labenti manũ tradidiſti, qui mare fundaſti, & terminũ ei poſuiſti & dixiſti, hucuſq; uenies, & hic te confringes in uirtute tua. Te deprecor filium dei uiui propter uniuerſa cõmiſſa mea, qui es in cœlis filius in patre, & pater in te in ſempiternum, qui ſedes ſuper Cherubin, & Seraphin honoris tui. Tibi aſſiſtunt angeli, archangeli numerus innumerabilis, timentes, & pauentes honorem & uirtutem tuam, clamãtes uoce magna, & dicẽtes: Sanctus, ſanctus
Matth.7. ſanctus, dominus deus ſabaoth. Tu ipſe nobis teſtamentum feciſti: Petite, & accipietis, pulſate & aperietur uobis. Quodcũq; à patre meo petieritis in nomine meo, ego à patre peto ut accipiatis. Ego peto ut accipiam, quæro ut inueniam, ego pulſo ut aperiatur mihi, ego in tuo nomine peto, ut tu à patre petas, & detur mihi. Paratus ſum propter nomen tuum uictimam ſanguinis fundere, & quodcũq; tormentũ ſuſtinere. Tu es domine adiutor meus & defenſor, defende me ab aduerſario meo. Angelus tuus lucis protegat me, quoniam tu dixiſti, quod credentes petieritis per orationem, dabitur uobis

tur uobis: Omnis homo mendax, tu es uerax. Sicut tu repromisisti, potestatem habes domine dare mihi omne sacramentũ cœleste, ut dignus sim faciem sanctorum tuorum uidere. Spiritus in me operetur, uolũtas tua in me fiat, quoniam tibi spopondi, omnibus diebus uitæ meæ, qui passus es sub Pontio Pilato, bonã confessionẽ, qui crucifixus descẽdisti & conculcasti aculeum mortis. Deuicta est mors, deuictus est inimicus diabolus. Tu resurrexisti à mortuis, & apparuisti apostolis tuis, sedes ad dextram patris: qui uenturus es iudicare uiuos & mortuos. Tu dominaberis, libera me de manu quærentis animam meam. Per nomen tuum libera me ab aduersaria potestate, ut operam des uincẽdi inimicum meum, quoniam tu es potens assertor & aduocatus precum, & petitionum nostrarum animarũ. Die ac nocte interpelles pro peccatis meis, orationem meã perferas ad patrem tuum. Et tu domine sancte pater digneris respicere super preces meas, sicut respexisti super munera Abel. Digneris me liberare ab igne & pœna perhenni, & ab omni tormento quod parasti iniquis: per bonum & benedictũ Iesum CHRISTVM saluatorẽ nostrum, per quem tibi laus, honor, uirtus, gloria in secula seculorum. Amen.

SERMO AVGVSTINI DE SANCTO CYPRIANO MARTYRE, PIVS AC LECTV DIGNVS.

SErmonem à nobis debitum auribus & cordibus uestris exigit tam grata & religiosa solẽnitas, qua passionẽ beati martyris cœlebramus. Tristis procul dubio tũc ecclesia fuit, & nõ damno cadentis, sed desiderio recedẽtis, semper cupiens uidere præsentẽ tam bonũ rectorẽ atq; doctorẽ. Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, cõsolata est corona uictoris, & nũc nõ solũ sine ulla tristicia, uerũetiam cũ ingenti lætitia, cũcta quæ tũc gesta sunt legendo recolimus, dieq; isto nobis gaudere cõcessum est, non timere. Neq; eñ formidamus terribiliter uenientẽ, sed expectamus hilariter redeuntẽ. Placet ita uniuersam illam fidelissimi & fortissimi, & glorioſissimi martyris passionẽ cũ exultatione recordari præteritã, quam tũc fratres sustinuere futurã. Primo itaq; quod pro fide cõfessionis Christi in exilium Turibin missus est, non sancto Cypriano aliquid nocitũ, sed multũ illi præstitũ ciuitati. Quò enim ipse mitteretur, ubi ille non esset propter cuius testimonium mittebatur? CHRISTVS ergo, qui ait, ecce ego uobiscum sum Matth. 28.

omnibus

omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi in omni loco membrum, ſuum accipiebat, quocunq; furor inimici pellebat. O ſtulta infidelitas perſequentis. Si quæris exilium quò Chriſtianus iubeatur ire, prius ſi potes inueni unde CHRISTVS cogatur exire. De patria ſua, in alienam te arbitraris excludere hominem dei, in CHRISTO nuſq; exulem in carne ubiq; peregrinũ. Sed iam memorare & cõſiderare delectat, poſt illud, quod Cyprianus nõ ſenſerat, ſed inimicus putabat exiliũ, quid ex ordine paſſiõis ipſum conſecutum ſit. Cum enim Cyprianus ſanctus martyr electus à deo de ciui
als* Curubitana. tate Turibitana, in qua exilio præcepto Aſpaſij Paterni proconſulis miſſus fuerat, regrederetur, in hortis ſuis manebat. Et inde cotidie ſperabat uenire ad ſe, ſicut oſtẽſum erat illi. Quid iã fremeret perſecutoris impetus aduerſus cor ſemper paratum, accedẽte etiam domini reuelatione firmatũ? Quãdo eñ deſereret patientem, qui nõ eſt paſſus præoccupari neſcientẽ? Iam ergo quod ad eum paſſioni exhibẽdum duo miſſi ſunt, qui eum etiam ſecum in curriculum leuauerunt, in medioq; poſuerunt, & hoc diuinæ ammonitionis fuit, ut gaudens recoleret ad eius ſe corpus pertinere, qui inter iniquos reputatus eſt. CHRISTVS nãq; inter duos latrones ligno ſuſpẽſus, ad exemplũ patientiæ præbebatur. Cyprianus autẽ inter apparitores ad paſſionem curru portatus, CHRISTI ueſtigia ſequebatur. Quid illud quod cũ in aliũ diẽ dilatus apud cuſtodes eſſet, atq; illuc ſe multitudo fratrũ ac ſororũ congregans pro fratribus pernoctaret, cuſtodiri puellas præcepit, quanta intentione conſiderandum, quanta laude prædicandũ, quãto præconio cõmendandum eſt? Vicina corporis morte, nõ moriebatur in animo paſtoris uigilantia paſtoralis, & cura tuendi dominici gregis, uſq; ad extremum uitæ huius diem mente ſobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fideliſſimi diſpenſatoris, manus tam proxima cruenti carnificis. Ita ſe martyrem cogitabat futurum, ut eſſe nõ obliuiſceretur epiſcopum, magis curãs quàm rationem paſtorum principi de cõmiſſis ſibi ouibus redderet, quàm quid infideli proconſuli de fide propria reſponderet. Amabat quippe eum, qui
Matth. 16. Petro dixerat: Amas me? Paſce oues meas. Et paſcebat oues eius, pro quibus ſanguinem fundere illum imitans properabat. Cuſtodiri puellas præcepit, ſciens ſe nõ ſolũ habere ſimplicem dominum, ſed etiam uerſipellem aduerſarium. Itaq; aduerſus leonẽ aperte frementẽ in cõfeſſione uirile pectus armabat, aduerſus inſidiantem lupũ in gregem ſexum fœmineũ muniebat. Ita uere ſibi cõſulit, qui deũ iudicem cogitat, apud quẽ cauſam geſtæ huius uitæ atq; ab illo ſibi muneris iniuncti quiſq; dicturus eſt. Vbi omnis ho-
2. Corin. 5. mo recipit, ſicut teſtatur Apoſtolus, quæ per corpus geſſit, ſiue in bonũ, ſiue in malum. Ita ſibi conſulit, qui ex fide uiuens, & ſatagens, ne ab extremo præoccupetur die. Extremum computat omnem diem, & ſic deus placidos

mores

mores perducit usque ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus episcopus misericordissimus, & martyr fidelissimus consulebat, & non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi animæ impij iudicis monere uidebatur, dicens, consule tibi. Cum enim eius immobilem mentem uideret quando ei dixit: iusserunt te principes ceremoniari. Respondítq; ille, non facio, adiecit & ait: Consule tibi: ipsa est lingua subdola diaboli, & si non huius qui nesciebat qui loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur: Loquebatur enim proconsul non tam secũdum principes homines, quorum iussa sibimet iniuncta iactabat, quàm secũdum principes potestatis aëris, de q̃ Apostolus dicit: Qui operatur in filios diffidentiæ. Quẽ per huius quoq; linguã operari Cyprianus nouerat, quod ipse nõ nouerat. Nouerat, inquam Cyprianus, cum à proconsule audiret: Consule tibi, quod caro & sanguis dicebat stolide: hoc diabolum dicere subdole, atq; intuebatur in uno corpore duos, istum oculis, illum fide. Volebat eũ iste mori, uolebat ille coronari. Proinde circa istum placidus, circa illum cautus, huic aperte respondebat, & illum uincebat. Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultio. Dixerat quippe ille: consule tibi: Consulit enim qui consilium uel impertit, uel quærit. Sed consul non à Cypriano consilium accipere uolebat, sed eum potius, ut à se acciperet ammonebat. At ille, in re, inquit, tam iusta nulla est consultio. Non adhuc consulo, quia non adhuc dubito. Abstulit enim mihi dubitationem ipsa iusticia. Iustus autem ut securus moriatur in carne, certus uiuit in fide. Præcesserũt Cyprianũ multi martyres, quos flagrantibus exhortationibus suis ad uincendum diabolum accenderat. Et erat utiq; iustum, ut quos ueridicus loquendo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur. Ergo in re tam iusta nulla est consultio. Quid ad hæc dicamus, quid ad hæc exultemus tanta conceptione gaudiorum? In quid erumpat cor nostrum, & os nostrum nisi in ipsam uenerabilis martyris ultimam uocem? Cum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: Thacium Cyprianum gladio animaduerti placet: respõdit ille: Deo gratias. Habentes igitur de rei tantæ memoria præsentis loci, festiuitatẽ solenniſſimi diei propositionem saluberrimi exempli, omnibus medullis nostris & nos dicamus deo gratias. Eph. 2.

OPERVM DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS TAM VERORVM QVAM FALSO INSCRIPTORVM, FINIS.

BASILEAE APVD IOANNEM FROBENIVM,
MENSE FEBRVARIO. ANNO, M. D. XX.

IO. FROBENIVS AD LECTOREM.

ADIICIMVS præclaro operi opportunũ indicem memorabilium ſenſuũ diui Cypriani eloquentiſſimi doctoris, ac glorioſi martyris, quos inter legẽdũ tumultuarie ſelegimus, lectoris nõ tam ſtudio quàm faſtidio cõſulentes, alteram foliorũ faciem indicãdo. Verum per literas ſectionẽ omiſimus, ut & craſſæ negligentiæ negaremus ſolatium, & ſtudioſum lectorem inuitaremus ad lucrum. Vale.

ABel parentũ luctũ ſignificat, & fratris interfectionẽ. 351
Abel primum ſacrificiũ, quia digne ſacrificauerat. 240
Abrahæ filij è lapidibus excitantur. 52
Abrahæ benedictio ad Chriſtianos pertinet. 52
Abſtentus olim dicebatur excõicatus. 237
Achias ſcidit ſynagogam 165
Acerbi & duri fratrib⁹ eſſe nõ debem⁹. 115
Aceto Chriſtum potandum, prædicitur à prophetis 376
Accuſandum non eſſe temere natu maiorem 318
Adam componitur ex primis literis nominum quatuor ſtellarum 350
Adam ſuperbia uictus 445
Adam uarie interpretationem accipit. 350
Adæ caluaria, Chriſti ſanguine aſpſa. 469
Adæ uulnera Chriſtus ſanauit 179
Adulatio plurimum pernicioſa 321
Adulter nullam habet excuſationem. 497
Adulterium non eſt uoluptas 500
Aduentum Chriſti quotidie ſollíciti expectemus 380
Aduentus Chriſti à Cypriano & proximo expectatus 75
Aduentum Chriſti deſideramus 235
Adeptum ſeruare plus eſt q̃ adipiſci. 22
Aduerſarius Chriſti, qui non eſt ſecum. 24
Aduerſarius unũ aggreſſus martyrem, retundit adunati fide exercitus uigilãtis. 1
Aduerſarius nihil cõtra nos poteſt, niſi poteſtas ei tribuatur 240
Ad ſacerdotium deligendi, qui à deo orantes exaudiuntur 18
Agapen fraternã religioſe exercendã. 296
Agon Chriſtianorum, obſeruãtia fidei. 81
Agon glorioſus martyres manet 130
Agnus paſchalis una domo comedit. 165
Alexander Magnus ad matrem uolumen ſcripſit 174
Amaritudo conflictus ducit ad dulcedinem uictoriæ 196
Ambitioſorum ingens miſeria 48
Ambitio dormit in ſinu ſacerdotum. 447
Ambitio nihil intentatum relinquit. 448
Amalech figura diaboli 252
Animarũ periculis añ tẽpus occurrẽdũ. 37
Animarũ pericula, hæreticos, cauenda. 24
Animæ ſemel in utero formatæ, non admenda ſalus 82
Anima peccatrix plangenda 228
Anima ſeipſam ignorat 421
Anima corpe utit, ſicut faber malleo. 421
Animæ officina caro, affectionum conſummatrix Ibidem
Animus coerceat carnis ſtimulos. 500
Anna orabat deum corde 232
Annus triceſim⁹ idoneus magiſterio. 440
Annorum ſex milia completa Cypriani ætate 246
Antichriſti tempus appropinquabat Cypriani tempore. 245. & 130
Antichriſtus ueniet 321
Antichriſti ſunt, qui de eccleſia exeunt, uel ei contrariantur 24
Antichriſtus Chriſti iudiciũ præcedet. 380
Angeli mundo præfecti, in tyrannidẽ uerſi, deo homines abduxerunt 371
Angelos apoſtatas triumphatus Chriſtus hominibus ſubdidit 371
Angeli etiã cũ mulieribus ceciderunt. 407
Angelici ſpiritus ſe auditu uiſuq̃ manifeſtant 419
Apibus rex unus & gregibus 176
Apoſtolos Chriſtus alloquitur, & per hos omnes præpoſitos, qui apoſtolos uicaria ordinatione ſuccedunt 137
Apoſtolis & ſanctis ſe quidã ad occaſionẽ luxuriæ comparant 403
Apoſtolici uiri ſe maioribus impares fatentur. Ibidem.
Apoſtoli calcauerũt auariciã & uitia. Ibidẽ
Apoſtolis prorſus diſſimiles ſumus. 404
Apoſtolis ſuperbe ſe quidã cõparãt. Ibidẽ
Apoſtoli nos doceant quid metuere debeamus. Ibidem

Apoſtolorum traditiones non minus ratæ quàm Chriſti inſtituta 457
Apoſtoli gratulabundi adorant, quem reliquerant. 469
Apoſtoli Chriſti paſſione non leui terrore commoti fuerant. Ibidem
Apoſtoli fraternitatis nomine honorati à Chriſto. 473
Apoſtoli patris & filij cõſubſtantialitatem intellexerunt. Ibidem
Apoſtoli aſcendentem Chriſtũ cum gaudio uiderunt 474
Apoſtatæ clerici quomodo recipiendi. 42
Apoſtatæ nõ laudant à quibus recedũt. 112
Aquas rubri maris ſiccauit ſpiritus ſanctus. 478
Aquæ aſperſio quid credẽtibus cõferat. 132
Aquam de latere Chriſtus propinauit & ſanguinem 376
Arca Noe typus eccleſiæ. 478.& 502
Arcam Noe rexit ſpiritus ſanctus. 478
Areæ uentilatio & palea purgãda ſoli Chriſto iudici conceſſa eſt 77
Argenteis triginta Chriſtum appreciatum ſcripturis probatur 374
Aſcenſionis Chriſti ratio deſcribitur. 379
Aſcenſionem Chriſtus diſtulit. 473
Aſcendit Chriſtus uirtute diuina 474
Aſcẽdẽti Chriſto ãgeli applaudebãt. 475
Aſcẽſio Chriſti cœlis inuexit gaudia. 475
Aſcendere operoſum 160
Aſilũ ſtatuit pro criminũ impunitate. 175
Auarorum increpatio 448
Auarorũ miſeræ ſollicitudines. 49.& 422.
Audit nõ à deo orãs, q ſeipm nõ audit. 242
Audiendi malos facilitas pernicioſa. 138
Auri loca, aurum accipiunt martyres. 104
Aurelius bis inſignis confeſſor 60
Augurium cauendum 318
Autores nomina ſua libris prænotant rationabiliter 417
Authores nimia modeſtia nomina ſua libris ſubtrahunt 418

BAlnea promiſcua non adeant uirgines. 159
Baptiſmi ſuſceptio, eſt ſeculi renũciatio. 24
Baptiſmus non niſi ab habente poteſtatem percipitur. 28
Baptizare nequeunt, qui ſpiritu ſancto carent. Ibidem
Baptiſta Ioannes ſpiritum ſanctum accepit in utero matris 29
Baptizari extra eccleſiam nemo poteſt. 40
Baptiſmus fit in aqua ſanctificata, & chriſmatis unctione. 40
Baptizati ab hæreticis, rebaptizandi. 42
Baptiſmꝰ qd Cypriano utilitatis contulerit.
Baptiſmi ſacramentũ mare fuit. 133. (45
In baptiſmo oĩs neqtia uires amittit. Ibidẽ
Baptiſmo diabolus opprimitur 134
Baptizati quando & quomodo à diabolo liberentur Ibidem
Baptiſmus ſanguinis, corona uirtutũ. 246
Baptiſma uetus ceſſaturum, nouum inchoandum 266
Baptizatũ poſſe gratiã acceptã pdere. 306
Baptiſma nullum extra eccleſiam 330
Baptiſmus ſanguinis nihil prodeſt hæreticis. Ibidem
Baptizandi hæretici conuerſi Ibidem
Baptiſmus hæreticorũ illegitimꝰ. 322.& 324.
Baptizati ab hæreticis non rebaptizantur, ſed baptizantur 322
Baptiſma unum, ſi fides eſt una 323
Baptizati legitime, nõ ſunt rebaptizãdi. 325
Baptiſmo eccleſiæ baptizari non poteſt extra eccleſiam 326
Baptiſma non prodendum hæreticis. 325
Baptiſmus fiat in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti 328
Baptizatus Chriſtum induit, & ſpiritũ ſanctum accipit. 334
Baptiſmus ſanguinis doctus ab innocentibus 434
Baptiſmo Chriſtus autoritatem dedit baptizatus 435
Baptiſmo adhibetur remiſſio peccatorũ, ſpiritus efficientia. Ibidem
Baptiſmi ſolẽnitas apoſtolicis ſacerdotum myſterijs attributa Ibidem
Baptiſmus pro miniſterio nec melior, nec deterior 435
Baptiſmi priuilegium non eſt datum meritis, ſed gratiæ Ibidem
Baptizet Iudas ſiue Paulus, Chriſtus peccatum lauat 436
Baptiſmus ualet etiam à lucrorum ſectatoribus. Ibidem.
Baptiſmus Ioannis ex parte erat. Ibidem
Baptiſmũ repeti eccleſiaſticæ regulæ prohibent. 456

Baptiſmus abluit actualem & originalem maculam 457
Baptiſmus fons in medio paradiſi. Ibidem
Baſilides epiſcopatu depoſitus, Rhomam fruſtra rediit. 20
Barbam non uellendam 318
Beatorum gaudia 476
Bellorum improbitas & iniuſtitia 46
Blaſphemans patrem deum, deteſtatur à filio. 328
Bona opinata apud ignorantes 48
Bonum agunt, qui bono conſentiunt. 64
Bona pro malis à Chriſtianis reddēda. 151
Bonitate diuina nihil clementius 224
Bonis conuiuendum, mali cauendi 319
Bonis ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur. 436
Bene agentibus bona ſunt omnia, qui bene dicta bene ſuſcipiunt 405
Benedictio Abrahæ ad Chriſtianos pertinet. 52
Beneficia à Chriſto accepta 178
Breuiarium diuinorum præceptorum. 289
Bubalum caput Iudæi coluerunt 204

CAlumniatorem proteruum inſtruere labor irritus. 141
Calumniæ de licito fiunt, ut obtineri illicitum poſſit 398
Calamitatibus mūdus preſſus ſeneſcit. 142
Calix dominicus uino mixtus offeratur. 51
Carnis continua colluctatio aduerſus ſpiritum 430. 236. & 499
Carnem cōtendere aduerſus ſpiritum, impropria locutio 421
Caro inſenſibilis ſine anima Ibidem
Caro officina animæ, turpitudinum operatrix. Ibidem
Carnalia emolumenta non præponantur utilitatibus ſpiritalibus 401
Carnalia ceſſant à luxu, cum celebrātur ſancta myſteria. 398
Caro ſemper incitamenta cupidinis prouocat, ſi paululum relaxetur Ibidē
Carnalia mortem, ſpiritualia uitam pariunt. 316
Carnem Chriſti manducare, & bibere ſanguinem, quomodo intelligatur. 450
Caſtitatis eximia & mira cōmendatio. 414
Caſtitatem ſeruare inter fœminas, dubio triumpho nititur, & incauto 395
Caſtitatis graue iugum, occaſione fœminarum grauius facere non debemus. 396
Caſtum ne quis ſe ſemper futurum præſumat, ut negligentior occaſiones uitare uelit. 397
Caſti & Aemilij martyrum lapſus & uictoria. 221
Caſus præmiū diabolum adorātibus. 448
Catacliſmus perſecutionem eccleſiæ ſignificat. 503
Catechumenum non debere peccare. 320
Catechumeni baptizantur ſanguine. 330
Cauſa illic audiat, ubi crimē admiſſum. 14
Cedere iuri & poteſtati in rebus diuinis periculoſum. 331
Celerini martyris laudes à conſtantia propria & progenitorum 125
Cœlum & terra ſignificant cæleſtium amatores & terrenorum 237
Cœlum & terra, ſpiritus & caro 236
Cœnæ domini apparatus deſcribitur. 449
Cœna dominica quomodo ſpiritualiter peragatur Ibidem
Cœna dominica retenta ſpecie ſubſtantiæ probat præſentiā uirtutis diuinæ. 449
Cœnæ dominicæ dies multis honoratur myſterijs. 460
Cœnæ dies egregie commendatur. 462
Charitas neceſſaria eccleſiaſtico 168
Charitas & pax inter primitiuos fideles. 373
Charitas omnium maxime commendatur à Chriſto 194
Charitate ſancti nectuntur 58
Charitatis nomine fœdus amor tegitur. 408
Charitatis cōtra libidinoſam affectionem querimonia Ibidem
Chariſmata eccleſiaſtica differūt uarie. 405
Chain rixator exaudiri non potuit. 168
Chain damnatus ante parricidium. 212
Chirographa peccatorum ſcripta ab initio malicia dæmonum contra homines. 371
Chore, Datan, Abiron, Ozias ſacerdotia arripientes puniuntur 170
Chore filij ſemper læta canunt. 469
Chriſti aduerſarius eſt, qui non eſt ſecum. 24
Chriſtus ueſpere debebat offerri 53
Chriſti reſurrectio mane celebrat. Ibidem
Chriſti paſſio ſacrificiū noſtrum. Ibidem

Christi uerba & facta corrumpere, est furtum agere. 53
Christum maxime persequuntur sacerdotes Christi Ibidem
Christo quare credendum 150
Christi sanguine signati soli euadent. Ibidē
Christus ab omnibus sequendus 151
Christum imitari Christiani debent. 155
Christi ecclesia scindi nequit 165
Christus salutis autor ostenditur. 177
Christus indulgentiæ arbiter missus. Ibidē
Christus deus & homo Ibidem
Christum uenturum Iudæi sciebant. Ibidē
Christi duplex aduentus à Iudæis creditus. Ibidem
Christus qua ratione à Iudæis occisus. 177
Christi domini beneficia multa 178
Christum pascens, à Christo pascitur. 183
Christum quis sequi dicatur. 194
Christo dño Christiani filij similentur. 195
Christus exhibuit dei patris patientiam, & docuit. 199
Christi patientiã Christiani sectentur. 200
Christus tacuit, sed non semper tacebit pro fidelibus 206
Christum negans in Capitolio, statim obmutuit, alius in balneis spiritu immundo correptus est. 225
Christi uerba maiora propheticis. 231
Christo nihil præferendum redemptori & uiuificatori nostro 250
Christo gentes magis crediderunt. 269
Christus primogenitus dei, & sapiẽtia, per quem facta sunt omnia. 272
Christi incarnationis sacramentum ostenditur. 273
Christus sermo dei est Ibidem
Christus manus & brachium dei. 274
Christus est angelus & deus. Ibidem
Christus deus uenturus fuit illuminator & saluator hominis. 276
Christus filius dei genitus est denuo secundum carnem. Ibidem
Christus de⁹ & homo de uirgine nat⁹. 277
Christus homo & deus ex utroq; genere cõcretus, ut mediaret inter utrũq;. Ibidē
Christus ex semine Dauid secundum carnem natus Ibidem
Christus in Bethlehem nasciturus. 278
Christ⁹ in primo aduẽtu hũilis uenit. Ibidē
Christus à Iudæis occidendus. 279
Christus ouis & agnus occidendus. 280
Christus lapis dictus 281
Christus lapis & mons factus, repleuit totam terram. Ibidem
Christus mons super quem gentes & iusti conscenderunt 282
Christus sponsus ecclesiæ, de qua filij spiritualiter nascuntur Ibidem
Christus à Iudæis crucifigendus. 283
Christi passio & crux omnem continet uirtutem & potestatem 284
Christo crucifixo tenebræ factæ die medio. Ibidem
Christus à morte uindicatus, non mansit apud inferos 285
Christ⁹ tertia die resurrexit ab inferis. Ibidē
Christus resurgens, accepit à patre omnẽ potestatem, & potestas eius æterna. 285
Christo solo peruenitur ad patrem. 286
Christus uenturus est iudex 287
Christus rex in æternũ regnaturus. Ibidē
Christus iudex & rex est 288
Christi nomen nõ sufficit ad baptismũ. 327
Christ⁹ sine pr̃e credito, nemini ꝓdest. 327
Christus in patrẽ blasphemãtes punit. 329
Christi passio designatur monte Sina. 352
Christo moriẽte, quæ patrata miracula. 353
Christus nõ Moses innocens manibus. 353
Christus nomẽ pontificale & regium, 366
Christus tria pariter regna subiecit. 370
Christus qua ratione in infernum descenderit. 372
Christus traditus, uinctus, recõciliator, crucifixus, scripturis ostenditur. 374. & 375
Christus spinis coronatus, terræ benedixit prius maledictæ 375
Christũ aquam & sanguinẽ profundentẽ de latere, scripturæ prædixerunt. Ibidē
Christum ex mortuis immortalem resurrexisse, scripturis proditum 377
Christus secundum spiritum dominus Dauid, secundum carnem filius 379
Christum ad dexteram dei sedere exponitur. Ibidem
Christi regnum æternaliter duraturũ. 380
Christus fœminas quare & quomodo admiserit 406
Christus à fœminis non tam pastus est, quàm pascit easdem. Ibidem
Christum mulieres grauitate sancta sequebantur. Ibidem

Christi

Christi natiuitas, uita, totq; mirabilis. 427
Christus fortitudinem contra hostem donat. 428
Christus baptismo autoritatem daturus baptizatur. 435
Christus portatus sine difficultate 438
Christus tentatus, ut tentatoris confunderetur præsumptio. 440
Christus duplici inquisitione tētatus. 443
Christus ductus à spiritu super pinnaculū, quomodo intelligatur, 444
Christo delatus honor à plebe, inflammabat inuidiam sacerdotum 448
Christo non tam corporali quàm spirituali transitione unimur 450
Christus ecclesiā corpus suū appellat. ibidē
Christus subito sanat, & perfecte 456
Christi passio cum pauore meditāda. 463
Christus passionē naturaliter timuit. ibidē
Christi suauitas triumphat de malicia Iudæorum. 464
Christus non mortem causatur, sed causam mortis 465
Christi mors sola poterat saluare damnatos. ibidem
Christus eleuatis manibus in cruce triumphat de Amalech. ibidem
Christi passio reuocauit derelictos. ibidem
Christi insignis & ante inaudita misericordia. 467
Christi latere sacramenta effluunt. ibidem
Christi actionum recapitulatio. 477
Christus omnia passus in martyribus. 493
Chrisma sacrum conficitur die cœnæ dominicæ. 460
Chrisma nihil commune habet cum alijs liquoribus. 461
Chrisma non ualet medendis languoribus corporalibus ibidem
Chrismatis beneficia narrantur ibidem
Chrisma ablatum Iudæis, datum Christianis. ibidem
Christianam fidem plurimorum perfidia non labefactat. 21
Christiani spes sit in ligno 104
Christiani parati sint ad militiam spiritualem. 128
Christiano pro Christo mori nolle, indignum. 129
Christiani an sint, qui nō baptizati Christi gratiam in infirmitate consequūtur. 132
Christianus iudicetur, qui in ecclesia per fidem consequutus est gratiam dei. 133
Christianæ fidei calamitates mundi non imputentur 141
Christianorum persecutio causa malorum fuit 146
Christianorū psecutor Demetrianus. ibidē
Christiani iniuste psecutionē sustinēt. 146
Christianos nulla lædit aduersitas, sed infideles & idololatras ibidem
Christiani pro infidelibus orant 149
Christianum non decet carnis claritatem computare & honorem 154
Christiani odiuntur antequā nascantur. 176
Christianus non est, qui Christo non credit. 183
Christianus deo & Christo digna facit. 195
Christiani filij, Christo dño similent. ibidē
Christiani hois occupatio & studium. 196
Christianismus fidei & spei res est 202
Christiano mors potius desideranda. 208
Christiano iugiter pugna incumbit. ibidē
Christiani cum infidelibus carne communicant, spiritu separantur 209
Christianis plus cæteris laborandum in seculo. ibidem
Christiani aduersitatibus comprobant. 211
Christiano mundus non est amandus, à quo non amatur 215
Christianorum quorūdam perfidia ad ido la currentium 219
Christianæ uitæ breuis descriptio. 235
Christianus de crastino cogitare prohibetur. 238
Christianorum persecutiones ante prædictæ. 254
Christianorum persecutiones non sunt nouæ nec repentinæ ibidem
Christiano necessaria noticia patris & filij. 328
Christianismi libertas & gra descibit. 460
Cibus quotidianus iusto abesse non potest. 239
Cibus quotidianus uarie exponitur. ibidē
Ciborum nimiam concupiscentiam non appetendam 315
Cibus animæ fides, spiritus uerbum. 452
Circuncisio solennissimum antiquæ religionis sacramentum. 429
Circuncisio inter Hebræos Phœnices & Arabes uiguit. ibidem

Circuncisionē gentes reliquæ irrident. 429
Circūcisio honori gentibus, licet alia expiationum instrumenta retinuerint. 429
Circuncisione multi sancti caruerunt. ibidē
Circuncisi putantur filij Esau & Ismael. ibidē
Circūcisiōis in octaua die significatio. 429
Circūcisus toto corpore apostolus. ibidem
Circuncidítur non totum membrum, sed pars anterior in mysterio 430
Circuncisio prima euacuata, secunda spirítualis repromissa. 263
Circuncisio Iudaica, imago spiritualis circuncisionis. 83
Circūcisio quare in Christo cessauerit. 431
Classica ī prælīū dñi Christiano militi. 246
Clericus non debet constitui tutor uel curator. 25
Clericus obligari non debet laqueis secularibus. ibidem
Clerici diuinis tantum uacent obsequijs. 25
Clerico uictori interdicitur orationis suffragium. ibidem
Clericos debere fœminis non cohabitare, Christus reuelauit 389
Clericorum in castitatis bello arma, trepídatio & timor sint 391
Clerici cohabitātes fœminis, blasphemiam sanctitatis prouocant. 394
Clericis religio blasphemata, & fraternitas perdita, pœnas duplices irrogabit. 395
Clerici nolint fœminarum irritamenta uictoriæ ratione experiri ibidem
Clericis sine fœminis assunt desideria quæ uincant 396
Clerici uereantur, ne mulieres cohabitantes, amore furiali permoueri contingat, etiamsi de se ipsi bene confidant 397
Clericis non sufficit si casti sint, nisi scandalum alienis uisibus caueant ibidem
A clericis exigetur, quicquid eorum inertia à populo male committitur. 398
Clericorum sanctimoniam callide dæmon præsentia mulierum tentat 402
Clericos decipiendi per mulieres, mirum dæmonis artificium describitur. ibidem
Clericorum falsa argumenta pro cohabitatione fœminarum 403
Clerici in arduis sanctorum exemplis infirmi, in periculo proximis laxationib⁹ fortes se iactant 404
Clerici omnium minime mulierum contubernia deserunt. 409
Clericis uidetur parum dei mandata despicere, nisi & seculares uincant lubricitate sua. 409
Clerici sine fœminæ sodalitate dormire dedignantur. ibidem
Clerici concubinarij Iudæis fœdiores. 410
Clerici spadonibus comparantur & præponuntur ibidem
Clerici mulierosi idololatris peiores. 411
Clericos nō martyrium, sed solus aspectus fœminæ terret contra dominū ibidem
Clerici cohabitatores uirginum, ecclesiam reddunt infamem. ibidem
Clericorum ad honestatem & singularitatem adhortatio. 413
Clerici statum suum recogitent. ibidem
Clerici exemplo non impediant, quod uerbis prædicant ibidem
Clericorum cohabitationes cum fœminis, pericula narrantur. ibidem
Clerici caueāt, ne aut ipsi per fœminas, aut fœminæ per illos, ad ignominiosa ludibria prouocentur 416
Clerici ancillas non habeant, etiam pro matrum seruitijs ibidem
Clerici ne uetulas habeant ancillas sine affinitate. ibidem
Clerici conuersatio qualis sit inter extraneas. ibidem
Clericis gustanda cum mulieribus præsentia non continuanda. ibidem
Clinici uocabantur quidam Christiani. 132
Cogitanda Christiano multa 196
Columbæ specie apparuit spíritus sanctus. 166. & 437
Columbæ proprietates 166
Columba ter ex arca mittitur 502
Columba trinitatem signat ibidem
Columba requie carens, lapsos notat. ibidē
Communia dei seruis sint omnia 189
Cōmunicādi sunt præliaturi pro Christo. 3
Communicatio non temere laxanda 115
Cōmunicationis eucharistiæ ratio & modus. 456
Concilia uanitatis hæreticorum sectæ nominantur. 383
Concordia inuicta in Rhomanis martyribus. 1
Concordia exigitur ad orationem. 168
Concordia fraterna, magnū sacrificiū. 240

Confitentes peccatum,humili ſatiſfactione amplectendi ſunt 15
Confitetur Chriſtum, qui bona & iuſta loquitur. 24
Cõfeſſoribus incũbit innocentior uita.171
Confeſſorem perficit perſeuerantia in bono. ibidem
Confeſſoribus ſanctis congratulandum.22
Cõfeſſores maxime perſeuerãtia decet. 22
Confeſſorum diſciplina nomen domini glorificatur. 23
Confeſſorum quorundam iactantia 122
Confeſſorum Chriſti commendatio gratulabunda 216
Confeſſio faciẽda ante mortem. 321.& 228
Confeſſio fidei non eſt cõpleta iuſtitia. 171
Confeſſio exordium gloriæ. ibidem
Confeſſio cõſcientiæ facienda apud ſacerdotes de Chriſto nõ confeſſo. 227
Confeſſio Cypriani humilis 459
Congreſſio fidei glorioſa. 130
Coniuges multis clericis caſtiores 410
Compaſſio Cypriani ad lapſos. 218
Conuicia contemnenda 10
Conuicium,non qui audit,ſed qui facit,miſer eſt. 13
Conſueta difficulter deponimus. 43
Conſuetudo contra rationem non allegãda. 326
Conſuetudo ueritatem non uincat 335
Cõſuetudo ſine ueritate errorꝭ uetuſtas.335
Conſulatus Rhomanorum cœpit exſcelere. 175
Conſenſus in crimine participat 65
Conſenſus deſit libidini 430
Contanda non ſunt amatoria & temporaria 156
Continentia ſuadetur à deo 161
Cõtradicẽtes cũ modeſtia corripiẽdi. 406
Contradictionum uerſipellem fallaciam uitandam docet 413
Cõſciẽtiæ uulnere carere nõ poſſum⁹. 179
Conuiuendum bonis,mali uitandi 319
Contentio inter coepiſcopos cauenda. 331
Contemptus patrimonij à Chriſto conſulitur. 221
Conuerſi à peccatis, diſciplinis cœleſtibus erudiendi. 330
Correptiones libenter audiendæ. 320
Cornelius decreuit,reſipiſcentem de idolatria admittendum ad pœnitẽtiam, ſed non ad clericatum 18
Cornelius Fabiano epiſcopo & martyri ſucceſſit. 25
Cornelius papa gradatim ad epiſcopatum euectus. 111
Cornelij magnanimitas in epiſcopatu. 112
Corõa iuſtitiæ auferri põt à martyrib⁹. 171
Coronæ ad tempus pacis proferuntur.196
Corpus ſuum Chriſtus panem uocat,granorum adunatione,& ſanguinẽ uinũ.26
Corpus cuiq; ſuum reſurget 386
Corpora ſanctorũ cũ gloria reſurgent. 388
Corpori nihil liceat, ubi uitandum eſt corporis uitium. 500
Cothurni Tragici mala. 46
Credẽtes tantũ ſumunt,quantũ credũt.62
Credentem ſequitur ſtatim poſſe. 310
Credendi libertatẽ poſitam in arbitrio. 312
Crinium infectio ſacrilega 158
Crux Chriſti lex Chriſtianorum 354
Crux ab apoſtolo Paulo deſcribitur. 370
Crux inſigne trophæũ deuicti hoſtis.ibidẽ
Crucis myſteriũ Chriſti morti cõuenit.378
Crux Chriſti exemplum obedientiæ proponitur 371
Crucis ratio in pluribus uaria eſt 373
Crucis feru excoquẽdi ſẽſus carnales. 448
Crucem Chriſtus ut palmam aſcendit,triumphator diaboli 464
Crux ſolum ſacramenti ſignum, depellit dæmonia. 467
Crucis figura omnibus ſacramentis largitur effectum ibidem
Culpa iuncti non ſeparentur in pœna. 22
Cupiditatis inſana uoracitas 49
Cupidini nulla deformitas faſtidio 416
Cupiditatis uictoria extollitur 499
Cura habenda fidelium 318
Cyprian⁹ dux cõfeſſionis fratrib⁹ extitit. 1
Cypriani animoſitas uirtuoſa. 7
Cypriani uirtus,actio,perſecutio. 9
Cypriani facilitas & magnanimitas,circunſpectioq;. 15
Cypriani epiſtolæ Rhomæ clero & populo legebantur. 16
Cyprianus in exilio 32
Cyprianus ꝓfuit martyrib⁹ Rhomanis.65
Cyprianus ſcripta ſua legi & reſcribi deſide
Cyprianus ad tẽpus ſeceſſit. 78. (rat.78
Cyprianus tredecim epiſtolis Rhomanos uiſitat. 79

Cyprianus rationem reddit scriptorum & factorum 79
Cypriani deuotio in martyres 80
Cyprianus de suo gratulatur martyrio, & congratulatur collegæ Lucio, & gratias agit. 81
Cypriani prudens latebra, & religiosa solli/citudo ecclesiæ 86
Cyprianus nihil sine compresbyterorũ & plebis consilio gerere uoluit. 87
Cypriani studium pro plebe in prouincia contra Arelatẽ. hæresiarcham Mar/cianum. 90
Cyprianus episcopus pauperes curat de impensis communibus & proprijs. 102
Cyprianus persecutionem maiorem præ/dixit. 127
Cypriani modestia in responsis. 134
Cypriani humilitas. 137
Cypriani publica proscriptio. ibidem
Cyprianus in temeritatem Pupiani. 138
Cyprianus uisionibus edocetur diuinitus in agendis 139
Cypriani elegantissimum symbolum. 177
Cyprianus lanam & purpuram pro ueste parauit à nobis conficienda. 246
Cypriani exhortatio martyres facit. ibidẽ
Cyprianus scribẽdo nemini præiudicat. 331
Cypriani compassio ad lapsos 218
Cypriani confessio humilis 459
Cyprianus euangelia tractat, fidem infor/mat, pro subditis orat 494
Cypriano congratulandum. 513
Cypriano exilium nil obfuit ibidem
Cyprianus Christo conformis patienti in/ter latrones 514
Cypriani sedulitas in martyrio de custo/dia uirginum ibidem
Cyprianus abnuit consultationem in re iusta. 515
Cyprianus martyres quos animauit subse/quitur. ibidem

Daniel exhomologesin facit. 229
Damnandorũ ultima miseria. 476
Decretũ firmatur plurimorũ consensu. 66
Deciana persecutione lapsi, postea glorio/sissime triumpharunt 503
Dedecus uicisse, honestum 500
Delicta redimẽda iustis satisfactionibus. 12
Delicta non intelligere, ira dei est. 13
Delicta participat, qui delinquentibus co/pulatur. 21
Delictum summum, quod persecutio com/mitti coegit. 93
Delicto nostro fieri ut laboremus, ope dei destituti 311
Demetrianus Christianorũ persecutor. 146
Dæmones per idola imponunt homini/bus. 175
Dæmones auocare à deo homines stu/dent. 176
Dæmones à Christianis expelluntur. ibidẽ
Dæmoni contra nos potestas datur uel ad pœnam uel ad gloriam 241
Dæmonum mirum artificium ad clericos mulierũ contubernio decipiendos. 402
Desperandum non est peccatori, sed pœ/nitendum 229
Descendit ad inferna, symbolum Rhoma/num & Orientis non habent 372
Detractio fugienda 320
Dei est omne quod possumus. 45
Dei perfecta opera, quæ iuxta nos imper/fecta habentur. 82
Deus placandus nõ sola uoce, sed ieiunijs & lachrymis 121
Deus à morte liberare potest 129
Deus omnium maxime metuendus. 130
Deum non colentes, calamitatum causas præstant. 143
Deus unus colendus, ne eius iram incida/mus. ibidem
Deũ ut cognoscas, te prius cognosce. 147
Deus punit se ignorantes 150
Dei ueri forma inuisibilis, Sosthene auto/re. 175
Deus unus omnium dominus. 176
Deus inæstimabilis, totum mundum tem/plum habet ibidem
Dei nomen minime quærendum. ibidem
Dei uocabulum totum est ibidem
Deus ubiq; totus diffusus ibidem
Deum ignorare impossibile 177
Deus indulgẽs est & metuendus. 230
Deus non uocis, sed cordis auditor 232
Deus solus colendus 248
Dei archana non posse perspici 312
Deo placendum, non hominibus. 313
Deũ nihil latere ex his quæ gerũtur. ibidẽ
Dei nomine quid intelligas 363
Deus pater dicitur ibidem

Deorum autores qui fuerint 175
Dei esse conemur impari cõmercio. 474
Deo nihil conferre possumus ibidem
Deo non indigna natiuitas ex uirgine. 369
Deo nihil obscœnitatis tribuitur carnis unione. 370
Dei substantia corporibus non capitur sine spirituali medio ibidem
Dei iussa omnia bona credamus & seruemus. 399
Dei uoluntas est sola & uera iustitia. ibidẽ
Deo dignum, quod uoluntati suæ fatetur esse acceptum 400
Deo seruiendum non nostro, sed dei arbitrio ibidem
Deus legi suæ obedientibus suggerit adiutoria. ibidem
Deus immeritos nos dilexit 438
Deum autorẽ opus mundi profitetur. 419
Deus unicũ omniũ rerum principiũ. ibidẽ
Deo se humana natura in nullo conferre potest. ibidem
Deus omnia excedens, nil coæuum habet. ibidem
Deus quæritur hic, sed non inuenit̃. ibidẽ
Deũ gustamus, delibamus, odoram⁹. ibidẽ
Deus non in proprio esse, sed nominibus quibusdam intelligitur 420
Deus non omnino ignoratur. ibidem
Dei imago laboriosis prouectibus se demum indicat ibidem
Deus ignoratur à nobis, qui nosipsos nescimus. 421
Diabolus mendax, seruis suis promittit multa. 447
Diabolo seruit mundus pro gloria & uoluptatibus ibidem
Diabolo seruientes cadunt 448
Diabolus nec fateri uult, nec diffiteri, Christum dei filium cum tentaret 443
Diaboli regnum uitijs munitur, criminosis possidetur. 446
Diabolus quomodo regnet in suos. 447
Diabolus à sanctis repulsus humilitate, superbis tamẽ cogitationibus relinquit fœdatos. 445
Diabolum homini non posse nocere, nisi deo permittente 318
Diabolus Christo insultat pro suis. 187
Diabolus baptismo opprimitur. 134
Diabolus fide exclusus, perfidia regredi/tur. ibidem
Diabolus insidiatur ad malum 190
Diabolus mẽbra singula impugnat. ibidẽ
Diabolo semper repugnandum. ibidem
Diabolus longo usu doctus impugnator. 246
Diabolus retia clericis ponit mulierum consortia. 402
Diaconus honorem sacerdotis agnoscat. 85
Diaconos non Christus, sed apostoli constituerunt. ibidem
Differenter apostatæ pœnitentesq; in ecclesia tractandi 4
Digitus dei spiritus sanctus 479
Digito dei lex scripta ibidem
Dñs se uindicare nequeunt 146
Dñ falsi nihil esse conuincuntur 147
Dñs homo dignior ibidem
Dñs non corpus incuruandum. ibidem
Dñ Rhomanorum uernaculi. 175
Diligere deum non potest, qui pecuniam diligit. 439
Diligere deum, primum & ultimum præceptum. ibidem
Dilectio dei & proximi, à deo nobis iniungitur. ibidem
Dilectionem fraternam religiose exercendam. 2
Dilectioni dei & proximi nihil præponendum. 304
Diligitur magis, cui plus dimittitur 320
Dilectio fœda, charitatis uocabulo obtegitur. 409
Dilexit nos deus pater immeritos. 438
Dilectus & filiꝰ duo grata uocabula. ibidẽ
Dimicandum quotidie de uita nostra. 22
Diuinitas ad liquidum se uideri non patitur. 418
Diuinitatem fidelis inuestigatio aliqualiter odorat uel sentit. ibidem
Diuinitas indicatur remotionibus, non affirmationibus. ibidem
Diuinitas comprehendi non potest. ibidẽ
Diuina partim & à longe cognoscimus. 420
Diuinitas associata carni sese nobis insinuauit. ibidem
Diuina generatio in hoc seculo non agnoscibilis. ibidem

Diuinus sermo amabilis & efficax. 438
Discordia meretur pœnas 122
Discordem deus non exaudit 240
Discipulus faciat quod discit 130
Disciplina ecclesiastica necessaria in ecclesia. 64
Disciplinæ laudes multiplices 152
Disciplinam iniungentes nō odiunt. ibidē
Disciplina dei in ecclesiasticis præceptis obseruanda, 316
Disciplina sana spernitur 317
Indisciplinatus fugiendus ibidem
Diues non sterilis sit ab eleemosyna. 184.
Diues plurimum peccat, non succurrens pauperibus. ibidem
Diuitias periculosas & contemnendas. 238
Diues Lazari implorator, oris & linguæ dat pœnas 8
Diuitum discrucians sollicitudo. 48
Diuitijs utamur ad bonas artes. 156
Diues est, qui in Christo diues 185
Doctrina Christiana non eloquentiæ uel rerum uiribus nititur 44
Doctrinam præcedere exemplum, est omnis iustitia 437
Dominus tradi permittit, quos disponit coronari. 7
Dominus indulgens quidem, sed exactor quoq; est præceptorum. 67
Dominum habens, omnia dñi habet. 239
Domini mitiores sint in seruos 317

Ecclesiam esse, qui in domo dei permanent 10
Ecclesiam nunq; à Christo discedere, licet sua culpa quidam pereant ibidem
Ecclesiæ admittendi, sollicite examinādi. 14
Ecclesia non cedit minis 15
Ecclesiam nō iudicant extra ecclesiam constituti. 16
Ecclesiam unam esse probatur 25
Extra ecclesiam nemo baptizatur. ibidem
Ecclesia unanimitate gaudet. 26
Ecclesiæ alimentis frugaliter & ad necessitatem ecclesiastici nutriendi 36
Ecclesiæ sumptibus ab infami uita sunt reuocandi peccatores. ibidem
Ecclesiæ sumptib⁹ iuuādi ne peccēt, coacti pauptatis necessitate ad artes illicitas. 36
Ecclesiæ desertores quibus conditionibus admittendi. 43
Ecclesiæ unitas à deo & apostolis data successoribus seruanda 21
Ecclesiæ unitas omnibus seruanda 76
Ecclesia una Paulo docente cōfitenda. 164.
Ecclesiæ unitas soli fontiq; cōparatur. ibidē
Ecclesia orbe diffusa una mater ibidē
Ecclesia incorrupta est & pudica ibidem
Ecclesiam deserens adulter ibidem
Ecclesiæ unitatem non seruans, à deo alienus. 165
Ecclesiæ unitas inconsutili tunica signat. 165
Ecclesiæ unitas Raab præformatur. ibidem
Ecclesia columbæ assimilis. 166
Ecclesiam exeuntibus inquietis, gratulandum ecclesiæ. ibidem
Ecclesia discedere boni nequeunt. ibidem
Ecclesiæ catholicæ matrix & radix fides Rhomana 135
Ecclesiæ non officit contumacium multitudo. 139
Ecclesia non tenetur, qui episcopum non tenet. ibidem
Ecclesia dudum sterilis, habet ex gentibus plures filios quàm synagoga 268
Ecclesia filios Christo sola generat 334.
Ecclesia quid discēdo de deo cōsequat. 419
Ecclesia Christi scindi nequit. 165
Aegyptij & Sodomitæ poterant saluari, si poterant pœnitere 464.
Eleemosyna facienda suadet. 156. 180. 293
Eleemosynis sordes abluimus 179
Eleemosynis solis deus placari potest. 180
Eleemosyna, quod orationibus & ieiunijs non poterat, obtinetur. ibidem
Eleemosynas Christus omnium maxime nobis commendat 181
Eleemosynas facientium diuitiæ non finiuntur. 182
Eleemosynarijs nō metuēdus defect⁹. 182
Eleemosynis & iusta operatione purgamur. 184.
In eleemosynas patrimonium deo erogandum. 186
Eleemosynas ob filios omittens, bis peccat. ibidem
Eleemosynas Tobias filio mandauit. 187
Eleemosynæ deus spectator & ꝓbator. 187
Eleemosynæ fructus. ibidem
Ad eleemosynam exhortatio. 188
Eleemosynam primi fideles agebant impense, 189

Eleemosynam

Eleemosynam Christus cõpensabit. ibidẽ
Eleemosynæ laudes ibidem
Eleemosynis placandus deus pro peccatis. 230
Eleemosynam faciens,deo fœnerat. 243
Eleemosynæ opus bonum. 293
Eleemosyna sin minus opere fiat, uoluntas satis est 296
Enoch innouatus dicitur, & quò translatus, tractatur 351
Episcopatus sublimis,& diuina potestas. 6
Episcopo seculares obedirent,si sacerdotes prius obedisse cernantur 8
Episcopus fit iudicio diuino, populi suffragio,coepiscoporum consensu. ibidem
Episcopi extra ecclesiam non fiunt uoluntate diuina 9
Episcopi singuli suos iudicent 14
Episcoporũ in Affrica non tã parua autoritas,ut causæ ab alijs cognosci debeãt. 14
Episcopatum gerere non debere commaculatos idololatria. 18
Episcopus minis & terroribus non mouendus. 6
Episcopi eligantur à proximioribus episcopis coram propria plebe. 20
Episcopis & sacerdotibus obediendum. 39
Episcopus episcopo legem non faciat. 43
Episcopi à dominica traditione pro nouellis institutionibus non decedant. 51
Episcopum unum in ecclesia catholica esse debere. 89
Episcopus se subditis regulam præbeat imitandam. 100
Episcopus etiã fuga suis cõsulere debet.102
Episcoporum martyrum laus 103
Episcopi deo autore constituũtur. 136
Episcopos indignos credens, deo non credit. ibidem
Episcop⁹ nõ iudicãdus nec spernẽdus. 137
Episcopum negantem, quæ consequantur incommoda 138
Episcopus agnoscẽdus,nõ reijciẽdus.ibidẽ
Episcopatus unus est,& indiuisus 164
Episcopatum rapientes,hæretici 166
Episcopus non solum docere, sed & discere debet 336
Episcopo assurgendũ,& presbytero. 318
Epistolarum pernicioſa corruptio 100
Eremum intrans non euadit pericula, sed mutat. 441
Eremi pugna liberior 441
Eremus ieiunio & oratione Christi consecratur. ibidem
Eremũ anim⁹ foueat solitudie uitiorũ. 441
Erranti simplicitet ignoscendum, non temerario. 326
Esau pilosus deo odibilis, contra Iacob leuis & gratiosus 352
Euangelium nusq̃ nutat. 224
Euangelicorum præceptorum ornamenta & fructus 231
Euaristus reiecto episcopatu,uagus & pernicioſus. 68
Euaristus schismatis autor. 89
Eucharistia mutatur in cinerem cuidam sacrilego. 226
Eucharistia ad tutelam est accipientibus. 2
Eucharistia apud hæreticos esse nequit. 40
Eucharistiam dari, est pacem & communionem suscipere 93
Eucharistiam infantes sumunt in ecclesia tempore Cypriani. 226
Eucharistiæ indigni perceptores miraculose puniuntur ibidem
Eucharistiam contingere uolens mulier, igne deterrita ibidem
Eucharistiæ ptẽ accipiẽs,lapsus punit. 226
Eucharistiam & baptismũ parum esse, nisi factis perficiat. 306
Eucharistia cũ timore & honore accipien(da. 319
Eucharistiæ effectus quis sit. 451.
Excõicatio spũalis gladius ecclesiæ. 39
Exeundum nobis esse de Aegypto per Christi resurrectionem 469
Exemplũ uiuẽdi à Christo recipiendũ. 310
Exempla similitudinem per omnia seruare nequeunt 367
Exemplo caret diuina maiestas ibidem
Exemplum senes iunioribus, clerici laicis obligantur 395
Exhortationes plebis diuinis lectionibus firmandæ. 245
Exhomologesis criminum facienda in ecclesia. 13
Exhomologesis fit,inspecta uita pœniten(tis. 96
Exhomologesis apud diaconum fieri potest tempore necessitatis. 97
Exhomologesis conscientiæ faciẽda apud sacerdotes de fide nõ confessa. 227
Exhomologesin faciebant tres pueri. 228
Exhomologesin Daniel facit 229

Exorciſtæ diabolum torquent. 134
Exorciſtæ quæſtuarij nihil ſuo nomine peragunt,ſed Chriſti. 436
Extollatur nemo in ſuo opere. 312

FAciendũ non eſſe omne quod licet.319
Faciem, non cor uidere & iudicare ſacerdos poteſt. 3
Famem non cœlum ſed auaricia facit. 145
Felicitatis gradus primus, non delinquere:ſecundus,delicta agnoſcere 13
Feliciſſimus hoſtis Chriſti damnatus ob crimina. 6
Feliciſſima factio quod emolita fuerit. 32
Fœminas circumducendo apoſtoli paulum relaxarunt 406
Fœnerandum non eſſe 311
Fides properanter inquirenda 320
Fidem nõ minui recedentibus perfidis. 10
Fidei & perfidiæ nulla ſocietas 17
Fidei congreſſio glorioſa 130
Fides ſine operibus præceptorum non ſufficit. 162
Fidei opera languerunt 173
Fidem defeciſſe Cypriani tempore. ibidẽ
Fidei defectus uitiorum ratio ibidem
Fides habenda uerbis diuinis 209
Fidei & ſpei fundamentũ timorẽ eſſe. 306
Fides noſtra poteſt quantũ credimus. 310
Fidei ſacramentum non eſſe prophanandum. 312
Fides ubiq; & in omnibus neceſſaria. 363
Fides diuinæ agnitioni præmittitur. ibidẽ
Fidendum in ſolum deum 299
Fideles cum infidelibus carne communicant,ſpiritu ſeparantur. 209
Fidelis ſolum cœleſtia & ſpiritualia cogitet. 300
Fidelem non debere gentiliter uiuere. 309
Fidelis non ob aliud puniri debet, niſi ob nomen. ibidem
Fideles non diſceptare debent coram iudice gentili 311
Fidelis emendatur & reſeruatur 313
Filius omnia à patre, pater à ſe habet omnia. 366
Filius dei non adoptione, ſed natura dicitur. 367
Filijs dei deus nihil negat,rogatus. 474
Filijs bonis deus delectatur ibidem
Filios nos ſuos deus poſſidet. ibidem
Finis mundi ſubito ueniet 319
Fornicationis graue eſſe delictum 316
Fortunatus pſeudoepiſcopus 10
Fortunati pars eum deſeruit, & quotidie ad eccleſiam redijt 14
Fortunati partis malicia. 15
Fomes pudicitiæ puritatem inopinatis inuadit aſſultibus 430
Forum iniurijs repletum. 47
Fortunatianus poſt idololatriam epiſcopatum rapit. 29
Fortitudinis exempla Iob & Tobias. 210
Fortitudinis arma,charitas,ieiunium, uigiliæ,orationes. 1
Fortitudinis exempla Rhomani fratres tri buerunt. 1
Fortitudinis robur conſeruandum fidelibus. 207
Fortitudo fide & ſpe firmatur 208
Fortis nemo eſt ſuis uiribus,ſed dei indulgentia. 236
Fotinus ſymbolum apoſtolorum infideliter explanauit 361
Fratrem non circũueniendum 319
Fratres inuicem ſe ſuſtineant. 299
Fructus centenarius martyrum, ſexagenarius uirginum 160
Frumentum eſſe deſideremus, non zizania 77
Fucus deformat,non ornat. 228
Fucata facies fœminas non decet 158
Fuga pro Chriſto toleranda magnanimiter. 128
Fugiendum à delinquentibus 172

GEhennæ deſcriptio 490
Gentes perueniunt ad regnum cœlorum,excluſis Iudæis 271
Generationis æternæ filij ex patre myſterium,rebus ſenſibilibus diſcutitur. 364
Gloriandum homini in nullo 297
Gloriandum in ſolo deo. 299
Gloria peremptorie quæritur, periculoſe offertur. 445
Gomor æquale Chriſti,ſignat gratiam. 133
Gratia recedit, dominica diſciplina recedente. 22
Gratiam dei Chriſtus æqualiter diſtribuit credentibus. 133
Gratia æqualiter ſumpta in baptiſmo, conuerſatione minuitur uel augetur. ibidẽ

Gratiæ ſemper deo agendæ, etiam in perſecutionibus. 216
Gratia dei gratuita 320
Gratia largitorem agnoſcat, conditio conditorem. 446
Gratiæ dei omnes accliui ſimus. ibidem
Gratiæ dei agnitio, animo ſuperbiam non admittit ibidē
Gratia Chriſti ſine ullo merito Iudæos beneficio pietatis abſoluit 467
Grex dominicus à paſtoribus in periculo congregandus. 2

HAmus diaboli diuina uirtus in Chriſto. 372
Hebraica nomina hominibus indita à deo præſcio futurorum. 350
Hebionis dogma, Chriſtum credere, & legalia obſeruare 383
Helias typus Chriſti. 185
Helias non leuiter uiduæ cohabitauit. 407
Helias prius quadraginta dies ieiunauit, anteqū uiduæ commoraretur. ibidem
Hierarchæ miſſam celebrantis, ceremoniæ & orationes. 456
Hæreſes ortæ ab inobedientia ſacerdotibus habita. 8
Hæreſes probant iuſtos 66
Hæreſis filios dei generare nequit. 334
Hæretici non ſunt à fidelibus audiendi. 17
Hæretici eccleſiam deſerunt ſponte ſua. 26
Hæretici & ſchiſmatici nil habent poteſtatis ac iuris. 24
Hæretici ſub titulo Chriſtianitatis fallūt. 163
Hæreticos diabolus ſuſcitat. ibidem
Hæreticorum ſtudia pernicioſa. ibidem
Hæreticos facit diſcordia 166
Hæretici à populo nō audiēdi. 167. & 170
Hæretici & ſchiſmatici p̄dicti ab apl'o. 169
Hæretici religionem euertunt 170
Hæreticorū nō ſunt exempla ſectanda. 333
Hæretici non ſunt palpandi. 335
Hæreticis non colloquendum 318
Hæretici reuertentes baptizandi. 323. & 329
Hæretici remiſſam peccatorum dare non poſſunt 327
Hæreticos Paulus execratur ubiq;. ibidē
Hæretici ſalutare nihil conferunt ouibus Chriſti ibidem
Hæretici Chriſti confeſſores eſſe non poſſunt 329
Hæreticꝰ baptiſma ſāguinis nihil p̄deſt. 329
Hæretici extrema paupertate laborant. 501
Hæretici fures & latrones ibidem
Hæretici coraci ſimiles ex arca emiſſæ. 502
Hæretici lupi rapaces notantur. 507
Hermes triſmegiſtus unū deū alloquit. 175
Hermatis liber ſiue paſtoris, non canonicus in eccleſia legitur. 382
Herodes cōturbatur Magorū officio. 432
Herodes dæmonem & malignos ſignificat. 433
Herodis truculentia in innocentes 434
Higinius Rhomæ nouus epiſcopus. 333
Hiſtrio excōicandus ne artem doceat. 36
Hiſtrionicis geſtibus inquinantur oia. 47
Hypocriſis inficit bona. 440
Hypacritarum dementia. 441
Homo qua dei ſapientia conditus 471
Hominis pectus, non domus parietes excolendi. 50
Homines æquales ſunt & pares 83
Homo nūq̄ tutus eſſe poteſt à uitijs. 401
Homo quare in negata nitatur, quæſtio inſolubilis. 421
Hominem pronū eſt, eſſe malum. ibidem
Hoīm ſpirituales miſeriæ & peccata. 421
Homini quare peccatū imputetur. ibidē
Homo per reſurrectionem lege carnis & ſpiritus exuitur 472
Honeſtū eſſe poteſt quod agimus, ſi ſigna honeſtatis eluceant 400
Hominis iacturā facere dedecoroſum. 64
Humani corporis p̄ animā reſtauratio. 471
Humilitas prim⁹ religionis introitus. 426
Humilitatem & quietem in omnibus tenendam. 298
Humilitas ſanctitatis fundamentum. 426

IActatio nō ocioſa cū nō uirtuti hois, ſed dei muneri bona noſtra tribuim⁹. 44
Ianus quæ inſtituerit 174
Idololatriæ genera & portenta 146
Idololatræ ſunt mœchi & fraudatores. 118
Idola trement ad martyres 147
Idololatriæ origo. ibidem
Idolothyta puella ignoranter deguſtans, punitur miraculoſe 225
Idolis ſacrificantibus cōminatur deus. 249
Idololatris deus non facile ignoſcit. ibidē
Idolis ſacrificātē interfici de⁹ præcepit. 250
Idola nō eē deos, nec elemēta colēda. 248

Idola gentium dij non sunt. 314.
Ieiunijs & lachrymis deus placandus. 121
Ieiunia solius dei iudicio agenda. 440
Ieiunio inanis gloria insidiatur. ibidem
Ieiuniũ cum hypocrisi iuncta malicia. 441
Ieiunauit Christus in eremo. ibidem
Ieiuniorum uirtus & fructus. ibidem
Ieiunium discretione regatur ibidem
Ieiunium necessarium uiris sanctis ad ardua peragenda. 442
Ieiuniũ p̃cedat orationẽ uel comitet. ibidẽ
Ihesus Iosue Auses ducis unius nomina Christum significantia 366
Igne inextinguibili mali punientur 131
Immortalitas cogitanda 215
Impatientia mala multa importat. 204.
Impatientia Adam perijt, Chain, Esau, populus Iudaicus ibidem
Impatientia hæreticos facit ibidem
Impetrare à deo nihil possunt, qui contra deum illicita moliuntur. 28
Imperia per uices obueniunt 175
Impunitas malorum causa. 146
Incarnatio uerbi opus est simplicis trinitatis. 368
Indisciplinati & inobedientes pereant. 39
Indulgentia humana nil largiri potest contra diuina præscripta 18
Indulgẽtiæ nimiæ quid prosint ecclesiæ. 223
Indulgentiam & ueniam solus Christus largitur. ibidem
Indulgentiam seruus præstare temere non debet offensæ in dominum ididem
Indulgentia præpropera non solum non prodest, sed obest magis. ibidem
Indulgentijs non euadunt homines meliores. ibidem
Indulgentia etiam à martyribus promissa, non temere amplectenda. ibidem
Indulgentiam populo Moses difficulter obtinuit 224.
Indulgentiam orationes Hieremiæ, Noe, Iob, Danielis, & Ezechielis uix obtinent. ibidem
Indulgentiam frustra usurpat humana sententia, nisi animat censura diuina. ibidẽ
Non indulgentijs sed satisfactione peccata delenda 223
Indulgentia peccatorum credenda 384.
Infantes baptizandi ante octauũ diem. 82
Infantium omnium æqualitas ibidem
Infantes nouiter nati, osculo sancto dignandi. 83
Infans contagium mortis contrahit antiquæ, necessitate ibidem
Infantes plorãtes deprecãtur iam nati. 84.
Inferna descendisse Christus prædicitur per prophetas. 377
Inferni æterna damnatio. 476
Infirmis corpe, gratia fidei cõferri põt. 132
Infirmi ob auariciam negliguntur 145
Infirmos uisitandos 321
Ingenijs mediocribus humilior materia pertractanda 418
Inimici diligendi, debita dimittenda. 196
Inimicus maxime cauendus, & interior familiarior. 401
Iniuriam acceptam esse ignoscendam. 306
Iniuria deo dimittenda 320
Innocentes docuerunt sufficere baptismũ sanguinis. 434.
Innocentes in cœlestibus senatores & iudices. ibidem
Innocentes in ordine sanctorum protomartyres. ibidem
Innocentes epiphaniam in cœlestibus celebrant. ibidem
Innocẽtes lucra uitæ perpetuæ celeri compendio assecuti. ibidem
Innocentem oportere esse seruũ dei. 310
Innocentiam petere & impetrare. 318
Innocentia noxia, quæ sponsæ Christi officit fame. 411
Inuidia non modicum malum 190
Inuidia Christiano maxime cauenda. 191
Inuidia & zelus quomõ & qñ cœperit. 191
Inuidia diabolus primus laborauit. ibidẽ
Inuidia grassata in Abel, & Iacob, Ioseph, Dauid. ibidem
Inuidia excæcati Iudæi contra Christũ. 192
Inuidia excitat odium, ambitionẽ. ibidem
Inuidiã multa incõmoda subsequũtur. 192
Inuidia malorum fine caret ibidem
Inuidia quantã pariat maliciam. ibidem
Inuidi hominis habitus & forma. 193
Inuidia difficile sanatur ibidem
Inuidus suæ salutis maximus inimicus. 193
Inuidiæ causas oẽs Christus abscidit. ibidẽ
Inuidia Christiano aduersa. ibidem
Inuidus homicida est 394.
Inuidus charitatẽ seruare nequit. ibidem
Inuidiam uincendam esse 299

Iob patientia uicit zabulum 204.
Ioseph nō habebat rationabilem contradictionem, cum Ioanni Christus matrem commendat. 466
Ioseph pudicitiæ exēplar producitur. 497
Ioannis Baptistæ humilitas in baptismo Christi 437
Ioannes Baptista sanctum spiritum accepit in utero matris 29
Ioannis Baptistæ commendatio. 331
Ioannis Baptistæ sepelitionis, & capitis inuentionis, historia parum autentica, ac Cypriano minime asscribenda 356
Iudas quod Christum tradidit prophetatum 373
Iudæorum pars maxima Christi oratione illuminata 466
Iudæi negligentes disciplinæ, uagabundi iactantur. 177
Iudæi uita indigni, uitam eis præsentem nescierunt Ibidem
Iudæorū pater esse desijt deus 234.
Iudæis cessauit dei regnum, sicut & filiatio. 235
Iudæos in dei offensam grauiter deliquisse, quod dominum reliquerint, & idola secuti sint. 262
Iudæi prophetis non crediderunt, sed interfecerunt. 263
Iudæi dominum nec cogniturí, nec recepturi erant Ibidem
Iudæi sacras literas nō erāt itellecturi. 264.
Iudæi nō intelligere scripturas possunt, nisi credant in Christo. Ibidem
Iudæi Hierusalem perdituri erant & terram. 265
Iudæi amissuri lumen domini Ibidem
Iudæi ueniam sola fide in gratiam percipient. 271
Iudæi deo in odiū cōuersi monte Sina. 351
Iudæis non credentibus, ad gentes translatum fidei mysterium 373
Pro Iudæis Christus orat in cruce. 466
Iudæ pedes non lauit Christus. 459
Iudaicæ perfidiæ scelus mundus sustinere non potuit 469
Iudices iustitiam uendunt 48
Iudicij dies bonis gaudio futurus 131
Iudicaturo domino nō præiudicamus. 114.
Iudicium futurum 320
Iudicium graue potentibus 321
Iudices ueri suijpsius, non iudicabuntur à Christo 464
Iudices in cœlestibus homines erunt. 475
Iudicium Christi restat post omnia. 476
Iudicia publica iniusticijs scena 48
Iudicatur quisquis qualis inuenitur. 213
Iudicabimur secundum sententiam nostram in die iudicij 240
Iudicandum non temere de altero. 305
Iudicat non pater, sed filius: non honorificatur pater ab eo, à quo non honorificatur filius. 308
Iugum uetus euacuandum, & nouum dandum 266
Iuri cedere & potestati in rebus diuinis periculosum 331
Iustitia ab initio mundi laborat in seculari conflictatione 107
Iustitia promeretur deus iudex 169
Iustum solum est, quod deus uoluerit & iusserit 399
Iustitia dei sine eius demōstratione, à mortalibus comprehendi non potest. 399
Iustitia omnis cōpletur, si exempla doctrinam antecesserint 437
Iustos plus laborare & tolerare. 298

L Lamētatio peccātiū Christianorū. 218
Lapsorū in idololatriam pœna à patribus sanctis statuta. 2
Lapsorū restitutio quantū curata fuerit. 66
Lapsorū inuerecūdia turbat ecclesiā. Ibidē
Lapsi modestiam resumant Ibidem
Lapsis in periculo mortis subueniēdū. 67
Lapsis nō desit nec censura quæ increpet, nec medicina quæ sanet 77
Lapsis erigendis non sit deneganda misericordia. 90. & 500. per totum.
Lapsis compatitur Cyprianus & condolet. 96. & 218
Lapsi qualiter suscipiendi ad pacē. 95
Lapsis pax cōmunicanda. 110
Lapsi non temere & subito cōicandi. 222
Lapsorum miserandus casus multiplex. 219
Lapsi ultro pacem sibi sumunt inique. 229
Lapsi obstinati uitandi. Ibidem
Lapsis non est pœnitentia neganda. 116
Latium unde nomen acceperit. 146
Latrones duo, populos duos, persecutores & cōuersos signāt. 352
Latro fero pœnitens recipitur 455

Laudes

Laudes actuũ nostrorũ non spernẽdæ. 64.
Laudes humanas rarus contemnit. 444
Lazari resuscitatione se posse à mortuis resurgere declarabat. 449
Leuitæ diuinis tantũ uacent obsequijs. 25
Legẽ & ꝓphetas abbreuiauit Christꝰ. 241
Lex Mosi cessatura erat 265
Lex noua danda per Christum. Ibidem
Legis onus graue abiectum, & leue Christi iugum susceptum 322
Legis dictis certis locis responsa defixa sunt 394
Lex dei qd doceat, præcipiat, ꝓmittat. 439
Legis dei possibilitas, facilitas, sciẽtia, & potestas nobiscum. 439
Libelli sacrilegi reatus apud martyres. 227
Libello redimẽtes publicam idololatriam, peccant. Ibidem.
Libellaticos non esse conferendos non sacrificatis. 113
Libellatici uerba quæ scribi oportebat. 113
Libellatici præmium dabant, ne facere iniqua cogerentur 113
Libellatici recipiendi ab ecclesia 113
Librorum sacrorum canon 382
Libri non canonici leguntur, sed ad autoritatem fidei non producuntur. Ibidem
Liberi eleemosynis deo cõmendandi. 186
Licita non omnia facienda. 319
Linguarum gratia in apostolis, quomodo intelligenda. 481
Loquendum non esse scurriliter 310
Lucius confessor & episcopus factus, relegatus, & restitutus 74
Luctari nos semper oportet 204
Lucta honestior cũ spiritu cꝫ cũ carne. 441
Ludi gladiatorij indignitas, 46

MAchabæorum uirtutis & fidei documenta. 129
Machabæorum septem martyrum laudes, & martyrium & constantia. 256
Magi Arabum uaticinijs admoniti Christum quærunt 432
Magi muneribus ꝓfitentur qd credãt. 433
Magi alio tramite patriam redeunt. Ibidẽ
Magisterium inuadi non debet ante annum ætatis triceſimum 440
Maioribus metuendum magis, ne in aliquo minorentur 416
Maiorum decreta tuenda. 92
Maiorum imitanda facta excusamus in alijs, nos eis æquales contendimus. 403
Maioribus in uirtutibus plurimũ inæquales sumus 403
Mali suo furore dementes 69
Mala omnia leuiora peccatis nostris. 144
Malorum perfidia de societate bonorũ recedentium bonos reddit illustriores. 172
A malis deus solus liberat 241
Mala de se dici nullus æquanimiter suffert, nec bene de se nolit sentiri 444
Maledici censuram dei euadere nequeũt. 8
Manducare carnem Christi & sanguinẽ, quomodo intelligatur 450
Manducatio Christi est mansio nostra in Christo, potus incorporatio. 452
Manducatio Christi est auiditas manendi in Christo Ibidem
Manna spiritus sancti opus in eremo. 478
Mandatorum Christi obseruantia immortalitatem assequimur 162
Manichæi errores 383
Mappalici martyris constantia 62
Martyrij prætextu non sunt committenda illicita 412
Martyres legi quoq; subiaceãt, donec martyres fiant Ibidem
Martyrij laus uix explicabilis 483
Martyrij sermo horribilis Ibidem
Martyrium status & consummatio uitæ & fidei. Ibidem
Martyrij certamen arduum 484
Martyrium quid sit. Ididem
Martyrum persecutores insani. Ibidẽ
Martyrij autor Christus & exemplar. 485
Martyres saluti suæ dei nomẽ ꝓferũt. 485
Martyrij primo casus, postea fructus. 485
Martyres cladibꝰ seculi eripi cupiũt. Ibidẽ
Martyrij magna dignitas Ibidem
Martyrum deuota constantia in confessione. 484
Martyrij magna merces 486
Martyrium asserendũ pro Christo. Ibidẽ
Martyres honestam mortẽ capiunt. Ibidẽ
Martyrũ quorũdã merces in præsenti. 487
Martyrium lucrum quibus imminet malorum periculum temporum. Ibidem
Martyrium tentationis causa ingeritur à deo. 488
Martyrij fructus, ut per illud credere cogatur, qui uult occidere Ibidem

Martyres

Martyres auro ſimilantur. 488.
Martyres nō corrumpuntur diuitijs. 489.
Martyres ſupra ſpē à dño muneranť. 489.
Martyres, adhuc Chriſto nō digne reſpō/dent. 489.
Martyres fructum neſciunt, quoad agno/uerunt quid accidat. 490.
Martyriū eſt manifeſtatio electionis. 491.
Martyribus nihil uelle non licitum. 491.
Matyrum ueneranda libertas. 491.
Martyrij ineffabilis commendatio tenta/tur. 492.
Martyriū non optat, niſi ſeculū odiat. 493.
Matrimoniū cū gētilibus nō iungēdū. 315.
Mariæ Magdalenæ circa domini pedes ploratus eleganter deſcribitur. 458.
Mariæ uirginis partus ſine corruptiōe in/telligendus. 368.
Maria p portā domini clauſā figurať. 368.
Maria mater Chriſti nō eſt exæquāda mu lieribꝰ cūctis, quæ genuit maieſtatē. 407.
Mariæ uirginis puerperium eleganter de/ſcribitur. 424.
Maria uas electionis communibus non de buit laſſari iniurijs. 424.
Maria plurimum à cæteris differens, natu/ra communicabat non gratia. 424.
Mariæ matri plenitudo gratiæ debeba/tur. 424.
Maria quantum gratiæ & gloriæ à paruu/lo acceperit. 425.
Mariæ cordis dulcedines & iubilus nato domino. 425.
Mariæ mirabilis maternitas. 427.
Martyres auidi mortis, poſt lapſum reſti/tuendi. 1.
Martyrij atrocitas ſuperuentura Cypriano reuelata. 6.
Martyres tradi deus permittit, quos diſpo ſuit coronari. 7.
Martyribus optat Cyprianꝰ dei fauētiā. 58.
Martyrium duplex breue & diuturnū. 59.
Martyrum laudes glorioſæ. 59.
Martyres facile impetrant poſtulata. 60.
Martyrum conſtantia laudabilis. 61.
Martyrum fides animum ſtabiliuit. 62.
Martyrij certamē, ſublime ſpectaculū. 62.
Martyrum mors precioſa. 62.
Martyrij agonis tolerantia ſuadetur. 63.
Martyrum ſpectator dominus præeſt, & coronator. 63.
Martyribus lucroſū tēpus belli & pacis. 631.
Martyres uoto nō minus illuſtres ſunt. 80.
Martyria dilata, magnalia diuinæ prote/ctionis oſtendunt. 80.
Martyrum exceſſus per dies notādus. 80.
Martyrum commemorationes per ſacrifi/cia celebrantur à Cypriano. 80.
Martyres in carceribus à diaconis doce/bantur. 94.
Martyres uicti tormentis, poſt triennalem pœnitentiā cū conſilio reſtituuntur. 101.
Martyrū in Chriſto libertas & merita. 104.
Martyrium deſiderandum fideli. 105.
Martyrium ornat ſexus & ætas. 105.
Martyrum commendatio à fortitudine & diſciplina. 120.
Martyres pacem anxie expectabant. 125.
Martyribus ſolus Chriſtꝰ ſufficit teſtis. 128.
Martyribus conſolatio ſcribitur. 129.
Martyrum arma declarantur. 131.
Martyres ultio diuina defendit. 148.
Martyrū perſecutio ſtatim uindicata. 148.
Martyr extra eccleſiam eſſe nō poteſt. 168.
Martyres uindictam expectauerunt futu/ram de proximo. 205.
Martyrium non in nobis ſed dei dignatio/ne conſiſtit. 212.
Mappalici martyris conſtantia. 62.
Marcianitæ baptizare non poſſunt. 324.
Marcion Pontius hæreſiarcha in domini patrem blaſphemauit. 333.
Marcion non dat deo honorem, ſed bla/ſphemat. 335. 383.
Marcialis nephanda acta. 20.
Marcianus Arelateñ. Nouatiano coniun/ctus, ſenſit excludendos eccleſia lapſos, nec reſumendos. 90.
Martyrum excuſatio per tormenta. 221.
Martyrum uictoriæ duplex gradus. 217.
Martyres facit exhortatio Cypriani. 246.
Martyrem fieri non eſt difficile, quod uide mus martyrum populum non poſſe nu merari. 258.
Martyres & iuſtos quæ merces maneat poſt euictas perſecutiōes & mortē. 258.
Martyrij bona. 303.
Nartyrū ſentētia p autoritate habeať. 224.
Martyrij palmam maximi peccatores cō/uerſi rapuerunt. 411.
Martyrium baptizat & coronat. 411.
Mauri reges colunt pro dijs. 174.

Maximus à Nouatianis pseudoepiscopus factus. 10.
Mœchis pœnitentiæ tempus datur. 115.
Melchisedech typum Christi portauit. 51.
Mendacia non diu fallunt. 12.
Mendacijs seruos dei diabolus lacerat. 112.
Mendacium cauendum. 320.
Merces cito reddenda. 318.
Ad metalla damnatis Cyprianus scripsit dulcem epistolam. 103.
Misericordia falsa impellit ad transgressionem. 165.
Misericordiæ opera nobis cõmẽdant. 180.
Misericordibus alimenta nõ deerunt. 183.
Misericordiæ opera maxime Christus exigit. 188.
Misericordiã merentur, peccata acriter punientes. 230.
Misericordiæ opus bonum. 293.
Mysteria diuina qua grauitate & deuotione celebrentur. 398.
Missam celebrãtis hierachæ ceremoniæ & orationes. 455.
Militẽ Christianũ exercitari oportet. 245.
Miraculum duplex de Christi negatione uel lapsis. 225.
Miracula nõ ꝓfutura superfluo fiũt. 443.
Minuitur quod est fini proximum. 142.
Mortis cõtemptores martyres Christi. 212.
Mortis admonitione compulsus, non liberatur ab excommunicatione. 117.
Mors non timenda suadetur. 128.
Mors innocentum Christi natiuitate oborta. 129.
Mori nolle pro Christo, Christiano indignum. 129.
Mors Christiano non timenda sed desiderãda. 208.
Mori lucrum, & exire seculum desiderabile. 209.
Mors quibus timenda. 211.
Mors infidelibus pestis, Christianis salutaris excessus. 212.
Mortalitatis necessitas probat fideles. 212.
Mortẽ nõ timentes, martyriũ appetũt. 212.
Mori nolentes perperã orãt quotidie. 213.
Mori nolens ab angelo increpatur. 213.
Morte iustorum gaudendum. 213.
Mortem timentes, gentilibus scandalo sumus. 214.
Mors non tam exitus ꝙ transitus. 214.
Mortui non plangendi. 214.
Mori detrectantes, secularem testantur animum. 214.
Ad mortẽ uocati à deo spõte pareamꝰ. 213.
Morte nemo contristetur. 313.
Morti uoluntariæ assuescere docuit homines diuina lex. 431.
Mortem Christus naturaliter timuit. 463.
Mortem mali magis timeant. 463.
Mors Christi abstulit peccata mũdi. 465.
Mortem gustauit Christus propter homis uitam. 472.
Morum corruptela ante persecutionẽ. 218.
Moysi uelamen spissum & doctrinæ crassitudo. 466.
Militum Christi membra munienda. 131.
Mirabilia mirabilissima. 427.
Munerum diuinorum nulla mensura. 45.
Mũdi fluctuãtis turbines & pericula. 46.
Mundialium uanitatum enarratio. 48.
Mũdus senescit, calamitatibus pressus. 142.
Mundus deficit, & fini propinquat. 142.
Mundana cũ mũdo cõtemnenda. 155. 209.
Mundus Christiano non amandus à quo non amatur. 215.
Mundi ruina timenda. 215.
Mulierum ornamẽta qualia cõueniant. 155.
Mulieres fugiant ornamenta impudicarum. 157.
Mulierẽ seculariter nõ debere ornari. 309.
Mulierem in ecclesia tacere debere. 311.
Mulierum cohabitatio clerico plurimum periculosa. 391.
Mulierum bella cum masculis timore uincuntur. 391.
Mulieres feriunt proximantem. 392.
Mulieres initium & finis peccati. 392.
Mulieres non timendæ, sed post tempus luctaminis. 392.
Mulieres etiam confessores & episcopos deceperunt. 392.
Mulieris propinquitas delictorum latrocinium. 393.
Mulieribus decipimur turpius, ꝙ ab Eua Adam primus. 393.
Mulierum societas non est syncera. 392.
Mulierum familiaritas extra matrimoniũ pernicios. 393.
Mulierum amor excludit diuinum. 393.
Mulier fœdere suo præstat magnas molestias. 393.

Mulierem non adhibeat, qui ducere contempſit. 393.
Mulierum oblectamenta deſiderat, qui cohabitationem admittit. 394.
Mulierum cohabitatio ſit licet caſta, tamen ſuſpicioſa erit. 394.
Multiloquentia cauenda. 320.
Mundicia cordis ſeruanda & corporis. 153.
Munienda eſſe membra militū Chriſti. 131.
Muſſitandū nō eſſe, ſed benedicēdū. 302.
Mulierum cohabitatio propter ſcādalum fugienda, 394.
Mulier tranſeuntem caſtum inficit, intolerabilius ſi ei contubernalis extiterit. 396.
Mulierum multiplices & prouocatrices inſidiæ caſto cohabitatori. 396.
Mulierū cātu tolerabilior baſiliſci ſibilꝰ. 396.
Mulierem blandiētem aſſiſtere caſto pernicioſum nimis. 396.
Mulieribus nō oīs locus præſcribit. 398.
Mulieres amādæ inter ſacra ſolēnia, odiendæ communione priuata. 398.
Mulierum præſentia & aſpectus in cōuentu eccleſiaſtico neminem ſcādalizat. 399.
Mulierum præſentia ſæpe ſancta & utilis & neceſſaria. 400.
Mulieres conſolationem ſpiritualē neceſſariā à clerico ſuſcipiant cū tremore. 400.
Mulieres quæ & quare Chriſto apoſtolisq; adhæſerint. 407.
Mulieri uiduæ Helias cohabitauit non leuiter. 407.
Cū mulieribus etiā angeli ceciderūt. 407.
Mulierum cohabitatio nimium ab aliquibus expetitur. 408.
Mulierum cohabitatione, emoritur integritas, affectio inquinatur. 408.
Mulieri exhibēda eſt acceſſio fugitiua. 416.
Mulierum conſortium eſt meditatio perditionis. 416.
Mulieribus exhibenda ſeueritas. 416.
Mulierum hæſitatio de Chriſti reſurrectione. 468.
Mulierum in Chriſtum dilectio poſt paſſionem. 468.
Mulieres primæ uiderūt, quæ arctius amauerunt. 468.
Mulieres ad omnia delicatæ, ad ſarcinas uitiorum uiris ſunt fortiores. 499.
NAtiuitas Chriſti gaudioſa cœleſtibus & terrenis. 423.
Natiuitas Chriſti ab angelis hominibus euangelizatur. ibidem.
Natiuitatis Chriſti nox clarior luce. ibid.
Nato domino paſtores edocentur. ibid.
Nati Chriſti pauperies per omnia. 424.
Nato Chriſto quæ diuerſorij ornamenta aderant. 424.
Nato Chriſto non defuerunt angelica miniſteria. 424.
Natiuitas Chriſti mirabilis & glorioſa. 426.
Natiuitatis & incarnatiōis Chriſti miracula. 427.
Nicephorus internuncius fidus. 68.
Nicoſtratus ſacrilegus & deſertor. 68.
Nicoſtratus reus criminum. 89.
Nomina libris aliena turpiter prænotantur. 417.
Nomina libris prætitulantur grandes materias breui titulo prælibando. 417.
Nomina naſcentibus cōſona dabātur. 350.
Nomina infantulis uarie imponūtur. 417.
Nominum propriorum reſpectus habendus cuique. 417.
Nominum aliqua ratio habita apud antiquos. 417.
Nouatus rerum nouarum ſemper cupidus bonorum circunuētor ſchiſmaticus. 68.
Nouati crimina recitantur. 69.
Non mirandum Chriſtiano. 301.
Non maledicendum Chriſtiano. 301.
Non credentem, eſſe iam iudicatum. 307.
Nouatianus furibundus de proſperis eccleſiæ. 1.
Nouatianꝰ multis nominibꝰ deteſtabilis. 2.
Nouatianus perſecutor eccleſiæ. 2.
Nouatianus extra eccleſiam ſeipſum ordinauit epiſcopum. 25.
Nouatiani eccleſiæ hoſtis mala ſtudia. 90.
Nouatiani ſeditioſa abſceſſio. 117.
Nouatianus ſimiam egit. 323.
Nouatianus ſuos aurum nominat. 4.
Nouatiani Chriſto iudiciū præripiūt. 504.
Nouum teſtamētum dandū probatur. 501.
Nox nulla Chriſtiano. 245.
Numidici ſacerdotis martyrij gloria. 140.
Nuptijs non interſint uirgines. 159.
Numerus non uincit iuſtitiam. 12.
Numerus malorum non attendendus. 14.

OBeſſe mali bonis nō debent ſed mali à bonis iuuari. 5.

Obedientiæ exemplum crux Christi proponitur. 371.
Obedientibus legi, deus suggerit adiutorium. 400.
Obedientiæ Christi merces à patre delata. 475.
Oblatio sanctificari nequit ubi spiritus sanctus desit. 31.
Occasiones impuritatum summopere declinandæ. 413.
Occisi extra ecclesiam, fidei corona priuantur. 1.
Oculus à fœminarum aspectibus cohibendus. 408.
Oculus auidus inexplebiliter offendiculorum. 408.
Odium nomini Christiano prædictum antea. 307.
Omnipotentia in diuinis quomodo dicatur. 365.
Opiniones nō debēt scindere ecclesiā. 116.
Operandum nihil esse iactanter uel tumultuose. 310.
Opera diuinæ sapiētiæ & pietatis circa hominis conditionem. 472.
Oratio paucorum etiam sed concordantium impetrat. 168.
Orandum pro inimicis. 16.
Oratio multorū audit si sint unanimes. 122.
Orandum frequenter & uigilanter. 123.
Orandum pro omnibus nō pro se solo. 123.
Orationes parui momenti sine bonis operibus. 180.
Orandi formam Christus dedit. 231.
Oratione quam filius docuit apud patrem loquimur. 231.
Oratio dominica præferenda alijs. 231.
Orare aliter quàm Christus docuit culpa est. 231.
Orationem, filij documentum pater agnoscit. 231.
Oratio ex pectore proferenda. 231.
Oratione Christi efficaciter postulata impetramus. 231.
Orandum cum disciplina corporis & gestuum. 232.
Orandus dominus in abditis & secretis locis. 232.
Orabat corde Anna. 232.
Orandus deus non clamoribus sed affectibus. 232.
Orans non confidat innocentiæ sed peccata confessus. 232.
Orandus deus humiliter. 232.
Remitte nobis debita nostra Cyprianus dixit, non dimitte. 232.
Oratio publica sit & communis non priuata pro uno. 233.
Orauerunt communiter tres pueri nō pro se quisque. 233.
Oratio sit ab unanimis & per concordiam. 233.
Oratio incipiat ab agnitione paternitatis in deo. 233.
Orare nos Christus factis docuit. 242.
Orandum peccatoribus si Christus oratuit. 242.
In oratione uigilandū exēplo Christi. 242.
Orauit Christus pro nostris delictis, pro ecclesia, pro unitate fidelium. 242.
Orandum toto corde cum dicitur: Surſum corda. 242.
In oratione animum interturbare diabolus conatur. 242.
Oratio nō auditur à deo, eius qui seipsum non audit. 242.
Orationis negligētia deū offendimus. 224.
Oratio non sit sterilis sed fructuosa. 243.
Orandum hora tertia, sexta, nona. 244.
Oratio impinguatur eleemosyna. 243.
Orandum est & mane & uesperi. 244.
Orādum omnibus horis Christiano. ibid.
Orādum Christiano & nocte. ibidem.
Orabat Anna sine intermissione. ibidem.
Oratio sanctorum rara nostris temporibus. 442.
Oratio malorum non auditur. ibidem.
Oratio efficax præcedente ieiunio. ibid.
Originale peccatum omni tempore remediis aliquibus oportuit expiari. 431.
Originale incendium extinctum est in Maria uirgine. 424.
Originale peccatum nō redit per readunationem post baptismum. 457.
Ornatus corporis uirgines nō decet. 154.
Ornamenta mulieres qualia deceant. 155.
Ornamentorū pericula in uirginibus. ibid.
Ornamentorum insignia impudicis conueniant. 156.
Ornamenta spernenda. 157. 499.
Ornatum deus non docuit. 157.
Ornamentorū inaurium uanitas. ibidem.

Ornamenta adinuentiones dæmonũ. 157.
Ornatus operis diuini impugnatio. 158.
Ornatus animæ ſanctæ. 477.
Orta cadunt omnia & aucta ſeneſcunt. 142.
Oues Chriſtus plebem ſuã nominat. 194.
Ouibus diligenter prouidendum à lupis. 91.

PAtientia martyrum impatientia infidelium. 148.
Patienter exhortatio audienda. 197.
Patientia maxime utilis & neceſſaria. ibid.
Patientia non eſt philoſophorum. 198.
Patientia nobis cum deo eſt cõmunis. ibid.
Patiẽtia à deo originem ſumit nobis æmulanda. ibidem.
Patientia dei quanta & de quibus. ibid.
Patienter deus hominem differt. ibi.
Patiens homo dei patris filius habeẽ. ibid.
Patientiam Chriſtus docuit & exhibuit. 199.
Patiẽtia ſignaculum omnium Chriſti operum. ibidem.
Patiẽtia Chriſti Paulũ dedit eccleſiæ. ibid.
Patientiã Chriſti Chriſtiani ſectẽtur. ibid.
Patientia patriarcharum & prophetarum ſumma laus uirtutum. 200.
Patientiæ inſignis uirtus patriarcharũ. ibi.
Patientia hominibus à natiuitate neceſſaria. 201.
Patientiam deus à mundi initio hominibus propoſuit. 201.
Patientiæ naſcimur. ibidem.
Patientia martyribus neceſſaria. ibid.
Patientia indiget perſeuerantia. 202.
Patientia bona cuncta cuſtodit. ibidem.
Patientia ſublata charitas non durat. ibid.
Patientiæ exemplar Stephanus. 203.
Patientia pectoris non admittit uitia. ibid.
Patientia neceſſaria ad corporeas moleſtias. 203.
Patientia diſcernit iuſtos à malis. 204.
Patiẽtia probatus eſt Iob multipliciter. ibi.
Patientia Iob uicit zabulum. 204.
Impatientia mala multa importat. 204. uide impatientia.
Patientiæ commendatio inſignis. 205.
Patientia differre facit fideles ab infidelibus. 211.
Patiẽter tolerãda corporis incõmoda. ibi.
Panis dominicus gregem Chriſtianum ſignificat. 26.
Panis noſter quotidianus Chriſtꝰ eſt. 137.
Panem petimus ut ſcilicet à Chriſti corpore ſeparemur. 238.
Panem quotidianum diurnum non in longum deſideratum. ibidem.
Panem & calicem Chriſtiani recipiunt, ludæis amittentibus omnia. 270.
Panis ante uerba Chriſti cibus communis nutriendo corpori commodus, poſt Chriſti uerba ad totius hominis uitam proficit. 449.
Panis Chriſti medicamentum & holocauſtum. ibidem.
Panis aliud prius appoſitum, aliud à magiſtro diſtributum. ibid.
Panis ſanctificatus Iudã adegit laqueo. ibi.
Panis ſacramento populus Chriſtianus oſtenditur. 55.
Panis cœleſtis Chriſtus eſt. ibidem.
Partus uirgins non incredibilis declaratur ex incredibilioribus. 369.
Partus omnis tribus conſtat. 368.
Paradiſus expectat Chriſtianos. 149.
Paradiſus patria Chriſtiano deſideranda. 215.
Paradiſi felicitas & gaudia. 216.
Paradiſus eccleſia, quatuor flumina quatuor euangelia. 325.
Paradiſi gaudia deſcribuntur. 490.
Parilitatis conuerſatio quanta parturiat incommoda. 413.
Paruulus natus eſt, filius datus eſt nobis &c. elegãtiſſime exponiẽ. 425. & 426.
Paruulorum querela in idololatras parentes. 220.
Paſchæ ſolennia epiſcopi cum plebe celebrent. 102.
Paſchæ oblatio, tempus, locus, modus deſignantur. 470.
Paſcha noſtrum crucifixus Chriſtus. ibid.
Paſchæ læta myſteria. ibidem.
Paſchalia gaudia in cœleſtibus angeli agunt. 471.
Paſchalibus gaudijs qui ſint digni. 472.
Paſchæ cæremoniæ. ibidem.
Paſtores diſciplinam ſeruent. 37.
Paſtores plures & greges plures eſſe nequeunt. 165.
Paſtor in gregis uulnere uulneretur. 218.

Paſtores ueteres ceſſauerunt ut noui per Chriſtum inciperent. 266.
Paſtoris liber uel Hermatis non canonicus. 382.
Paſtoribus Chriſtus natus primo oſtendi tur. 425.
Paſtorum commendatio. ibid.
Paſtorum fides Chriſtū in præſepio adorantium. ibidem.
Pati pro Chriſto ſponte debemus. 129.
Pati quid meremur conſyderandum. 227.
Patitur deus, ut nos pœniteat. 309.
Paſſio ſine charitate nō facit martyrē. 169.
Paſſo in ſeculo minora eſſe præmia. 303
Paſſio Chriſti non ad iniuriam, ſed ad ſalutem. 372.
Paſſionis Chriſti myſteria ſcripturis prophetarum indicantur. 373.
Paſſio Chriſti non ſit pudori, dolori, horrori. 469.
Paſſio Chriſti noſter profectus. ibidem.
Pater Iudæorum deus eſſe deſijt. 234.
Patrem ſolum in cœlis habere debemus Chriſtiani. ibidem.
Patrem eſſe nobis deum ſicut gaudemus, ita gaudeat ipſe nos habere filios. ibidē.
Patrem non poſſe accedi niſi per filium. 306.
Patres circa filios nō aſperos eſſe. 317.
Paternitas diuina credenda potius quàm diſcutienda. 364.
Patriſpaſſiana hæreſis Sabellijq. 365.
Parentibus aſſequendum. 317.
Patrimonio redimenda delicta nō augenda. 156.
Patrimonium in eleemoſynas deo erogandum. 186.
Patrimonij amor lapſos decepit. 220.
Patrimonij neglectus liberat, amor præcipitat. ibidem.
Patrimonij contemptus à Chriſto conſulitur. 221.
Patriarcharum inſignis patientia uirtus. 201.
Paucorum malicia cæteros inficit. 87.
Paulus conſcientiam ſuam omnibus innotuiſſe gloriatur. 404.
Pauli apoſtoli ſententiæ nō trahēdæ extra propoſitum. 326.
Paulus hæreticos execratur ubique. 327.
Paulus Samos Athenus hæreticus. 383.
Pauperes diligenter curandi. 80.
Pauperum cura præcipua Cypriano affuit. 86.
Paupertas à pauperibus prædicata. 425.
Paupertatis commendatio pulchra. ibidē.
Paupertatis efficax documentum Chriſtus contulit eccleſiæ. ibidem.
Pauperes Chriſtus inſtruit, & creat, & facit. 426.
Pax pœnitentibus in morte danda. 3.
Pax pœnitentibus danda tempore perſecutionis. ibidem.
Pax pœnitentibus ad ictum mortis differebatur. ibidem.
Pace ſanguine & corpore Chriſti muniendi præliatores Chriſti. 2. 5.
Pax danda martyribus etiam nuper lapſis. 4.
Pax lapſis danda, examinatis ſingulorum cauſis. 5.
Pace & euchariſtia muniendi martyres & certaturi pro fide. ibidem.
Pax non ſtatim danda peccatoribus nec ſine plebis conſenſu. 82.
Pax à ſacerdote quomodocunq; data non auferenda. ibidem.
Pax & unanimitas colenda fidelibus. 173.
Pax & charitas primitiuæ eccleſiæ. ibidem.
Pax data non retractanda. 113.
Pedum ablutio ſignat ſordes quotidiana ſatiſfactione lauandas. 456.
Pedes mutuo lauare nō dedignemur. 459.
Pedes quid ſit lauare ſpiritualiter. ibidem.
Pedes noſtros ipſi nobis lauare non poſſumus. ibidem.
Pedes Iudæ non ſunt à Chriſto lotæ. ibidem.
Peccata minora quæ non in deum committuntur. 96.
Peccatorum remiſſio datur per ſanctam eccleſiam. 27.
Peccata dimitti ſolum ab habēte ſpiritum ſanctum. 28.
Peccato ſuo proprio quilibet tenetur non alieno. 119.
Peccata noſtra promerentur aduerſitates. 121. 143.
Peccatis carere non poſſumus. 179.
Peccata calcanda Chriſtianis. 194.
Peccatorum non ſtatim obliuiſcendum. 222.

Peccata non plangere ingens delictum. 228.
Peccato & sorde neminem carere. 313.
Peccatores publici non sine exhomologesi ad ecclesiam redeant. 38.
Peccatoribus non præpropere pax danda non sine plebis conscientia & petitu. 82.
Peccatores redargutiõibus corrigẽdi. 222.
Peccatores sumus qui pro peccatis orare docemur. 239.
Peccatori pro peccatis oranti, deus negare non potest. ibidem.
Peccantem publice obiurgandum. 318.
Peccatum originale & personale sanctos etiam peruasit. 443.
Peccata reiterata per pœnitentiam abluunt. 457.
Pecuniæ seruus qui seruat pecuniam. 184.
Pecuniæ & possidendi cõcupiscentiam nõ appetendam. 315.
Peccata omnia discutere & gemitibus & suspirijs expiare. 459.
Pœnæ patrocinãtur adeptioni lucis. 484.
Pœna damnatorum æterna. 150.
Pœnas non æqualiter perferunt boni & mali. 148.
Pœnæ inflictæ à deo parum proficiunt nõ multis. 144.
Pœnæ peccantium animaduertendæ. 225.
Pentecostes mysteria. 481.
Peccatrix mulier eleganter domini pedes lauans describitur. 458.
Pœnitentiã non agentes post peccata quæ pœna maneat. 508.
Pœnitentiæ ritus antiquus. 93. 228.
Pœnitentiam quis agat ueraciter. 97.
Pœnitentiam non agentes excommunicandi. 117.
Pœnitentia agenda docetur nõ prohibenda. 119.
Pœnitentia ante mortem agenda. 151.
Pœnitentia damnatorum inanis. ibidem.
Pœnitentia luxum abdicat. 228.
Pœnitenti & operanti deus placatur. 230.
Pœnitentia diligẽs & longa pro lapsu. 230.
Pœnitentiæ modus & forma. 230. 508.
Pœnitenti deus munera ablata restituit. 230.
Pœnitẽtes etiam sero & iam moriẽtes deus recipit. 455. 464.
Pœnitentiæ uia qua nulla latior inuenitur. 457.
Pœnitentes Christus absoluit. 464.
Pœnitentiam lapsorum non esse inanem. 501. per totum.
Persecutio declarat ueros Christianos. 74. 128.
Persecutiones latentes periculosiores. 162.
Persecutio ecclesiæ peccatis Christianorũ imputetur. 225.
Persecutiõibus quatimur ut ꝓbemur. 252.
Persecutionum pœnæ & iniuriæ non timẽdæ. 253.
In persecutionibus non consyderandum quid diabol⁹ importet, sed qd deus præstet. 253.
Persecutiones Christianorum ante prædictæ. 254.
Persecutiones Christianorum nõ sunt nouæ & repentinæ. 255.
Perseuerantiam omnium maxime cõfessores decet. 22.
Perseuerandum in fide & uirtute pro consequenda palma. 251.
Periculis aliorum quisque erudiatur. 390.
Periculis animarum ante tempus occurrẽdum. 37.
Petrus unicæ ecclesiæ exordium. 163.
Petrus pari potestate prædítus & honore cum cæteris. 163.
Petrus super quem ædificata ecclesia, unus pro omnibus loquitur, & ecclesiæ uoce respondet. 10.
Petrus diuitias contempsit. 156.
Petrus Tabitã à morte suscitat pro operibus misericordiæ. 181.
Petrus prohibet Christum pedes abluere uolentem. 458.
Petrum negantem Christus non negauit. 504.
Pharao aqua uictus & extinctus. 133.
Phœnix sine matre nascitur. 369.
Pilatum manuum lotio nõ excusat, sed accusat. 464.
Pilato & Iudæ par pœna inferni. ibidem.
Philosophi à Christianis plurimum distant. 114.
Philosophorũ scripta nõ passim ab omnibus tractanda ingenijs. 418.
Plato unum deum seruans cæteros dæmonas dixit. 175.
Plebs obsequens dominicis præceptis ma-

xime habet potestatem eligendi dignos sacerdotes & recusandi malignos. 19.
Pollutionis nihil contigit incarnatione uerbi diuini. 370.
Potentia animi expiati peccatis. 46.
Potum in sanguine domini sanctificatum puella euomuit infantula. 226.
Prædicatio prodest si ore deprompta factis impleantur. 194.
Præceptorum diuinorum Christus fecit grande compendium. 241.
Præcepta Christi duplicia fixa & mobilia. 456.
Prælati ecclesiæ sapientes sint. 162.
Præliari pro fide docemur. 130.
Præsumptio plurimum cauenda in religiosis. 416.
Præsumptorum obiurgatio. 391.
Præpositi raro boni & sancti reperiuntur. 442.
Præpositi exemplum moribus præbeant. 38.
Primatus Pambesitanus episcopus damnatur à nonaginta episcopis. 11.
Prouidentia frustrãtur cõtraria mala. 415.
Prouidentiæ multi fructus. ibidem.
Proximo non insidiandum. 321.
Pudendis erubescimus ob turpitudinem internam. 430.
Pudenda imperio rationis non obediunt. ibidem.
Pueros tres unanimitas & simplicitas saluat à flammis. 168.
Puella miraculose punita de lapsu. 226.
Pugna iugiter Christiano incumbit. 208.
Pugna probat militem. 211.
Pugnandum fortiter contra satanam. 321.
Punienda in nobis crescant quotidie. 145.
Pupiani temeritas in Cyprianum. ibidem.
Pulchritudinis solicitudo, malæ mentis indicium. 499.
Pudicæ mulieris cultus pudicus sit. ibidẽ.
Pudica non est animum mouere cupiens salua etiam corporis castitate. ibidem.
Pudicitia conseruanda diligenter. 495.
Pudicitia laudatur dum geritur. ibidem.
Pudicitiæ laudes egregiæ. ibidem.
Pudicitia beatos efficit. ibidem.
Impudicitiæ detestatio. 495.
Pudicitiæ tres gradus. 496.
Pudicitia coniugalis multum habet uirtutis uirginalis felicitatis. 496.
Pudicitiæ coniugali iungatur charitas. ibi.
Pudicitiæ contemptoris pœna. ibidem.
Pudicitiæ honoris plurimum Christus cõtulit. ibidem.
Pudicitiæ eximia commendatio. 497.
Pudicitiæ exemplar Ioseph. ibidem.
Pudicitia quid sit, qui sibi fratres. 495.

QVæstionum pœnalium causa triplex. 146.
Quæstiões difficiles & inexplicabiles omittendæ. 421.
Quæstio insolubilis de homine quare innegata nitatur. ibidem.
Quæstio quid bonum uel malum certior & quid uerum uel falsum. ibidem.
Quotidianus cibus iusto abesse non potest. 239.
Quotidianus cibus uarie exponitur. ibid.
Quinquagesimus annus Iubileus est. 480.

RAab typum portat ecclesiæ. 26.
Raab præformat unitatem ecclesiæ. 163.
Rachel ad odorẽ nõ esum Lie mandragoras concupiscit. 419.
Ratio actuum nostrorum à sacris literis sumenda. 336.
Rebecca figuram portat ecclesiæ. 350.
Rector talis quales qui regantur. 11.
Reconciliatio ecclesiæ non subito fiat peccatoris. 96.
Religiosorum uera felicitas prærogatiuáq; supra cæteros. 49.
Religiosi ueri disciplina. 50.
Renasci posse miratus est Cyprianus. 44.
Remitte nobis debita nostra Cypriano in usu. 233.
Renunciatio seculi, baptismi susceptio. 24.
Resurrectio Christi probatur testimonijs pluribus prophetarum. 378.
Resurrectio carnis quomodo credenda. 385.
Resurget corpus cuique suum. 386.
Rhomana omnis ecclesia confessa est sub Cypriano. 1.
Rhomana ecclesia principalis, unde unitas sacerdotalis exorta. 14.

Rhomanorum fides laudanda. 14.
Rhomam non deferatur causa ab alijs epi scopis iudicanda. ibidem.
Rhomanorum fides ab apostolorum tem pore uiguit incõcussa. 64.
Rhomana fides matrix & radix ecclesiæ çatholicæ. 135.
Rhomanorum consulatus cœpit ex scele re. 175.
Rhomanorum auspicijs & augurijs perie runt. ibidem.
Reuersis à schismate congratulatio. 77.
Reuersio quorundam ad ecclesiam & su sceptio. 88.
Reges apud Mauros coluntur. 174.
Regum conditiones & studia. 49.
Regna nõ merito, sed sorte uariantur. 175.
Regni societas sine fide cepit, sine cruore non desinit. 176.
Regnum impatiens semper socij fuit. ibid.
Regnum promissum petimus aduení re. 235.
Regnum dei nemo nisi baptizatus asse quitur. 306.
Regnum dei in fide crucis est. 317.
Regnum Christi æternum durabit. 380.
Regnum Christus temporale non agno scit. 446.
Regnum diaboli uitijs munitur. ibidem
Regno diaboli qui subijciantur. ibidem.
Regnat diabolus in his quos inquinat. ibi.
Resurrectionis Christi iocunditas, myste ria, fructus describuntur. 469. 470.
Resurrectio Christi prima. 470.
Resurrectionis Christi incomparabilis di gnitas. 471.
Resurgentium beatorum corpora clarita te & agilitate donabuntur. ibidem.
Resuscitatorum libertas sanctorum corpo rum. ibidem.
Resurrectio communis bonis & im pijs. 472.

SAcerdotum officium munire pace & eucharistia fideles. 5.
Sacerdotum indicio inobedientes statim necandi. 8.
Sacerdotes honorandi docentur. 84. 8.
Sacerdotes post dominum crucifixum, so lo nomine sacerdotes. 8.
Sacerdotum Iudaicorum & ecclesiæ hõ stes corripiuntur. 8.
Sacerdos sine iudicio dei non sit. 9.
Sacerdotum Christus protector est. ibid.
Sacerdotes persecutiones ab externis & di scipulis patiuntur. ibidem.
Sacerdotes curent ne quis culpa sua de ec clesia pereat. 10.
Sacerdotes consyderent quid scribant. 12.
Sacerdotes non timeant hæreticorum per secutionem. 16.
Sacerdotes qui & quales altari deseruí ant. 18.
Sacerdoti peccatori communicans plebs non est immunis à contagione deli cti. 19.
Sacerdotes prohibentur à sacrificio in le uiori crimine constituti. 30.
Sacerdotium agere post idololatriam non potest. ibidem.
Sacerdotij prætextu quæstus luxuśq; am bitur. ibidem.
Sacerdotes Christi Christum maxime se quantur. 53.
Sacerdotes iniuria affecti à deo uindican tur. 84.
Sacerdos malit iniuriam patienter uincere q̃ sacerdotali licentia uindicare. 85.
Sacerdotum multitudo adunata subueni at cæteris. 91.
Sacerdotes à Christo honorati etiam ma li. 137.
Sacerdoti non credens, credet sacerdotem uindicanti. 139.
Sacerdotium arripientes Chore, Datan, Abiron, Ozias puniuntur. 170.
Sacerdotibus punientibus peccata, pecca tor irasci non debet. 225.
Per sacerdotes facta satisfactio & immissio deo grata est. 228.
Sacerdotium uetus cessauit, nouum ue nit. 267.
Sacerdotũ in sinu dormit ambitio. 447.
Sacerdos sacrificãs se peccasse cõfiteat. 455.
Sacrificia cessauerũt mortuo domino. 431.
Sacrificia antiqua docuerunt mortificatio nem carnis. ibidem.
Sacrificijs gentilitatis cõtaminati, schisma tici fiunt in Africa. 11.
Sacrificia deo ingrata contra ius diuinæ di spositionis oblata. 27.

Sacrificium noſtrum uino & pane perfici/ tur. 52.
Sacrificium noſtrum eſt paſſio domi/ ni. 53.
Sacrificium nobile, ſacerdotum martyri/ um. 104.
Sacrificia quotidiana pro peccatis agen/ da. 186.
Sacrificium nouum celebratur uetere eua/ cuato. 267.
Sacrificia malorum non accepta. 321.
Sacrificia diuinitus, primis hominibus in/ ſpirata. 431.
Sacrificiorum inſtitutio innumerabile dei iudicium indicat in peccatum. 431.
Sacrificatis in exitu communicādum. 114.
Sacrificium noſtrum Chriſti reſpondeat paſſioni. 53.
Sacrificium matutinum aqua ſola, ueſper/ tinum mixtum calice celebrabatur. 56.
Sancti præcedētes ad Chriſtum orent pro fratribus. 1.
Sanctorum corpora cum gloria reſur/ gent. 388.
Sāctis ſe nemo exæquare præſumat. 405.
Sanctorum obtentu dedecora quidam cæ lare uolunt. 405.
Sanctorum non intelligunt rationem ope rum, qui ſe coæquant ſanctis. 405.
Sanctorum quale fuerit aliquādo cum fœ/ minis contubernium. 407.
Sanctitas deficit in prælatis. 442.
Sancti patres delicto originali & perſona/ li non caruerunt. 443.
Saluantur ſoli baptiſmo renati. 149.
Sacramenta in neceſſitate indulgentiam plenam conferunt. 132.
Sacramentum corporis Chriſti & ſangui/ nis nominatur pluribus nominibus à Chriſto. 450.
Sacramentis uiſibilibus ineſſe uitæ æternæ effectum. 450.
Sacramento uiſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia. 450.
Sacramēto altaris germaniſſima unitas cū Chriſto contrahitur. ibidem.
Sacramenti altaris uirtus qualis ſit. 451. & 2. & 3.
Sacramenti myſterijs nullo modo ſe abſen tat diuina maieſtas. 451
Sacramenta celebrantes quid agere debe/ amus. 452.
Sacramentis uere participant pauperes ſpi ritu. 453.
Sacramēti huius figura manna fuit & pro/ poſitionis in templo. 453.
Sacramentum indigne ſuſcipientes quid reportent. 454.
Sacramento abſtineant criminoſi. ibidem.
Sanguis Chriſti præliatis martyribus mini me denegatur. 2.
Sanguine domini ſanctificatū potum puel la indigne captum euomuit. 226.
Sanguinis eſum lex uetus diſtrictiſſime in/ terdicit. 450.
Sanguinis Chriſti potus Chriſtianis præ/ cipitur. ibidem.
Sanguinis Chriſti & animalium diſpar cō ditio. 451.
Sanguis cōſubſtantialis animæ minime cre datur. ibidem.
Sanguis Chriſti medela utriuſque homi/ nis. 452.
Sanguinē Chriſti non poſſemus bibere ni/ ſi prior paſſionis calicem ebibiſſet. 53.
Sapientiæ diuinæ altitudo in creatione re/ rum. 471.
Sapientes ſint eccleſiæ prælati. 162.
Satisfactione non indulgentijs peccata de/ lenda. 223.
Satisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes deo grata eſt. 228.
Sanctificare deum non poſſumus. 235.
Sanctificationem perſeuerare in nobis ora mus. ibidem.
Sāctificare quotidie indigemus, quia quo/ tidie peccamus. ibidem.
Saturni facinora & forma. 174.
Scripturis infallibiliter credendum. 390.
Schiſmatici non temere, ſed anxio ponde/ ramine eccleſiæ conciliandi. 15.
Schiſmatici in perditione maxima exem/ plo decem tribuum. 26.
Schiſmatici baptiſmo & gratia excluſi. 27.
Schiſmaticos gentilibus adæquari. ibidem.
Schiſmaticis admixti obnoxij coram deo ſunt culpæ & pœnæ. 28.
Schiſmatici redeuntes rebaptizandi dicun tur. 29.
Schiſmatici inter initia feruentes, ſtatim deficiunt. 117.
Schiſmaticorum lingua fallax & praua. 136.

Schismatici sunt lapsis peiores. 170.
Schisma non faciendum. 319.
Securitas indiligentiam parit. 5.
Seculum non redeant à seculo liberati per Christum. 251.
Senes salutaria documenta iuuentuti exhibeant. 395.
Senes à malis exemplis caueant iuuentuti. ibidem.
Sensus corporei rationis autoritate increpandi. 430.
Septenarij numeri sacramenta. 255. 479. & 480. & 81.
Septenarius honorabilis ex partibus suis. 480.
Septimus dies sacer. 480.
Septimana uarie capitur. ibidem.
Sepulturæ Christi prophetica prædictio. 377.
Seraphin maiestatem diuinam uelãtes, temerarios arcent scriptores. 418.
Seruorum cum dominis similis conditio. 143.
Seruorum sententiam dominus emendabit. 114.
Serui fideles dominis suis seruiant. 317.
Sermones uenenati contagijs exuendi. 17.
Sermo qualis euangelico doctori congruat. 44.
Sermo diuinus amabilis & efficax. 438.
Serpentis periculosa tentatio. 162.
Singularitas clericorum laudatur. 414.
Singularitatem amandam à clericis. 415.
Sion & Sina duo montes quid significent. 349.
Sion & Sina uaria interpretatio. 349. 352.
Solitudo apta orationibus. 442.
Spe subnixum, seculi infestationes nõ commouent. 149.
Spectaculorum uanitas & nephas. 46.
Spectator turpitudinum pudicus esse nõ potest. 47.
Spiritus sanctus aquis superfusus. 478.
Spiritus sanctus anima uiuificatrix mundi. 478.
Spiritus sanctus creaturarum autor. 477.
Spirituales nolint inter flagitiosorũ armamenta uersari. 416.
Spiritus sancti instituto prælia prosperantur non præsumptione humana. 415.
Spiritus sanctus non omnes sed prouidos custodit. 415.
Spiritus sanctus in martyribus loquitur & coronatur. 129.
Spiritus accepti operatio multiplex. 46.
Spiritus sine mensura datur. 133.
Spiritum sanctum non cõtristandum. 299.
Spiritus sanctus sæpe in igne apparuit. 320.
Spiritus sancti glorioſa opera, 478.
Spiritus sanctus dei digitus. 479.
Spiritus sanctus prophetarum inspirator. 481.
Spiritus sancti fructus multiplex. 482.
Spiritualia tractare nesciunt in quibus est spiritus antichristi. 327.
Symbolum apostolorum quare dicatur. 362.
Symbola discreta bellantium duces faciunt. ibidem.
Symboli expositio non est Cypriani quod hæreticos posteriores enumerat. 383.
Signum credentium crux Christi. 150.
Signati Christi sanguine soli euadent. 150
Similitudinum exempla deficiunt. 367.
Simeon docuit mortem desiderare. 208.
Socrates ad arbitrium dæmonis prædicabat. 175.
Solem obscurandum in Christi passione scripturæ tradiderant. 376.
Sortem milites miserunt pro uestimentis Christi. ibidem.
Sosthenes dei formam inuisibilem dixit. 275.
Stephanus patientiæ exemplar. 203.
Stephanus hæreticorum propugnator. 332.
Studioso quæ loca conueniant. 44.
Susurrones maledictos. 321.
Superbia nascitur de spiritu antichristi. 7.
Superbiam & fastum dehortatur. 23.
Superbus etiam persecutionibus nõ emendatur. 225.
Superbus cogitatus sanctos quoque uiros subuertit. 445.
Susanna pudicitiæ exẽplar adhibetur. 498.

TAbita pro misericordiæ operibus à Petro resuscitatur. 181.
Tabulæ Moysi bis paratæ. 479.
Tabula posterior euãgelia signat. ibidem.

Taciturnitas nimia nocet. 92.
Temporum malicia notatur. 170.
Temporalia cuncta caduca. 50.
Tempus expēdēdum ſanctis ſtudijs. ibid.
Tempora periculoſa uenerunt. 442.
Tentari permittimur quantum ſuſtinere poſſumus. 319.
Tentationem deprecātes admonemur humilitatis. 241.
Tentantur homines ut probentur. 300.
Tentauit Chriſtum diabolus duplici inquiſitione. 443.
Teſtis in propria cauſa nemo idoneus. 136.
Timor innocentiæ cuſtos. 45.
Timor dei & fides animare debent. 211.
Timore lapſus uictoria uirtutibus paranda. 391.
Tobias & Iob tolerantiæ exemplar. 210.
Tormentis præmia creſcunt. 103.
Trāſfiguratio Chriſti imperfecta fuit & figura ſolūm. 471.
Traditio Chriſti circa ſacramenta minime à poſteris alteranda. 56.
Traditio humana diuinæ diſpoſitioni non eſt anteponenda. 333.
Traditio non omnis ſeruanda, ſed quæ in euangelio, apoſtolorum epiſtolis & actibus fundatur. 332.
Trinitas ſibi ſoli nota eſt. 437.
Trinitatis unio & diſtributio proprietatum uel appropriatorum. ibidem.
Trophimus de eccleſia exijt & redijt cum multis ut laicus communicans. 112.
Tunica inconſutilis eccleſiæ ſignat unitatem. 165.
Tutus nemo eſt à tētationū periculo. 401.

VAlentinus & Apellis in deum patrem blaſphemant. 335.
Vanitatum mundialium catalogus. 48.
Veniam ſolus Chriſtus largitur. 223. uide indulgentiam.
Veritas compendio obtinetur. 163.
Veritatis origo quærenda. 165.
Veritatis origo non ſunt argumenta. 163.
Veritatis caput eccleſia eſt. 167.
Veritatis diuinorum ſermonum credenda. 207.
Veritas tenenda & propugnanda. 336.
Veritate uacillante ad apoſtolicas traditiones reuertendum eſt. ibidem.
Veritatis imagine fallentem nō uereamur ueritatem relinquendo. 333.
Verbum abbreuiatum orationis breuis præſcriptum. 241.
Verbum dei non minoratur probro per incarnationis dignationem. 437.
Verbum dei edulijs corporalibus præponendum, 443.
De uita noſtra quotidie dimicandum. 22.
Vitæ priſtinæ mutatio arduum opus. 44.
Vita hominum breuis uix centenarium pertingit. 142.
Vitæ æternæ ſacramētum breui Chriſtus complexus eſt. 241.
Via uitæ arcta, ad inferos lata. 160.
Viam uitæ difficilem geſſerunt omnes ſancti nos cōtra planiorem quærimus. 405.
Via ad cœlum arcta & difficilis. 433.
Victori clerico interdicitur oratiōis ſuffragium. 25.
Victoriæ multæ Chriſtianos manent. 196.
Vindemia tempus inducarum. 44.
Vinum bibens notha figura dominicæ paſſionis. 51.
Vino mixtus offerat calix dominicus. ibid.
Vinum calici aſſit in ſacrificio. 52. 53.
Vinum ſolum offerri non debet. 55.
Vidua in gazophylaciū duo minuta mittens. 184.
Viduam Helias ſuſtentauit. 185.
Viduas probatas honorandas eſſe. 317.
Viduæ & pupilli protegendi. 321.
Vincula martyrum ornamenta ſunt. 104.
Virtus non eſt æqualis omnibus ad uitijs reſiſtendum. 405.
Viſio quædam futuræ perſecutionis prænuncia. 122.
Vigilare debem⁹ ad domini præcepta. 173.
Virtutum ſtadio decertandum. 196.
Virgines maſculis non cohabitent. 37.
Virgines perſeuerare nolentes nubant. 38.
Virginum inſpectio fallitur. 38.
Virginitatis laudes. 153. 414.
Virginum exhortatio & commēdatio. 153.
Virgines ornatum ſpernant. 154.
Virgo nō eſſe ſolum, ſed credi debet. ibid.
Virgines in carne macerata gloriētur. ibid.
Virgnes fucatæ nō ſunt uirgines. 159.
Virgines non interſint nuptijs. ibid.
Virgines nō adeant promiſcua balnea. ibi.
Virgines nō nudandæ in balneis. ibidem.

Virginum casus miserabilis in ecclesia. 159.
Virginum pulchra exhortatio. 160.
Virginum sexagenarius fructus, martyrũ centenus. 160.
Virginitas quo malo careat & quæ bona teneat. ibidem.
Virgines ambiant morum ornatum. ibid.
Virginum aduersus carnẽ colluctatio. 154.
Virginitatis & continentiæ bonum. 307.
Virginis partus sine corruptione intelligẽdus. 368.
Virginem peperisse non incredibile. 369.
Virginitas probrosa commorantium cum clericis uel etiam clericorum. 410.
Virginitas commendatur ex puerperio Mariæ. 428.
Vnanimitati precantium non multitudini tribuitur. 167.
Vnitas diuina patris & filij, uniuersitatis uocabulum est non numeri. 365.
Voluntas dei ut fiat opus est eius uoluntate. 236.
Voluntatem dei à nobis fieri oramus. 236.
Voluntas dei est quam Christus docuit & fecit. 236.
Voluntas dei fiat in cœlo & terra, id est, in spiritu & corpore. 236.
Voluptates fuga uincendæ mulierum. 391.
Voluptatẽ uicisse uoluptas maxima. 498.
Voluptas difficile uincitur. 499.
Vulgus stultum inducit superstitiões. 175.
Votum domino cito reddendum. 307.
Vxorem à uiro non recedere. 319.
Virginitas est extra ius omne. 497.
Virginitas æquat se angelis. ibidem.
Virginitas futuræ uitæ gloriosa meditatio. ibidem.
Virginitatis laus eximia. ibidem.

Zacharias antistes lapidatione terreri non potuit. 16.
Zelus Christi discipulo non congruit, id est, inuidia. 193.
Zizania non præiudicent charitati & fidei. 77.
Zizania discernere à frumento solus Christus potest. 117.

SENTENTIARVM INDICIS FINIS.

OPERVM D. CYPRIANI RECOGNITIO VLTIMA.

Folio 46. uersu 26. lege, corpus, & aruina assidui nidoris &c.
Folio 148. uersu 14. leg. Pœnam de aduersis mundi &c.
Fol. 220. uersu 14. lege, tangere, & feralibus cibis &c.
Folio 225. uersu 26. lege, remedia uitalia &c.
Fol. 370. uersu 17. leg. anima inter carnem deumque media &c.
Folio 422. uersu 24. lege, A talibus ausibus &c.
Folio 432. uersu 19. lege, Nec potuere Palestinæ &c.
Folio 450. uersu 27. leg. & in curatione desperatæ &c.

a
Opera
Reuerendiſſimo
quem
Annotatiunculæ
b
priani.
credatur
bene
opera
c
Diui
receſſiſſe.
De his
ſto quia
d
dacio
quàm
pturi
& uolun/
e
quos
num
pater
gione
f
Argumentum
dicat
autem
proficere
g
popularis
epiſtola
ut domi
didit
h
placuit
nizatur
nos
miſerant.
i
ad uos
aut
participem
ditio
k
ma
mortem
eſſe
opitulationis
l
&
Argumentum
ad clerum
terum no
m
epiſtola
do adhuc
fratribus
apoſtolum
n
docentes
retur quid
ſoribus
bei (cui de
o
leſtem
epiſtola
ueniatur
endi
p
ſpice
ris eſt ille
dei &
quos
q
multas
dum
ſpectet
dei
r
ctione
dicantis
nera erro.
niſi
s
rum acceſ.
de rebus
rari
eius
t
ille cui
ctetur,po
non redit
ſerum
u
ticos facit
ſum
derimus
parricidium
x
bribus
mini
modo
quid
y
nititur
Argumentum
quàm
ſtola
z
recedente
net dicens
eſt: Non
caput
A
gaudentes
dere
animatus
deſcribitur
B
Quod
iudicio
cum ocu
Quod ad
C
ter domini
peccata
Quod
& dixit
D
Ad Quirinum
quod
Diui
tam
E
item
ſtiæ
gnus
peccare
F
autem
monia
prædictum
tes ſicut
G
pria ordina
timore
rum
rint
H
eccleſia
& ſalutarem
tici omnia
impoſitionem
I
opera
pales,&
ſionem
lignum
K
ſeruituros
quantum
orientis
mo
L
denda
quaſi
eſt
nebo
M
deo
& ſi credo
partus
uxorem
N
Fœminarum
bus
dicens
non
O
de ſuo
ſtæa plus
bus uariet
clara eſt
P
Infinitas
ſermo
rium
num
Q
barum
nec
debeo
onere
R
magnorum
tem
ſter
omnibus
S
ſanctificatis
Ait
unguentum
ciliati
T
ſterneret
antiquitas
ſermo
uſus
V
mandatur
ad. Moyſen
gloria
gehenna
X
ambulandum
uerbis
præſertim
uit
Y
gentes
Nouatiane
ſtellæ
ſicut
Z
Io. Frobenius
Baptiſmus
Chriſti
Confitentes
Deorum
A a
Martyres
Mulierem
Ornamenta
Peccata
Rhomanorum

ligatura 16/1

tu es xp̄c̄ dic nobis. Et ait illis. Si
uobis dixero non credetis mihi. Si
aut̄ & interrogauero nō respondebitis mihi neq; dimittetis. Ex
hoc aut̄ erit filius hominis sedens
a dextris uirtutis dī. Dixerunt
aut̄ oēs. Tu ergo es filius dī. Qui
ait. Vos dicitis quia ego sū. Et
illi dixerunt. Quid adhuc desi
deramus testimoniū. Ipsi enim
audiuimus de ore eius. Et surgens omis multitudo eorū duxerunt illū ad pilatū. Coeperūt
aut̄ illū accusare dicentes.
Hunc inuenimus subuertentē
gentē nr̄am & phibentē tributa
dari cesari & dicentē se xp̄m re
gem esse. Pilatus aut̄ interro
gauit eū dicens. Tu es rex iudeoꝝ
At ille respondens ait. Tu dicis.
Ait aut̄ pilatus ad principes sa
cerdotū & turbas. Nichil inuenio

230240.

amici herodes & pilatus in ipsa
die nam antea inimici erant
ad inuicem. Pilatus autem
conuocatis principib; sacerdotum
& magistratibus & plebe dixit
ad illos. Obtulistis mihi hunc
hominem quasi auertentem
populū. Et ecce ego cora uobis
interrogans nullā causā inue
ni in homine isto ex his in
quibus eū accusatis. Sed neq;
herodes. Nam remisi uos ad illū & ecce nichil dignū morte
actū est ei. Emendatū ergo
illū dimittā. Necesse aut̄ habe
bat dimittere eis p diē festum
unū. Exclamauit aut̄ simul
uniuersa turba dicens. Tolle
hunc & dimitte nobis barrab
ban. Qui erat propt̄ seditionē
quandā factam in ciuitate et
homicidiū missus in carcerem.